Inn. Lauer. h
Med. Prof. r

ACCADEMIA DI MEDICINA
DI TORINO

IVLII CAESARIS CLAVDINI

MEDICI, ET PHILOSOPHI BONON.
Ac in Patrio Gymnaſio olim Profeſſoris ordinarij.

DE INGRESSV AD INFIRMOS LIBRI DVO.


In quibus Medici omne, ex tempore medicinam facturi, munus, ſiue per ſe curet, ſiue cum alijs de curando conſultet, accuratiſſimè, tanquàm in tabula, delineatum continetur.

CVM APPENDICE DE REMEDIIS GENEROSIORIBVS, & quæſtione Philoſophica medica de ſede principium facultatum.

Adiectus eſt Coronidis loco tractatus de Catarrho.

Quæ omnia cùm ab ipſo Auctore dum viueret copioſiſſimè aucta, & ſtudioſiſſimè recognita fuerint, nunc ſecundò

Opera, & ſtudio FRANCISCI CLAVDINI *auctoris filij Philoſophi, & Medici edita ſunt.*



HANOVIÆ,
Typis Vvechelianis, apud Claudium Marnium & Hæredes Ioann. Aubrij,
M. DCXXVII.

AD LECTOREM.

CVM multis iam ab hinc annis ſtudioſiſſimè Lector non modò parentes mei, ſed & ego typographis negotijs in excudēdis diuerſarum ſcientiarum libris, magnis etiam cùm ſumptibus incubuerim, vt litteratos quoſq; demererer: Inconueniens forè videbatur, ſi medicorum, quos ſacræ litteræ maximo honore proſequendos eſſe præcipiunt, oblitus, nihil ex Sacræ Medicinæ canonis Typis meis mandarem. Ne igitur tantæ facultatis, tamq́; humano generi neceſſariæ, cuius finis eſt præſentem ſanitatem tueri, morborũ quibus conflictatur oceanum auertere, tot languorum myriades, tot malorum portenta, quæ quaſi immaniſſimæ feræ illum aſſedio impetunt, trucidant, & dilaniant profligare immemor iudicarer En quomodo IVLII CÆSARIS CLAVDINI Medici, & Philoſophi celleberrimi opus de Ingreſſu Medici ad infirmos olim impræſſum, nunc ab omni errore

repurgatum, tanquam perutile, & neceſſarium, ſi quòd aliud ſit, nouis Typis excudendum dederim. Si quàm ergo benigniſſimè Lector, ex his ſuſceperis vtilitatem, (ſuſcipies autem plurimam) eſt quòd mihi ipſi in primis gratuler, meamq; opelam qualemcunq; benè locatam arbitrer, dùm eiuſdem Auctoris conſultationes Medicas propediem Deo iuuante nos daturos ſperamus. His interim fruere, & valle.

AD LIBRVM.

Parue liber, iam dira malæ contagia linguæ
Deſpice; ſub tanto vindice tutus eris:
Dumque fidem obſequij ſponſor teſtabere noſtri,
Inde auſis veniet gloria magna tuis.
Nec, tua ſi tanto iaceat ſub pondere virtus,
Per laudes ſacri principis ire time.
Non magis ille alio laudum ſe iactat honore:
Quam ſe laudari non potuiſſe ſatis.

POMP. CLAVDINVS.

INDEX CAPITVM.

Tractatus de ingreſſu ad infirmos.

CAPITA LIBRI.

Præfat. SCRIPTIONIS *occaſio, & tractandorum ordo,*

Cap. 1 *Quæ medico interroganda ſint ægro, & aſſidentibus, id eſt, cardines, & principia huius methodi proponuntur ex Hippocr. & priora duo interrogata ſigillatim explicantur.*

Cap. 2. *Exponuntur tria reliqua, quæ ab ægro & aſſidentibus, ex Hippoc. interroganda ſunt.*

Cap. 3. *Quæ medico ſoli curanti ſint conſideranda faciendaque.*

Cap. 4. *Quot, ac quæ, & quo ordine, medicus cum alijs diſcurrens, in methodo conſultandi, ad Galeni mentem, proponere, atque examinare debeat.*

Cap. 5. *Quibus dignotio, prima methodi conſultandi Galenicæ pars, abſoluatur.*

Cap. 6. *Prænotio, in ratione cōſultādi ad mētē Galeni pars ſecunda vt tractāda.*

Cap. 7. *Curatio in methodo conſultandi Galenica quomodo inſtituenda.*

Cap. 8. *Altera conſultandi methodus proponitur; quibus conſtet partibus demonſtratur; & circà eas quomodo ſe gerere debeant, qui poſt primum, & qui vltimo loco conſultant, explicatur.*

Cap. 9. *Methodum hanc, etſi à Galeno non expreſſam, nihilominus tamen ad eius eſſe mentem, oſtenditur.*

Cap. 10. *Quomodo Idea morbi, quæ eſt primum caput in conſultationibus examinandum, ſit cognoſcenda.*

Cap. 11. *Alia ratio inquirendi, & cognoſcendi Ideam morbi, præcipuè in febribus putridis, traditur.*

Cap. 12. *Methodus inueniendarum cauſarum, quæ ſecundo loco in conſultationibus occurrit, proponitur, atquè primùm in morbis particularum ſingularum exercetnr.*

Cap. 13. *Modus examinandi cauſas in febribus, præcipuè putridis, conſideratur.*

Cap. 14 *Ratio cauſas inueſtigandi in febribus Hecticis, penes methodum ſecundo loco traditam, proponitur.*

Cap. 15. *Methodus inueniendarum cauſarum in ſymptomatibus à medico corrigendis; penes ſecundam conſultandi rationem exercetur.*

Cap. 16. *Methodus eliciendi indicationes curatiuas, in ſecunda methodo conſultādi, explicatur, & primùm agitur de indicationibus petitis à morbo*

Cap. 17. *Agitur de indicationibus petitis à cauſa.*

Cap. 18. *Indicationes à Virtute deſumptæ proponuntur.*

Cap. 19. *Quomodo in conſultationibus medicis, penes ſecundam methodum, à nobis*

bis

bis excogitatam, quarto loco ſit prognoſticandum.
Cap. 20. Materiæ medicæ, circà quas poſtremo loco, in conſultationibus, penes alteram methodum, digrediendum eſt, proponuntur.

CAPITA LIBRI II.

Præfat. QVID tractandum, & quo ordine, exponitur.

SECTIO I.

Particularis exercitatio circà materias Chirurgicas inſtituitur, hoc eſt, quomodo materiæ Chirurgicæ ſeligendæ ſint rectè adminiſtrandæ, ſigillatim obſtenditur.

Cap. 1. Materiæ Chirurgicæ omnes enumerantur, & ad capita reuocãtur
Cap. 2. Agitatur de natura venæ ſectionis.
Cap. 3. Explicatur rectus venæ ſectionis vſus.
Cap. 4. Agitur de cucurbitulis ſcarificatis.
Cap. 5. De hirudinibus.
Cap. 6. De ſcarificatione malleolorum.
Cap. 7. Tractatur de materijs Chirurgicis, quæ ſenſibilitèr euacuant, ſed ſuccum diuerſum à ſanguine, id eſt, de Cauterijs, & veſicatorijs.
Cap. 8. Agitur de materijs Chirurgicis euacuantibus inſenſibilitèr.
Cap. 9. Materiæ Chirurgicæ certis affectibus propriæ enumerantur.

SECTIO II.

Particularis exercitatio circà materias Pharmaceuticas inſtituitur, hoc, eſt quomodo materię pharmaceuticæ ſeligẽdæ ſint, & rectè adminiſtrandę, ſigilatim oſtenditur.

Cap. 1. MATERIAE Pharmaceuticæ omnes per capita enumerantur, & ordo in ijs tradendis conſtituitur.
Cap. 2. De medicamentis, quæ ad res ſecundum naturam diriguntur, vulgò vitalibus dictis, agitur.
Cap. 3. Fit progreſſus ad medicamenta, ex rebus præter naturam, cauſam reſpicientia. Agitur de Leniẽtibus quæ euacuant per os. i. de vomitorijs
Cap. 4. De Lenientibus quæ euacuant per aluum, ſed aſſumuntur per os.
Cap. 5. De Leniẽtib. quæ immittũtur ꝑ anũ, id eſt de clyſterib. & ſuppoſitorijs.
Cap. 6. Præparantium medicamentorum natura, & vſus explicantur.
Cap. 7. Species omnes medicamenti purgantis recenſentur, & ordo de ijs agendi proponitur.
Cap. 8. Agitur de euacuãtibus totum ſenſibilitèr ꝑ ſeceſſũ, id eſt, de verè purgãtibꝰ, idq; in genere, ſeu cõmuni, explicãdo purgãtis pharmaci naturã.
Cap. 9. Quomodo rectè vtendum purgantibus traditur.
Cap. 10. Agitur de purgantibus in ſpecie, & primò de purgantibus bilem.
Cap. 11. Traduntur purgantia pituitam.

Ex-

cap. 12. Explicantur medicamenta quæ purgant bilem atram, & circà medicamenta humores ducentia, vniuerſè quædam notantur.
cap. 13. De purgantibus ſerum, ſiue humorem aquoſum.
cap. 14. De euacuantibus totum ſenſibilitèr per vrinam.
cap. 15. Quæ totum ſenſibilitèr per ſudorem euacuant, proponuntur.
cap. 16. De euacuantibus ſenſibilitèr partem determinatam, & primùm de Caputpurgijs.
cap. 17. Expectorantia medicamenta in medium adducuntur, & breuitèr agitur de Vomitorijs.
cap. 18. De inſenſibilitèr euacuantibus, & primum de repellentibus.
cap. 19 Siccantium medicamentorum adminiſtrationis ratio explicatur.
cap. 20. Reſoluentium medicamentorum natura, & vſus perpenduntur.
cap. 21. Agitur de medicamentis alterantibus.
cap. 22. De Alexipharmacis.
cap. 23. De repellentibus, & intercipientibus.
cap. 24. Abſolutis medicamentis, quæ, ex rebus præternaturam, reſpiciunt cauſam morbificam, ad ea fit tranſitus, quæ concernunt morbum. Agitur de ijs, quæ pertinent ad figuram vitiatam.
cap. 25. De medicamentis pertinentibus ad vitia in aſperitate, & læuitate.
cap. 26. Medicamenta, quæ tollunt vitia in meatibus, explicantur.
cap. 27. De medicamentis agitur quibus curantur morbi in magnitudine.
cap. 28. Vitijs in numero quæ ſuccurrunt medicamenta, expenduntur.
cap. 29. Exponuntur medicamenta morbum in ſitu reſpicientia.
cap. 30. De medicamentis ſolutæ Vnitatis, & primùm de pertinentibus ad fracturas.
cap. 31. Medicamenta vulneribus accommoda percenſentur.
cap. 32. Exponuntur medicamenta quæ conueniunt vlceribus.
cap. 33. Tranſitur ad medicamenta retundentia ſymptomata. Agitur de Anodynis.
cap. 34. Medicamenta ad facultatem ſopitam proponuntur.
cap. 35. De medicamentis fluxum ſanguinis compeſcentibus.

SECTIO III.

Particularis exercitatio circà materias Diæteticas inſtituitur.

Hoc eſt.

Quomodo materiæ Diæteticæ ſeligendę ſint, ac rectè adminiſtrandæ, ſigillatim oſtenditur.

Cap. 1. De aere.
Cap. 2. De cibo rectè inſtituendo.
Cap. 3. De potus adminiſtratione.
Cap. 4 Reliquæ materiæ Diæteticæ breuitèr percurruntur.

Index Titulorum Appendicis in qua agitur.

DE REMEDIIS GENEROSIORIBVS.

cap. 1. OCCASIO ſcribendi, diuiſio tradendorum, & ordo procedendi exponuntur.
cap. 2. De natura & vſu aquarum naturalium, tùm ſimplicium, tùm medicatarum; vbi de Lutis quoque, & Vaporijs.
cap. 3. De natura & vſu Chalybis, & medicamentorum Calybeatorum.
cap. 4. De natura, & vſu radicum, Salſæ, Chinæ, Saponariæ Cannarum vulgarium: item lignorum, Guaiacini, Saſſafras, Iuniperini, Tamaricini, Lentiſcini, Viſci quercini, Fraxinei, Santalini.
cap. 5. De natura & Vſu Aquæ Hordei, & ptiſanæ.
cap. 6. De natura, & Vſu vinorum medicatorum.
cap. 7. De natura, & Vſu medicamentorum ex viperis.
cap. 8. De natura, & Vſu iuris Galli veteris, Pulli & Columbi.
cap. 9. De natura, & Vſu Lactis.
cap. 10. De natura, & Vſu Seri.
cap. 11. De natura, & Vſu Balneorum, Vbi etiam per occaſionem de Vinaceis, Item de Inſeſſibus, & Lotionibus, & Aſperſionibus.
cap. 12. De natura, & recto Vſu Stillicidiorum, & eorum quæ ijs ſubſtituuntur:

TRACTATVS DE CATHARRO BREVIS, ET DILVCIDA tractatio.

QVÆSTIONIS. DE SEDE FACVLTATVM PRINCIPVM.

PARTES IV.

Pars 1. EXplicatur titulus quæſtionis.
Pars 2. Iaciuntur fundamenta, è quibus vera huius Queſtionis eruatur ſolutio.
Pars 3. Propria ſententia adſtruitur.
Pars 4. Quæ in contrarium adduci poſſunt, ea remouentur.

INDEX RERVM,

& verborum memorabilium copioſiſsimus,

In tractatu de ingreſſu ad infirmos, & Appendice illius.

Prior numerus folium, poſterior columnam ſignat.

ACetum vigilias inducit. 117. 2. 135. 2. *qua doſis permiſcendum repellentibus* 117. 2

Acetum ſiccat, & ſoluit continuum: ibid. *inteſtina lædit, & ideò dyſentericis eſt noxium.* 135. 2

Acetum in podagra quid faciat. 228. 2

Acetum ſolutiuum. 164 1

Actio quot modis lædatur. 30. 1

Acutus morbus quis 6. 1. *duplex eſt.* 13. 2 *in acceſsione vſquequo aliquid differre liceat.* 200 1

Adiuuans medicamenti baſin duplex. 192 2

Adiuuantia euacuationes per aluum ſudores, vrinas. 193. 2

Adſtringentia medicamenta 93. 2. 132. 1 172. 1

Adſtrictoria vis non parùm facit, ac deolſtruendum 183. 1

Aegrorum recta interrogatio initium rectæ curationis. 2. 2

Ab ægris quinq; interroganda, non plura, nec pauciora, & ſingulorum explicatio, & vtilitas 2. 2

Aegri partes in curatione quæ & quomodo is à medico diſponendus. 10. 2

Aequalitas partium in calore, & frigore in febribus ſit, non in ſtatu, ſed in declinatione. 202. 1

Aer & alimentum eſt, & materia medicinalis, ac qualis. 156 1

Aer ſpirituum alimentum ſed impropriè, 156. 1

Aer calidus frigidus, humidus, ſiccus ſua natura quis, & arte vt talis efficiatur 156. 2

Aeris delectus maximè obſeruandus in affectibus capitis, & thoracis. 157 1

Aegyptiaca terra, & eius vſus. 183. 1

Affectuum varia ratio. 24. 2

Agaricus præparatus quid, eius doſis, præparatio, modus dandi. 100. 2

Agaricus trochiſcatus, & trochiſci de agarico diverſa. ibid.

Agglutinantia medicamenta quotuplicia 149 1. 204 1

Alexipharmaca alexiteria, & Theriaca medicamenta quid differant, & quid nomine illorum intelligendum 125. 2

Alexipharmacorum diuiſiones. ibid *quæ propriiſſimè talia & eorum definitio.* 126 1 *extirpant venenum non per ſe, ſed quaſi per accidens.* ibid *ſunt media inter corpus, & venena: item inter venenum & medicamentum.* ibid.

alexipharmacorum catalogus, & eorum recta adminiſtratio in quantitate, modo, tempore, loco. 126.127.
alexipharmaca calida ſimpl & compoſita. 126 2
alexipharmacis calidis ſemper admiſcenda moderatè adſtringentia, ne diſſipent calorem innatum. ibid.
alexipharmaca frigida ſimpl. & compoſit. ibid.
alexiphar. temperata. 127. 1
alexipharmacorum formulæ externæ pro corde, & naribus. 127.1.2
alica copioſiſſimi nutrimenti, & vnde paretur. 157 1
alimentum, & præſidium ſubſtantificum idem quotuplex id. & quale quib. partibus conueniat. 36 1
alimenta boni ſucci. 139.2
alimentum copioſum gignentia, attrahentia, ad partes deferentia ad eaſdem & in iis retinentia. 140.& 141
alimentoſæ animalium partes, quæ quando magis conueniant. 158 1
alimentum, V. Cibus.
alterantia medicamenta duplicia, Vitalia, 9. Curatoria. 18. 2. eorum pro ſingulis corrigendis intemperiebus catalogus rectus, vſus in doſi, modo, tempore, loco. 122.123 124.125.
alterantibus præmittenda euacuantia ſi intemperies iuncta cum materia. 131 2
alopecias ſanat pellis viperæ in ciderem redacta, & illita. 208.1
aluus in morbis mollis ne an dura ſit plurimum refert ſcire medicũ & cur. 6.2.
alui fluor an venæ ſectionem impediat. 49 1.
aluus lubrica ſeruanda. 163.2
aluus quibus oleribus, & herbis lubrica ſeruetur. ibid.
aluum lubricam ſeruantia medicamenta plurima. ibid. & ſeqq.
aluum prouocat aqua hordei. 199 1
amati Luſitani de Guaiaco error 189.1
amoniacum. 71. 2
anguſtia duplex, vera in meatibus, & non vera in poris. 533 134.
anguſtia vera quintuplex cuiuſuis indicata 30. 2. per medicamenta curatio. 133. 1
animi accidentia in morbis, vt inſtituenda 165.2
anodyna quadruplicia, ſingulorum natura, materia, indicantia, recta adminiſtratio. 152 & ſeqq.
anodyna quæ impropriè, quæ propriè quæ propriiſſimè alia. ibid.
anodynus inſeſſus. 234.2
anodinis præmitti debere euacuantia quo modo intelligendum. 153.2
antimonium, eius doſis, modus dandi. 105. 2
anthrax. 63. 1
annus biſſextilis in vſu thermarum, an obſeruandus. 179 1
appetitus caninus. 225 2
appropriatum remedium quid, & eius materiæ pro variis partibus. 36. 1. conſeruat non ſolum partis proportionem, ſed etiam morbum eius à proprietate debellat. 37 1
apophlegmatiſmi nomen generaliter ſumitur, & ſpecificè. 110.1. V. Caputpurgia.
apertio & rarefactio. 137.1. 184 1
apodyterium quid 225.1
aquam ſeu ichorem euacuans triplex, hydrogogum, hydroticum, Diureticũ. 32.2
aqua aptiſſima ad concipiendas facultates medicamentorum 229 2. cur Panſpermia dicta veteribus. ibid.
aqua ſimplex non nutrit. 161. 2. & ideò eius vſus totus eſt medicinalis. 167.1 in bilioſis amareſcit. 161.2
aquæ ſimplicis nomine quæ intelligatur: eius quinque genera. 167.1
aquæ tepidæ in potu vſus, & vires 167.2. eius indicantia prohibentia, permittentia. 168. 1. rectus vſus in loco 167. 2. doſi. 169.1. modo dandi. ibid. 2. tempore. ibid.
aquæ frigidæ in potu vſus, & vires. 168. 1.2. eius indicantia, prohibentia, permittentia. ibid 2. rectus vſus quoad. Vbi agendum. 168. 1. doſin. 169. 1.

modum

modum dandi ibid tempus tùm vniuerſale, tùm particulare. ibid 2.
aqua pro potione quæ eligenda, & optimæ aquæ notæ. 168. 2. minus bona, vt corrigenda. 169. 1
aqua non primum tempore Neronis decoqui cœpta, vt vult plinius. 169. 1
aquæ medicatæ. V Thermæ.
aqua hordei quid ex quo hordeo paranda eius vires antiquitas, indicantia, prohibentia adiuuantia, corrigentia, parandi modus, recta adminiſtratio in doſi, modo, tempore, l co 198. & ſeqq.
de aqua hordei cur nihil Galenus. 198 2
aqua hordei non conuenit pro potu in menſa 200. 1
aqua dulcis tepida præſtantiſſima in aſperitate à puluere, fumo, vento. 133. 1
item in ſcabie. ibid.
aqua hordei præſtantiſſimum hydroticum in febribus. 109. 1. eius doſis. ibid 2
aquæ ſtillaticiæ pro præparantibus quando conueniant. 80. 2
aquæ ſtillaticiæ refrigerantes 122. 2. flatus diſcutientes. 121. . ex Guaiaco, Salſa Saſſafras pro delicatis 193. 2 ex viperis. 209. 2
aqua aluum lubricans ex pomi citrij per diuitibus. 164 2
Ariſtoteles explicatus. 216. 2. 221. 2. 224. 1
articularia medicamenta. 71 2
arthritica. 203. 2
articulorum dolores, & tumores. 120. 2 172. 1. 180. 1. 181. 1. 190. 2. 192. 1. 204. 2. 208. 2. 233. 2.
aſcarides. 143. 1
aſſidentium partes, & quomodo diſponendi a Medico. 10. 2
aſſa quando conueniant. 158. 2
aſſæ ſudationes celſi quæ. 180 1
aſperitas, & leuitas à quibus cauſis, & pro ſingulis medicamenta. 132. 2
aſperſiones aquæ frigidæ tepidæ, earum vires, & recta adminiſtratio. 231. 2
aſthma. 202. 2. 192. 1
atrophia. ibid.
attenuantia quomodo dicitur præparantia. 80 1
attrahētia ſunt calida per accides 130. 2
attrahentia quotuplicia, & qualia. 129. 130.
attrahentia cum, & ſine rubore. ibid.
Auicenna erat circa ſcarificationem 6. 2
auis lingua dicitur ſemen fraxinum. 190. 1.
aurum, & argentum pro deobſtruentib. vt paranda, & adminiſtranda. 186. 87.
auſtera medicamenta. 119. 1

B

Balnei nomine, quid intelligendum. 125. 1
Balnei partes quatuor; quæ ſub eo comprehendantur: balneorum diuiſio in naturalia, & arte facta. 224. 2
Balneum aquæ frigidæ, eius duplex vſus apud veteres, inuentores, facultates, vſus tùm in ſanis, tùm in ægris prohibentia. 223. 1. & ſeqq. rectus vſus in quantitate. 229. 2. modo. ibid. tempore. 232. 2.
Balneum aquæ frigidæ magis conuenit ſanis, quàm calidæ. 225. 2
Balneo frigido vſurus æger, tres habere debet conditiones. 226. 1
Pro Balneo frigido, quæ aqua eligenda. 226. 2. quæ pro tepido. 229 2
Balneum aquæ calidæ in triplici eſt differentia. 226 1
Balneum aquæ calidum, & eius vires. 226. 2. rectus vſus in quãtitate 229. 2 modo vtendi ibid tempore 232. 1. 2
Balneum aquæ tepidum eius vires, indicantia prohibentia. ibid rectus vſus in quantitate 229. 2. modo vtendi, ibidem tempore.
Balnea aquarum Thermalium; eorum vires 229 2 rectus vſus in quantitate 229 2 tempore. 232 1 2
Pro Balneis Thermalibus magis neceſſaria eſt purgatio quàm pro thermarum potu & cur. 232 2,
Balnea arte facta ſimplicia ex oleo, lacte

uino, ſanguine humano, & eorum uires. 228.1.2. 229.1
Balneum laudatur in ſcabie. 133.1
Balneum quod perperam ſubſtituitur balneo ex lacte in hecticis. 228. 1
Balneum ex uino, quali ex uino fieri debeat. 228.2
Balnea arte facta compoſita, eorum uires, materiæ ex qua & in qua fiant, cōpoſitionis ratio, exempla. 229 1.2 230.1
Balneum quid, & unde fiat. 115.2.119.1
Balnei ſordes. 181.2
Balneum temperatum, & tepidum, ut differant. 226.2
Balſamum M. Ducis Hetruriæ. 124.1
Baſilica uena, V. Vena baſilica.
Bechica medicamenta quas partes euacuent. 113 1. dātur triplici forma ibid. eorum recta adminiſtratio in doſi, modo, tempore, loco. 114 1
Bechica tuſſim promouent, uel oblinendo, uel exaſperando, & quæ ex his quando conueniant. 113.1
Benedicta. 100.1
Bezoartica V. Alexipharmaca
Bilē & eius ſpecies generātes cauſæ. 2.1 eandem præparantia. 81 1
Boccale libras continet tres, & uncias quatuor. 175.2
Boli quando conueniant, quando non. 75.2
Braſsica marina ſeu ſoldanella, eius dandæ modus, doſis, & correctio. 105.1
Bubo peſtilens. 63.1
Buxus noſtra non eſt Guaiaium. 189.1

C

CAcochymia exquiſita, & ſpuria quid. 87. 1
Cachexia. 192 1. 204.2 213.2
Cæcutientes iuuat uipera caput illitum. 208. 1
Cœna, an prandio parcior eſſe debeat in catharroſis. 276.2
Calidarium quid. 224.2
Callum inducentia medicamenta, 146.1 eundem in fiſtulis adimentia. 151.2
Callus minor, aut maior quam deceat, ut tractandus. 147.1
Calculus. 228.1.234.2.191.1
Calculum frangentia. 142.1
Calefacientia, V. alterātia. A mitioribus ſemper exordiendum, ne nimis exiccemus. 123.2
Calidum innatum organum, & inſtrumentum animæ. 288 1
Calidi inati proportio, quātitas, qualitas, quid indicet. 36 1. medicamēta. 27.1.2
Calidi innati motus medicamenta. 73.1
Candella ad deſcenſum uteri. 69.1
Canna uulgaris, & eius uires 188 2 eius indicantia, prohibentia, corrigētia, adiuuantia, uaria medicamentorū formulæ, quæ ex illa poſſunt fieri, earū cōpoſitio, & recta adminiſtratio. 193. & ſeq.
Caninæ appetentia confert balneum aquæ frigidæ, & cui. 225.2
cancer. 218.1
cantharides, quomodo exhibendæ. 109.2 doſis, & correctio. ibid.1
cappares aluū lubricam ſeruantes. 164.1
capiuaccij error. 62. 2
caputpurgia per quas uias caput expurgent. 110 quib. in affectib. conueniāt. qualia eſſe debeant, quotuplicia ſint, eorum prohibentia, permittentia, rectus, uſus ibid. 111. 112. quibus in affectib. uitanda, & quæ. ibid.
caput euacuantia ſenſibiliter, & inſenſibiliter. 271. 1. 2
capitis dolores. 68.2. 108.2. 167.2.191.1 227.1. 74 1
capra perpetuò febris, & ideò lac eius minus refrigerat. 217.1
cardani error. 62.2
cardiaca medicamenta. 71.1
ex carduo benedicto præſtantiſsima medicamenta, ad mouendum ſudorem in febribus 109. 1
carminantia ſimplicia & cōpoſita. 121.1
carnem in ulceribus excreſcentem tollentia medicamenta. 151.2
in carnibus uolucrum, & greſsilium quatuor conſideranda, & quæ in ſingulis differentia. 157 2
caro uolucrum minoris nutrimenti, quàm greſsilium,

greſsilium, ſed facilioris coctionis; & quem ex his melior. 158.1
caro porcina qua ratione nutrire dicatur. 158.1
carnium præparatio varia, & quæ quando magis conueniat. 158.2
caro pullorum, & caponum viperis nutritorum. 211.2
carthami ſeu cnici ſemina, quando dentur, & eorum doſis. 100.2
caſsia extracta, eius doſis, & corrigentia. 77.2
caſsia cum canna. 75.1
caſsia feliciter miſcetur hiera. 77.2
caſsia quando lubricet aluum. 164.1
cauſæ nomine quid intelligat Hipp. 4.2
cataplaſma, & emplaſtrum, ut differant. 116.1
catharrus. 204.2. 236.1. 171.2. 200.2
catharri nomine, quid intelligatur. 240.1
catharri nomen quotupliciter ſumatur. 240.1
catharrus quid ſit. 240.1
catharri generatio quomodo fiat. 240.2
catharri deffinitio. 241.1
catharrus non eſt morbus. 241.2
catharrus quotupliciter peccet. 242.1
catharrus pro diuerſitate partiũ ad quas fluit, varios morbos gignit. 243.1
catharrum concitari à frigore exprimente 244.1
catharrus, an poſsit fluere per venas. 244.2
catharrus quomodo per ſpatia intercutanea poſsit fluere. 245.1
catharri cauſa efficiens quæ. 245.2
catharrum, quæ intemperies generet. 246.1
catharri cauſa quomodo ſit intemperies. 247.1
catharri à morbis in compoſitione quomodo fiant. 248.1
catharri concauſæ. 248.2
catharrus an in ſolo cerebro generetur. 249.2
catharri differentiæ à quibus, & quot deſumantur. 250.1
catharri ſigna in genere, & in ſpecie. 251.2
catharrus aliquando frigidus cum materia fætente cur. 252.2
catharrus ut curetur, unde deſumendæ indicationes. 254.2
catharrum concoqui coadiuuantibus concoquentibus. 255.1
catharri prognoſtica in genere, & in ſpecie. 256.1
catharrus quando inducit venæ ſectionem. 259.1.2
catharroſis an conueniant cauteria, & in quibus partibus. 261.2
catharroſis veſicantia conuenire, & in quibus catharris. 264.2
catharroſis cucurbitulas, frictiones, & ligaturas conuenire. 265.2
catharrum calidum lenientia pharmaca quæ. 266.1
catharrum calidum alterantia. 266.1
catharrum calidum purgantia. 266.2
catharrus incipiente fluxione an præparandus, an verò euacuandus. 266.2
catharrum frigidum præparantia, & alterantia. 267.2
catharrum frigidum purgantia. 268.1
catharroſis ſternutatoria, & caputpurgia quibus conueniant. 268.2
catharrus quando per nares, quando per os euacuandum. 269.1
catharroſis gargariſmorum vſus quando ſuſpectus. 269.1
catharroſis balnea quando cõueniãt. 273.1
catharrum intercipientia. 273.2
catheter. 69.1
catharetica medicamenta. 138.2
cathæretica cicatricem inducunt. 149.2
cauſæ cognitio ad quid utilis. 4.2
cauſarum diuiſio. 4.2.24.2
cauſæ internæ 25.1. externæ. ibid. quomodo ex iſtis illæ cognoſcantur. 5.1.2.
cauſæ internæ ſecundum naturam. 23.1
præter naturam. ibid.
cauſa generans obiectum morbificum, & eius varietas. 25.2
cauſa proxima remota, principalis, coadiuuans, ſine qua non. 25.1.2
cauſa morbifica quot modis lædat 26.2
cauſa colligens, & detinens quid, & quotuplex. 27.1
cauſa mouens per tranſmiſsionem, vel attractionem. 25.2
cauſæ effectuum variæ, pro varietate

affectuum. 24.2
Cauſæ morborum quomodo aſſequantur. ibid.
Cauſa non ſolum coniuncta tollenda à Medico, ſed etiam antecedens 5.1 Item non tantùm proxima, ſed & remota, & remotiores 7.1
Cauſa coniuncta ægro, & aſſiſtentibus nota, ſaltem implicitè. 5.1
Cauſticum quid. 68.2
Cauſticorum medicamentorum diuiſio, materiæ, & vſus. 138 & 139.
Cauteria ichorem euacuant 64.2. eorum indicantia, permittentia, prohibentia, recta adminiſtratio in quantitate, modo, tempore, loco. 65.1
Cauteria alia fiunt cum traiecto filo ſerico: alia ſine filo: & horum alia potentialia ſunt alia actualia. 65.1
Cauteria actualia in quibus caſibus magis probentur. 65.1 quomodo tractanda. ibid.
Cauterium cum filo, V. Setaceum.
Cauteria in parte principe non detinenda vltra annum. 65.2
Cephalica vena, V. Vena cephalica.
Cephalica medicamenta. 71.1
Ceratum pro æſtate & pro hyeme. 146.1
Ceratum quid, & vnde fiat. 116.1 119.1
Ceratum ad antiquos, & inueteratos catharros. 272 1
Ceratum ex viperis. 211 2
Cerebro quomodo dicatur genitum pro refrigeratione cordis. 282 2
Cerebrum inſeruit principibus facultatibus, vt organum 283.1
Cerebri ventriculi tres, & cur ſinguli. 284. 2
Cerebrum cur frigidum. 286.1
Cerebrum cur humidum. 286.2
Cerebrum cur album. 289.1
Cerebrum cur molle. 289 1
Cerebri ſubſtantia cur tenuis. 289.1
Cerebrum cur figura ſphærica. 289.2
Ceroma quid, & eius apud veteres vſus 181.2
chalybs Stomoma dicitur, illius varia nomina. 182.2
chalybs quid, & quomodo fiat. 182 2 eius facultates ibid. habet partes calidas, & frigidas. 183.2
chalybs ignitus, & præparatus. ibid.
chalybs conſtat partibus heterrogeneis. ibid.
chalybeata medicamenta ſingularia in deobſtruendo. 134.1. & quomodo chalybs attenuet, & deobſtruat. 182. & 183.
chalybis præparatio quæ, & quid illi conferat, & quotuplex. 183.2
chalybs an, & quomodo ſoluat aluum. 184.1
chalybs tùm extincti, tùm præparati indicantia ibid. rectus vſus in quantitate quomodo, tempore, loco. 186.2
chalybs conuenit etiam in febribus longis. 184.1
chalybi præparato ſemper admiſcenda corrigentia, & adiuuantia, & quæ illa. 184.2
chalybeatorum medicamentorum pro deobſtruendo diuiſio, & catalogus. 134.1 185.2
chalybis tinctum. ibid.
chalybs fuſus M. Ducis Hetruriæ, quomodo fiat. 185 1
chalybs aſſumptus ſi per aluum non excernatur, quid agendum. 183 2. 187.1
chalybs dum aſſumitur quo victu vtendum. ibid.
chalybi poſſunt miſceri purgantia ibid. 2
china quid, eius vires, quomodo impinguet, quæ optima 188 2. eius indicantia prohibentia, corrigentia adiuuantia, varia medicamentorum formulæ, quæ ex illa fieri poſſunt, earum compoſitio, & recta adminiſtratio in doſi, temperie, modo, loco. 192 & ſeqq.
chirurgia, V. Materia chirurgicæ.
cholera. 168.1
cibus, & eius recta adminiſtratio. 159.1 2 160.1
cibus duplex, alimentalis, & medicinalis. 157.1
cibus alimentalis deſumitur ex plantis, & animalibus, & ex quibus. ibid.

cibus

cibus ex plantis, eo, qui ex animalib. excrementoſior, excepto eo, qui ex tritico. farre, & Zea. ibid.

cibus medicinalis reſpicit, vel cauſam morbificam, vel morbum: vtriuſq; materia, & vnde deſumatur. 159 1

cibus ex oleribus fructibus granis: cuiuſq; vires, & qui in quibus morbis conueniat. ibid. 2

cibi præparationem reſpiciunt, quæ illis miſceatur. 158.2

cibus qualis in morbo eſſe debeat, & vnde ſumatur. 159.2

cibus ſemper in declinatione exhibendus. 160.2

cibus ſorbilis virtuti debili conuenientiſſimus. 160.2

cibus ſedentibus dandus. ibid.

cibum materia cruda exiſtente, quomodo auxerit Galenus. ibid.

à cibo in principio morbi vniuerſali, quibus in caſibus abſtinendum. 161 1

cibus medicinalis augendus in ſtatu. & augmento vniuerſali contra alimentalis. 161.1

cibandi hora, pro morbi ratione, vt inſtituenda. ibid.

cicatricis inductionem impedientia quæ, & vt tollenda. 149.2

cicatrix relicta poſt vulnus, vt tractanda materiis chirurgicis. 68 1

cicatricum deformitas quadruplex, cauitas, eminentia, color prauus, ruga: & vt quelibet harum corrigenda. 150.2

cicoreacea. 81.2

cydoniatũ aluũ lubricã quõ ſeruet. 163.2

clyſteres quadripartiti. 78. 1

clyſterum lenientium facultates; doſis; formulæ pro materia bilioſa, pituitoſa, melancholica. 78. & 79.

in clyſteribus à ſale quando abſtinendum. 79.1

clyſteres in maxima imbecillitate inteſtinorum parandi cum iure. ibid.

clyſteres pro vermibus. 79 1

clyſteres purgantes, vt fiant. 99. *purgantes bilem.* ibid. *pituitam.* 102.1. *melancholiam.* 104.1. *aquam.* 106.1

clyſteres poſſunt purgantibus ſubſtitui 99. 2

clyſteres refrigerantes. 129.2. *calefacientes.* 124. 2

clyſteres an poſſint nutrire, & vnde tales parentur. 161. 1

clyſteres nutriunt faciliùs in infantibus, quàm in adultis. 141.2

clyſteres vbi aquæ thermales non redduntur inutiliter admouentur. 178.1

coaleſcentia, eius cauſæ, & medicamenta 136 1. 133. 1

coctio omnis incraſſando perficitur. 80.1

coctio omnis etiam excrementorum, fit à calore innato. 94. 2

concoctio à quibus impediatur. ibid.

coctio quo tempore fiat in morbis. ibid.

coctio effectus virium robuſtarum. ibid.

coctio propriè dicta quæ, & quotuplex. 95.1

coctio humorũ medica nõ eſt propriè dicta coctio. ibid. *quomodo procedat, & cui ex propriis coctionib. ſit magis ſimilis.* ibid.

cocta medicanda eſſe verum habet in qualibet euacuatione. 103. 2

coctionis in morbis vtilitates. 13. 2

coctio non cognoſcitur tantùm ex vrinis, ſed etiam ex pulſibus. 13. 2

cognitio nec ſola vniuerſalis, nec ſola particularis ſufficiens. 2. 1

colocynthis ſolùm datur in forma trochiſcorum Albandal. 101. 1

colici dolores. 101 2. 172 1. 175.1. 228.1

coloſtrum quid. 217. 2

columbi ius, V. Ius columbi.

compreſſio, eius cauſæ, & medicamenta. 136. 1. 133. 1

confect. eleſcoph quomodo euacuet pituitam. 100. 1

confectio hamech. 103 1

confeſſionem vt antè tertiam viſitationẽ obeat æger, curandum Medico. 8 2

conſeruæ expectorantes 103.1. *refrigerantes.* 122.2. *calefacientes.* 123. 2. *humectantes.* 124.2

conſerua roſarum lubricat aluum. 164.1

corpus curatur ad curationem animæ. 10.2

conſultandi ſecunda methodus eſſe ad mentem Gal. probatur. 21.1
corruptionem oſsis emendantia medicamenta, & qua cautione vſurpanda. 151.2
cordis illitio. 72.2
conſtipatio, eius cauſæ, & medicamenta. 136.1.1331
conſultationum dignitas, vtilitas, difficultas, 11.1
conſultationis ſecundum Galenum tria tantum capita, & cur tot & non plura. 11.1 ſecundum nos quinq; non plura 19.2, & quo ea ordine proponenda 20.1
conſultor non debet neceſſario proponere numerum, & ordinem capitum in conſultationis initio. 20.1
conſultores ſi plures non cuilibet eadem via incedendum. ibid 2
conſultori ſecundò & tertio, qua via procedendum 20.1. qua vltimo 21.1
conſultor quid primò animaduertere debet. 12.1
conſuetudo. 88 2
coniectura Archigenis quæ, & quo pertineat. 23.2
conuulſio. 89.2. 221. 1 228. 143 2
contuſio neruorum 228.1
craſſefacientia, V intercipientia.
crudus humor humor crudus.
cruda omnia detenta in ventriculo facile in bilem vertuntur. 161 2
cruſtam inducentia. 155.2
cucumeris agreſtis radix, eius doſis præparatio, modus dandi 105 1
cucurbitulæ aliæ ſcarificatæ, aliæ ſiccæ, & vtrarũq; varietates penes materiã ex qua quantitatem figuram. 54. 2
cucurbitularum facultates. 58.1
cucurbitulæ ſiccæ 66.2
cucurbitulæ ſcarificatæ notæ Galeno, & veteribus: earum definitio cum explicatione indicantia, permittentia, prohibentia, rectus vſus. 58 1. & ſeqq.
cucurbitulæ adhibentur, vel vt materia principalis, vel vt ſubſtitutæ venæ ſectioni. 58.1
cucurbitulæ ſcarificatæ poſſunt euacuare totum, & ſubſtitui venæ ſectioni ibid.
cucurbitulæ mundificant cutim, & in hoc vincunt venæ ſectionem. ibid.
cucurbitulæ ſi vnà cũ venæ ſectione vſurpãda, venæ ſectio debet præcedere 59.2
cucurbitulæ euacuantes partem, non admouendæ, niſi toto prius vacuato ibid.
cucurbitulas loco venæ ſectionis vſurpatas malè nonnulli adhibent dorſo, maximè in febribus. ibid.
cucurbitulæ in prægnantibus ſemper affigendæ brachijs. 60.1
curatio morbo: præſeruatio cauſæ debetur & ſymptomatis inductĩ ratione cãs 3.2
curatio per ſe intenditur à Medico. 17.1 perficitur indicationib. ibid. contrarijs abſoluitur. ibid.
curatoria medicinæ pars perficitur inſtrumentis & præſidijs medicis 2.2
curatio non aggredienda, niſi præmiſſo prognoſtico. 22.1
curtorum chirurgia. 69.1
cutanei affectus. 180.1.208.2

D

Decoc. cordiale. 104.2
Decoctum carminans. 121 1
Decoctum commune quibus conſtet. 78.2
Decocta pro concoquendis humoribus plurimum valent. 80 2
Decocta pro præparanda bile. 81.2 pro pituita 82.2. pro melancholia. 83 2
Decocta comarum ebuli, & Soldanellæ, & eorum doſis. 105.2
Decocta e Guaiaco, China, Saſſafras Saponaria, Canna, Salſa, Fraxino, Lentiſco, Viſci quercini ligno, Santalis, Iunipero, Tamarice: ut componenda, paranda vigoranda, adminiſtranda 193. & ſeqq eorum exempla 195 1. quæ ijs ſubſtituenda. 195 2
Decoctum qui ſumere, vel nolunt, vel non poſſunt, quid illius loco ſubſtituendum 120 2 195.2
Decoctum ſantalorum alterans. 122.2
Decoctum viperæ. 209.2
Deiectorijs quando vtendum. 107.1
Delegationes duplices, & quib inſtrumẽtis

tis fiant. 18. 1. ubi fiant. 67. 2
Delegatura Hipp & Celſi pro fracturis. 146. 1. in vulneribus quando conueniant. 148 2
Deliquio animi confert frigidæ aſperſio. 233. 2. obſunt ſtuphæ. 182 1
Dementantia viros vina apud Heræam Arcadiæ. 203 1
Denſitas quid, eius cauſa, & pro ſingulis medicamenta. 137. 1
Deobſtruentia, V. Obſtructio.
Deriuans remedium quale 34. 2. non debetur ſoli materiæ fluxæ, ſed etiam fluenti. ibid.
Deſperatorum morborum curatio quando, & cur tentanda, & quomodo. 14. 2
Deſtillatum capponis. 161. 2
Diacaſſia, Diaſebeſten, Diaprunum lenitiuum 74 2. 75, 2 Diacatholicon. 76. 2 Diaſena lenitiuum 77. 2. Diaprunum, Diaſebeſten ſolutiua. 97. 2 eorum doſis 98. 2. Diaphænicon, Diacarthamum, Diaturbith maius, & minus, & doſis. 100. 1
Diacatholicon quomodo euacuet pituitam. 76. 2
Diaſuſini, Diacydoniatum, Diamarenatum aluum lubricam ſeruantia 164. 1
Diæta V. Materia Diætetica.
Dies quid ſignificet apud Hippocr. 5. 2
Dignotio, & prænotio referuntur in curationem 11. 2
Dignoſcenda medico quæ ſint, & quomodo ſingula dignoſcantur. 12. 1
Digerentia materiam in vulnerib 149. 1
Diluta, ac ſyrupi exhibentur, vel ſeparatim, vel coniunctim, & quando vtrumque. 80 2
Diluta quotuplicia. ibid.
Dioſcorides explicatus. 189 2
Diſcutiens non neceſſariò calidum 188. 1 V. Reſoluens.
Diſcutientia duplicia. 120. 1
Diſlocatio V. Luxatio.
Diſrumpentia abſceſſus medicamenta. 138. 2
Diuretica quomodo euacuent. 106. 2. eorum indicantia. 107. 1. rectus vſus quoad doſin, modum, tempus, locum. 108 2.
Diuretica duplicia propriè, & non propriè dicta 107. 1. quid ſingula, & eorum materia. 108 1 199. 1
Diureticorum quorum exhibitionem cibus prohibeat. 108 2
Diureticis quando vtendum. 107. 1
Dolor. 146. 2
Dolores ſedantia V. Anodyna.
Dolor capitis, V. capitis dolor.
Dolori à flatibus ſuccurrentia. 92 1. à materia acri. ibid.
Dolores diuturni. 180. 1. 191. 1
Doloribus dentium conferunt ſantali. 191 1
in Dolore intenſiſſimo quando ſecanda vena. 50 2
Dropax. 116. 1
Dyſenteria. 172 2
in Dyſenteria cum virium robore nihil vtilius venæ ſectione, & quando ea vtendum. 49. 1

E

Ebuli ſemina, vt colligenda, præparanda, danda, & qua doſi. 105. 1
Ebuli comarum ſuccus, eius doſis, & modus dandi. 105. 2
Eclegmata expectorantia. 103. 1
Elaterij doſis, corrigens 105. 2
Ellebori nigri præparatio, & doſis. 103. 1
Electuaria lenientia in materia bilioſa. 75. 2. pituitoſa 76. 2. melancholica. 77. 2
Electuarium roſatum Meſuei: de ſucco roſarum: eorum doſis. 97. 2
Electuarium Indum, Eleſcoph. 100 2
Eleſcoph duplex, ſub forma electuarij, & ſpecierum. 101. 2
Elect. Eleſcoph qua ratione euacuet pituitam. 100. 1
Electuaria purgantia ferè ſemper permiſcentur cum lenientibus. 98. 2
Electuaria vrinam mouentia ſex. 107 2 expectorantia 103. 1. reſoluentia 121. 2 refrigerantia 122. 2. calefacientia 124. 1

Ele-

Electuaria ex chalybe. 186. 1. ex Guaiaco, Salſa, China Iunipero, &c. 193. 1. & ſeqq ex carne viperina. 210.2
Elephantiaſis cancer totius. 132. 1. eius remedia 190. 1. 191. 1. 209. 2. 227. 1. 175. 1
Elixa humida humiditate extranea, & quando conueniant in morbis. 158. 2 quæ ad illa reducantur. ibid 2
Embrocha quomodo fiat. 116. 1. efficaciſſimè agit propter motum ab alio. 105. 1 V. plura tit. Stillicidium.
Emplaſtrum, & Cataplaſma, ut differant, & unde fiant. 116. 1. 119. 1
Emplaſtica medicamenta. 153 2
Ἐπικρούσεις, κατακρούσεις, quid 67. 1
Epilepſia. 191. 208. 2. 68. 2. 112. 2
Epithymi doſis, & modus dandi. 102. 2
Epithema quid, & unde fiat. 115. 2. 236. 2
Epuplotica ſunt, quæ circatricem inducunt. 151. 2
Epulotica debent ſimul remouere impedientia introductione cicatricis. 149. 2 qualia ſint ibid. eorum materia. 151. 2
Errhinorum formulæ. 111. 1. 2
Erroris externi actionem lædentis variæ appellationes 30. 2 quotuplex. ibid.
in Eryſipelate abſtinendum à repellentibus. 117. 1. conuenit intùs aqua frigida. 168. 1
Eſcharotica medicamenta. 138. 2
Euacuantium medicamentorum diuiſio. 18 2. & exactiſſimè. 84. 1. 2
Euacuans ſenſibiliter, quàm materiam educat: quàm euacuans inſenſibiliter 33. 1. 2
Euacuationi eò aptior humor, quò tenuior 80. 1
Euacuationis nomen strictè ſumitur pro ſola vena ſectione. 85. 1
Euacuationes per aluum, & vrinam, quomodo vniuerſales, quomodo particulares. 106. 2
Euacuantia ſenſibilitèr medicamenta à fol. 84. ad 114. inſenſibilitèr à 114. ad 122. & 137. 2
Eudemi mira natura circa elleborum. 91. 1
Euentus morbi quotuplex. 15. 2. cognoſcitur ex robore naturæ, & morbi. 15. 2. & 37. 2
Euentus tempus duplex. 16. 2. unde cognoſcatur. ibid. & 37. 2
Euentus via ſeu modus quotuplex, & quid. 15. 2.
circà Euentum prædicendum quomodo cum ægro ſe debeat gerere Medicus. 8. 2
Euſtach. Rudius. 191. 1
Excoriatio. 146. 2
Exercitationis particularis in Medicina, quæ vtilitas. 41. 1. quid per eam intelligendum. ibid. 2. via eam conſequendi. ibid.
Exercitia accommodata conualeſcentib. decumbentibus, robuſtiorib. & quouſq; facienda. 165. 1
in Excrementis ſemper etiam aliqua portiuncula benigna. 95 2
Expectorantia medicamenta. Vide Bechica medicamenta.
Experimentum medicum quid, ad quid vtile, & cur periculoſum. 9. 2
Exteriora quæ, & quomodo diſponenda à Medico. 10. 2
Extracta è Guaiaco, Salſa, China, Saponaria &c. 193. 2. 195. 2. & ſeqq.
Expellentia. 129. 2

F

Facultas animæ princeps quid. 279. 2
Facultates princeps quot. 279. 2
Facultates princeps ſedibus diſtingui quid ſit quærere. 280. 2
Facultas autem ratiocinatrix, qualitèr dicatur in cerebro eſſe. 281. 1
Facultates principes eſſe in ſubſtantia cerebri, nec ſede diſtingui. 289. 2
Facultatem lædi læſo organo, quomodo intelligendum. 30. 1
Facultatem lædi in propria eſſentia, & ob vitium organi quid Galeno. ibid.
Facultas non agit niſi ad partem contractas quomodo contrahatur: & contracta

ſta quibus medijs operetur. 35.1.2
Facultatis eſſentia tribus continetur ibi.
Facultatē ſopitam excitant omnia acria, & ingrata guſtui, ac tactui.154.2. eorum uarietates. ibid.
Fœcunditatem fœminis tribuentia uina in Arcadia. 203.1
Fallopij error, & eius cauſa. 171.1
Faſcia ad dolorem capitis. 74.2
Febris. 74.1. 91.2. 199.1. 202.1
Febris hectica quæ, qualis morbus, quotuplex 29.1. eius cauſæ tùm mediatæ, tùm immediatæ. ibid.
Febrium putridarum ſigna à tribus petuntur fontibus. 24.1
Febres non cognoſcuntur ex acceſſionibus ibid.
Febris putridæ cauſa proxima, remota, eaq; tùm interna, tùm externa. 27.2
Febris maligna, & peſtilens perperam à quibuſdam confunduntur. 14.1
Febrium denominatio à quo humore fiat. 28.1
in Febribus præſtantiſſima hydrotica decoctum hordei cum cortice, & medicamenta ex carduo benedicto. 109.1
in Febribus non conueniunt pilulæ, & boli. V. Pilulæ.
in Febribus ardentibus frigidæ potus ſingularis.169.1. itē frigidæ aſperſio.233.1
Febres, quæcunq; balneo curantur, frigido eocurantur. 225.2
in Febri putrida conuenit balneum aquæ tepidum ſub declinationem. 227.1
Febri epialæ, & quotidianæ balneum ex oleo utile. 228.1
Febrib. lōgis chalybs utilis. 183.1. & cur.
Fel hirci. 139.1
Ferula pro fracturis. 146.1. 147.2
Ferrum conſtat heterogeneis partibus, & eius facultates 183.1
Ferri ſcoria quid, eius facultas, & præparatio: ex ea electuarium 186.2. ut exhibenda. 187.2
Fernelij error de Guaiaco. 191.2
Fibula in vulnerib. quādo cōueniat. 148.2
Figuræ vitia quæ 131.2. reducuntur omnia, vel ad ſuperabundantiam, vel ad defectum. 132.1
Figuræ vitia attinentia ad totum, Elephantiaſis, Tabes, & Marcor. ibid.
Figuræ vitia attinentia ad partes, quæ, ex quibus cauſis, & ſingulorum remedia. 132.1
Fiſtulæ quomodo à callo liberandæ, & quibus. 151.2
Fimi bubuli vſus loco lutorum. 181.2
Flatus. 199.1. 201.1
Flatus diſsipantia.101.1.2.106.1. Vide carminantia.
Flatulentibus quomodo ſerum conueniat 134.2
Flores, & fructus cordiales qui. 104.2
Fluor alui prohibet purgans permittit ſec. venæ. 89.2
Fluor ſanguinis, V. Sanguinem ſiſtentia.
Fluorem ſanguinis emendantia in vlceribus. 150.1
Fluor ſeu fluxio humorum 218.1.223.2 162.1.162.1. 184.1.186.2.232.2. 225.2.192.1.204.1.
Fomentum duplex ſiccum, & humidū, & vnde fiant, ac quō.115.1 234.2.119.1
Fomentū per ſpongiā aquæ frigidæ 234.1
Formulæ medicamentorum externorum duodecim. 115.1
Formulæ externæ ſolidæ ſēper efficaciores liquidis, excepta ebrocha, & cur. 116.2
Foueæ thermales, earum facultates, indicantia, & prohibentia, rectus vſus in loco, modo, tempore. 180.1
Foueæ tutiores ſtuphis. ibid.
Fractura duplex. 145.2
Fracturæ quibus materijs chirurgicis tractandæ. 68.1
Fractura alia ſine, alia cum vulnere, vtriuſq; ſpecies, & curatio. 145 & ſeqq.
Fracturæ octo ferè ſymptomata ſuperueniunt, & vt medicamentis ſingula tractanda. 146.2
fractura cū, & ſine oſsis ſeparatione.147.1
Fracturæ cum vulnere curatio. ibid.
Fractura cum, & ſine oſsis denudatione. 148.1
Fragmenta precioſa. 126.2
Frangentia lapidem, V. lapidē frangentia.

Fraxinus quid eius vires 190.1. eius indicantia, prohibentia, corrigentia, adiuuãtia formulæ variæ medicamentorum, quæ ex illa poſſunt fieri, earum compoſitio, & rectus uſus. ibid & ſeqq.
fraxini iamẽt a pota an interficiãt. 190.1
frigida aqua, V. Aqua frigida.
frigidarium quid. 225.1
frictiones ſenſibiliter euacuantes. 66.1
frictiones ſiccæ. 67.1. humidæ 67.2
frictiones deriuatoriæ reuulſoriæ. ibid.
frixæ carnes quando conueniant. 158.2
funes. 68.1

G

Galenus conciliatus, aut explicatus. 11.2.13.1. 19.1.43.2.44.2 47 1. 49.1.50.2. 57.1.52.2.58.1.60.1.63.2. 76.2. 77.1.81.1.85.1.2.87.1.89.2. 90.1.106 2.126.1.160.2 161 2.181.1 172.1.179. 1. 200 2 101.1.
Galenus non eſt author libri de Theriaca, ad Piſonem, & eius auctoris error. 207. 2
Galli veteris ius, V. ius galli.
Gangræna fracturas infeſtans, vt tractanda. 147 1. 63 1
Gargariſmi caput purgantes. 112.1
Geſtana aqua. 170.1
Glandes. V Suppoſitoria.
Glutini compoſitio, & quando in vulneribus conueniat. 148.2
Gonorrheæ confert aquæ frigidæ balneum. 225.2
Graciles cur per ſuperiora potius purgandi. 88.2
Gracilitas, V. Macies.
Gradus morbi quid plurimum facit ad prognoſticandum, & ad ſeligendas materias medicas. 6.1
Grumus ſanguinis in meatu vrinario, & eum diſſoluentia. 135 1
Grumus ſanguinis in vulnere primo detergendus. 148.2
Grumos diſſoluentia. 135 1
Guaiacum quid, vires tũ ligni, tũ corticis, quod optimum. 189 1. eius indicãtia, prohibentia, corrigentia, adiuuãtia, variæ medicamentorum formulæ, quæ ex ipſo fieri poſſunt: eorum compoſitio, & recta adminiſtratio 190. & ſeqq.
Guaiacum non eſt noſtra buxus. 189 1
Guaiacum potiſſimum luis Venereæ alexipharmacum. 191. 1. ei non latente tantùm, ſed etiam manifeſtis qualitatibus aduerſatur. ibid quæ illi in curanda lue poſſint ſubſtitui. ibid.
Guaiaci flores, & fructus inutiliter vſurpantur 191 1
Gutturis morbis collo alligatum caput viperæ medetur. 208.1

H

Habena. 68.1
Habilitas paſſi. 27 1
Hæmorrhoides tutò non aperiuntur ferro 54 2 poſſunt aperiri etiam in non aſſuetis. ibid. euacuatur per eas ſanguis non ſolùm craſſus, ſed etiam tenuis. ibid.
Hæmorrhoides duplices à ramo ſplenico, & vena caua. 55.1
Hæmorrhoidum apertio per hirudines veteribus non vſurpata 62 1. & quomodo adminiſtranda eius difficultas tollitur. ibid 2.
Hecticis perperam adhibetur quoddam ex iuſculentis balneum. ibid.
Hectica febris, V febris hectica.
Hemina quid. 165.2
Hepatis intemperies calida, & ſicca. 217 2. 222. 2 217 1
Hepatica medicamenta. 71.2
Herbæ aluum lubricantes. 163.2
Herbæ capitales quæ. 78.2
Hermodactylus eius vis, modus vtendi, correctio doſis. 101.1
ad Heræam Arcadiæ vina. 203 1
Hieræ variæ ſpecies. 101. 1. illarum doſis 101. 1.2
Hiera picra. 76.2 eius doſis, & de ea difficultas. ibid.
Hiera ſub forma ſpecierum, & electuarij: & quando qua vtendum. ibid.
Hiera feliciter miſcetur caſſia. 77.2
Hiera Diacolocynthidis. 100.2 eſt duplex

&

& vtriuſq; doſis. 101.2

Hippocrates conciliatus, aut explicatus. 2.1. & ſeqq. 7.2 8.2.9.2.46.2.48.1. 54.1.2.81.1.88.2. 90.1.168.2.200.2 202.1.

Hirudines quæ, & quales ſeligendæ: earum natura, facultas, indicantia prohibentia, permittentia, rectus, vſus 60. & ſeqq.

Hirudines poſſunt ſubſtitui venæ ſectioni 60.1. non tenuem tantùm, ſed craſſum etiam ſanguinem trahunt. ibid. 2

Hirudines cum Gal. ait educere tantùm ſanguinem ſubcutaneum, quomodo intelligendus. ibid.

Hirudines in prægnantibus tutiores cucurbitulis. 61.1 in ijs ſemper affigendæ brachijs. 62.1

per Hirudines nimia euacuatio quibus ſiſtenda. 61.1

Hirudines non rectè vſurpantur ſtatim, ac captæ. ibid.

in Hirudinum vſu quæ facienda ante, quæ poſt, quæ in ipſa applicatione. ibid. 62.1

Hirudines hæmorrhoidibus dolentibus, & tumentibus quando applicandæ. ibid. item quando tutiores, loco venæ ſectionis, cucurbitulis. 61.1

Hordei temperatura, & quod optimum. 188.2 ex eo decoctum fit præſtantiſſimum, pro febribus. 109.1

Humorem qualitate peccare quid, & qui humores qualitate peccent. 85.1

Humor qualitate peccat non tantum in cacochymia legitima: ſed etiam ſpuria, tùm cacochymia, tùm Plethora. 86 2

Humorem crudum generans cauſa. 25 2

Humor crudus diuerſus à pituita. 48 2

Humor ſanguine diuerſus, quot modis peccet 86 2

Humor etiam excrementitius aliqua particula benigna donatus eſt 95.2

Humor aquoſus non opus habet præparantibus 104.1. eum purgantia. ibid. & ſeqq.

Hydragoga, V. Purgantia ſerum.

cum Hydragogis ſemper miſcenda flatus diſcutientia 106 1

Hydrotica duplicia: eorum materiæ, & rectus vſus. 109.1. & 110. per totum, & 199 1

Hydrops. 108.2. 63.1. 121.1. 172. 204.2.

in Hydrope plurimum valet bibita vrina. 107.2. eius doſis. 109 1

pro Hydrope fomentum. 119.1

Hydropicos olim in arena ſepeliebant. 121.1

Hydrophobia. 225.2

Hypercatharſis, V. Superpurgatio.

Hyſterica medicamenta. 71.2

I

Ichorem generans cauſa. 26.1

Ichorem euacuans triplex. 33.2

Icterus 208.2.204.2

Idea affectus duo complectitur, & ſpeciē affectus, & eius generationem per cauſas, & quomodo ſingula cognoſcantur ſuis ſignis. 12.1.22.2

Iecoris caua per pharmaca deiectoria purgari quando velit Galenus. 89.2

Iecoris appropriata. 134.1

Impinguantia medicamenta quæ: eorum indicantia permittentia, prohibentia, materia formulæ, rectus vſus. 139. & ſeqq.

Impinguantium materia, vel ſpectans cauſam efficientem pinguedinis, vel materiam ex qua eiuſdem. 139.2

Impellentia. 129.2

Indicatio curatoria prima inuentione. 3 1

indicatio à cauſa ſeu præſeruatoria inuentione ſecunda, executione prima. 4 2. quomodo curatoria dicatur. ibid.

Indicatio præſeruatiua pertinet ad methodum curandi. ibid.

Indicatio à cauſa externa nulla, & cur. 5.1.33.1. eluceſcit tamen ex illa interna, à qua ſumitur indicatio. ibid.

Indicationes contrariæ, & diuerſæ, quæ, & quomodo exequendæ à medico. 9.1

Indicationum curatiuarum fontes duo, res præter, & ſecundum naturam. 17.1

Indi-

Indicatio mixta ex curatiua, & preſeruatiua. ibid.

Indicatio vitalis 17.2. quid differat à curatoria, & præſeruatiua. ibid.

Per indicationes curare quid ſit. 22.1

Indicationes curatiuæ ſumuntur à tribus tantum, morbo, eius cauſa, virtute. 31.1

Indicationes à morbis ſingulis. 31.2. à cauſis per omnes earum ſpecies. 33.1. à virtute. 35.1

Indicationes ſymptomatum. 34.2

Indicantia vitalia tria ſecundum alios, & quid vnumquodque indicet. 35.2. ſecundum nos duo tantum, & cuiuſq; indicata 36.2

Infuſa in obſtructionibus plurimùm valent. 80.2

Inflammatio in vulneribus, vt tractanda 150.1. 146.2. V. plura tit. Phlegmone.

inſeſſus quibus conſtet 115.2

inſeſſus quid, eius vſus, & vires; vnde fiat: compoſitio illius; recta adminiſtratio, & varia exempla 234.1.2

inſtrumenta inueniendorum inſtrumentorum medicorum, & omnium adeò artium duo. 21.2

intercipientia ſunt craſſefacientia quæ, & quotuplicia 34.2. 129.1 eorũ recta adminiſtratio variæ materiæ. ibid 2

intemperies 122.2. 168.1. 131.2. 171.2. 224.2. & alibi

intemperies medicamenta. 131.2

inteſtinorum prolapſus, & eius per medicamenta curatio. 144.2

in inteſtinis prolapſis indurata fæces quibus emolliantur. 145.1

inteſtinorum dolor. 213.1. 227.1

inunctiones narium. 111.2

inunctio externa. 115.1

Io. Iacobus Mannus. 64.1

Io. Thomas Minadous. 211.1

ireos radicis ſuccus, eius doſis, & modus dandi, 105.2

iſchiadici non ita iuuantur à ſcarificatione, vt à venæ ſectione. 63.2

iudicium medicum quid, ad quid vtile, & cur periculoſum. 9.2

iuniperus quid, quotuplex, eius vires 189.2 eius indicantia, prohibentia, corrigentia, adiuuantia, varia, quæ ex ipſo fieri poſſunt medicamentorum formulæ; earum compoſitio, & recta adminiſtratio. 193.2. & ſeqq.

iuniperi ramenta an venenata 189.2

ius columbi domeſtici, vel turrialis: eius vires, indicantia, præparantia, recta adminiſtratio. 214 & ſeqq.

ius galli veteris, eius vires. 212.1. pro eo quis gallus eligendus, & quomodo præparandus ibid.

ius galli exobſtruens ſingulare. 134.1. & quibus præterea affectibus ſuccurrat, ac quomodo pro ſingulis parandum. 212. & ſeqq

ius galli veteris indicantia, prohibentia, adiuuantia, corrigentia: eius recta compoſitio, vigoratio, adminiſtratio in doſi, modo, tempore. 212 & ſeqq.

ius galli euacuatorium, vt parandum. 213.2. & 215.1

ius pulli, & pullæ; eius vires; adiuuantia & corrigentia, indicantia, præparatio, recta adminiſtratio. 215.2

ius ſeu decoctum viperæ, vt paretur. 209.1

L

LAbium, & γοῦτιο quid. 225.1

Lac, & alimentum humectans ſubſtantificè, & medicamentũ 124.2. 216

Lac vaccinum, & ouillum largiſſimè alunt, promptiſſimè, humanum, aſininum, caprinum. 217 per totum.

Lac triplici conſtat ſubſtantia, & ideò varijs pollet facultatibus. 217.1

Lactis facultates medicinales: eius indicantia permittentia, prohibentia corrigentia, & adiuuantia: recta adminiſtratio in doſi, temperie, modo, loco. 217. & ſeqq.

Lactis facultates, vt varient, pro varia ſpecie animaliũ ex quib. ſumitur 124.2. 217.1. item pro diuerſo eorundem temperamento, habitu, ætate, victu, item pro anni tempore. 217.2

Lactis

Lactis optimi notæ. 218.2
Lac fuſci animalis melius, quàm candidi, & cur. ibid.
Lac facilè corrumpitur, & coagulatur in ventriculo, ſi diù moretur. 219.1
Lacte corrupto in ventriculo, qui fiant pulſus. 220.1
Lac non perferenti ventriculo, ut occurrendum. 221.1
Lac acidum, ſeu oxygala: eius modus parandi. 219.2
Lactis quantitas Hippocrati familiaris, & cur tanta. 220.1
Lac quomodo chalybeandum. ibid.2
A Lacte aſſumpto quid agendum, 220.2
Lactis uſus maximè aſinini ad decorationem. 228.1
Laconicum quid, perperam à nonnullis cum hypocauſto confunditur. 224.2
Lanceolæ uſus in ſecanda vena tutior uſu moſquettæ. 52.1.
Lapis Lazuli eius nomina & doſis. 103.1
Lapis Armenus. ibid.
Lapidē frangentia & eorum doſis. 142.1
Lapidem frangentia à proprietate. ibid.
Laſſitudo. 225.2.226.1
Lenientia quid, & eorum indicans. 73.1. *ſunt in cura regulari ſemper alijs medicamentis præmittenda, & cur* ibid.2
Lenientia duplicia, per os euacuantia & per aluum. ibid.
Lenientia per os euacuantia. V. Vomitoria.
Lenientia euacuantia per aluum duplicia, exhibita per os, & immiſſa per anum. ibid.
Lenientia immiſſa per anum. V. Clyſteres, & ſuppoſitoria.
Lenientia, quæ per os exhibentur in materia bilioſa, pituitoſa, melancholica, mixta, & ſingulorum recta adminiſtratio in quantitate, modo, tempore. 74.75.76.77.88. *item formulæ, tum pro bolo, tum pro potione.* ibid.
Lenientia quando in bolo, quando in potione conueniant. 75.2
Lenientia pro potu quo liquore diluenda, pro bile. 75.2. *pro pituita.* 77.1. *pro melancholia.* 77.2
à Lenientibus in tribus caſibus abſtinendum. 76.1
Lenientia non ſunt verè purgantia. 85.1
Leniens non ſemper permittendum ſect. venæ. 53.1
Lentiſcus quid, & eius vires. 190.1. *eius indicantia, prohibentia, corrigentia, adiuuantia, variæ medicamentorum formulæ, quæ ex ipſo fieri poſſunt: earum compoſitio, & recta adminiſtratio.* 190.2 & c.
Leuitas à quibus cauſis fiat. 135.1
Leucophlegmatia. 180.1
Lienoſi. 183.2.184.2. 191.1
Lienis appropriata 134.1
Lignum Indicum duplex. 189.1
Lignum S. Crucis quid. 190.1
Linimentum quid, & unde fiat. 115.1. 112.119.
Linctus V. Expectorantia.
Lenimenta pro palato ad caput purgandum. 112.1
Lixium per os datur pro exiccatione, & eius doſis. 119.2
Locus morbi, & cauſæ quando idem, quando diuerſus. 4.1
Locus affectus habet rationem ſaltem coindicantis 4.2. *Varietatem parit in ſeligendis, & componendis materijs medicis ibid. ratione eius indicantur à virtute præſidia uitalia* ibid.
Locus affectus quando cognoſcantur ſimul cum morbo cognito, quando non. 4.1.
Loch ſeu eclegmata expectorantia 113.2
Lotiones ſimplices, & compoſitæ, quibus partibus adhibeantur: unde fiant: eorum uſus. 67.2.235.1
Lotio ſiccans poteſt eſſe actu humida, & ſicca, & qualis. 238.1
Lotiones ſubſtitutæ ſtillicidijs: unde fiat: earum exempla. 237.2
Lues uenerea V Venerea lues.
Luti nomine quid. 181.1
Luta medicata, ſeu Thermalia quid ſint eorum facultates, indicantia, & rectus uſus. 181. & ſeqq.

Lutum

Lutum terræ pinguis cuiuſcunque an eiuſdem cum thermalibus vſus. 181.1
Lutorum ſuccedanea. ibid.
Luta arte facta. ibid. 2
Luta non ſtatim à prandio vſurpanda. 102. 1
Luxationes quibus materijs Chirurgicis tractentur. 68. 2
Luxatio recens, & antiqua: & vtriuſq; curatio. 143. & 144.
in Luxatione vbi adeſt dolor quomodo agendum. 144. 1
Lycia vina aluum ſoluentia. 203. 1

M

Machinamenta. 68. 1
Macies. 214. 1. 66. 2. &c. 171. 2. 109. 2. 139. 1. 168. 1. 116. 1. 184. 2. 192. 1. 200. 2. 147. 1
Magneſiæ aquæ. 170. 1
Magnitudo morbi quotuplex, & quomodo dignoſcenda. 13 1. 37. 2
Magnitudo ſymptomatum triplex. 13. 1
Malities morborum quotuplex. 14 1
Malagma idem quod ceratum. 116. 1
Mala compoſitio. 131. 2 & ſeqq.
Manardi de ptiſana opinio nulla. 200. 2
Manna, eius doſis, quibus conueniat, quibus non: & quando ſola exhibenda, quando non. 75. 1 flatus generat. 176. 1
Maſſariæ error. 60. 2
Maſticatoria. 112. 1
Materiæ medicæ, quot, & quomodo inueniantur, & quis earum vſus. 38. 1. 2
Materiæ præſidiorum triplices 17. 2. quomodo in conſultationibus proponendæ, & quo ordine. ibid. & ſeqq.
in Materia qualibet præſidij duo perpendenda, eius natura cum indicantibus, permittentibus, prohibentibus: & rectus vſus 42. 1. 2
Materia turgens, & quieſcens quæ. 95. 96.
Materiæ prius ſeligendæ, deinde rectè vſurpandæ. 19 2. 38. 1
Materias ſelecturo duo neceſſaria. 38. 2
Materierum medicarum recta inuentio declaratur. 39. 1
Materia tutius deſcendendo, quàm aſcendendo poteſt tranſire per membrum principale. 55. 2
Meterierum rectus vſus conſiſtit in quatuor, non pluribus, nec paucioribus: & à quibus ſingula indicentur. 38. 2
Materiæ Chirurgicæ, quæ ſint, & cur primò in conſultationibus proponendæ. 18. 1. 42. 1. earum diuiſio. ibid.
Materiæ Chirurgicæ trahentes humorem diuerſum à ſanguine. 63. 2
Materiæ Chirurgicæ inſenſibiliter euacuantes quinq; numero. 66. 2
Materiæ pharmaceuticæ quomodo proponendæ in conſultationibus. 18. 2. earum diuiſio ibid. & exactiſsimè. 70. 1. 2. 71. 1.
Materiæ Diæteticæ, quæ, & cur vltimo loco in conſultationibus proponantur. 19. 1. continentur victus ratione, ſeu rebus ſex non naturalibus. ibidem & 156. 1. 2.
Materiæ vitales non ſolùm Diæteticæ, ſed etiam Pharmaceuticæ. 36. 1
Materiæ Chirurgicæ ad tumores: ad fracturas luxationes, vulnera, cicatrices. 68. & 69.
Materiæ Chirurgicæ pro vulneribus curandis quatuor, & quæ quando conueniat. 148. 2
Materiæ Chirurgicæ pro certis affectibus 69 1. 2
Materiæ pharmaceuticæ ſpectantes ad res, tùm ſecundùm naturam, tùm præter naturam. 70. 1
Materiæ quieſcentes medicamēta. 129 2
Materia contumax quæ. 91. 2
Materiæ attinens ad gibba hepatis quomodo indicet deiectorium, quomodo Diureticum, & quo quando vtendum 106. 2. 107. 1
Meatuum vitia, eorum cauſæ, & medicamenta. 133. 1. 2
Medicinam ex tempore ſecundum rationem facere, præcipuè medico glorioſum, ſed perquàm difficilè. 1. 1

Medicinæ actiuæ partes duæ, & vnde. 2. 2
Medico contrà quæ pugnandum ſit. 3. 1.
Medico curanti cum conſultante communia. 8. 1. & 11. 1. eidem propria, tùm circa prædictionem, tùm circà curationem. ibid.
Medicus qui ſolus curat, quæ præſtare debeat. 8. 1. quæ conſultans cum aliis. 11. 1
Medicus quomodo ſe præſtet opportuna facientem. 8. 3.
Medici rationales in quo differant ab aliis. 21. 2. & tres illorum ſectæ. ibid.
Medico in venæ ſecandæ modo, quæ conſideranda. 51 2
Medicamenta, V. Materiæ Pharmaceuticæ.
Medicamenta varia ob morborum varietatem 131. 1 quæ debentur cauſæ, quot. 70. 1
Medicamenta vitalia triplicia ſunt 71 1 alia ad proportionem viſcerum ſeruandam alia ad motum caloris innati: alia ad qualitatem eiuſdem, ibid 71 1. 2
Medicamenti odor, & ſapor ingratus, quomodo corrigenda. 85. 13. eiuſdem vomitus, vt prohibendus, ibid. 24.
Medicamenta quando ſub forma potus. quando ſub forma boli vſurpanda. 75. 2
Medicamenta è viperis, V. Viperina medicamenta.
Mechiocan radix, eius doſis, & modus dandi. 105. 2
Mel roſatum, & violatum. 79 2
Mel roſ. ſolut. quomodo loco ſimplicis ſubſtituatur in clyſteribus. 78. 2
Mel roſatum ex ſuccis. 76. 2
Melancholiam præparantia. 83 1
Melancholicos vehementius eſſe purgandos, quo ſenſu voluerit Hippocr. 88. 2
in Melancholia curanda quantum poteſt abſtinendum à ſolidis. 104. 1 item à ſiccis. 185. 1
Melancholiæ balneum tepidum confert. 227. 1
Melancholia hypochondriaca prohibet omnes thermas. 172. 2. 185 1
Membri figura diſtorta. 147 2
Menſes mouentia vt à Diureticis differant: eorum catalogus: rectus vſus in doſi modo tempore loco. 135. 1. 2
Menſes mouent chalybeata. ibid.
Menſes mouentia externa. 136 1
Menſes mouens inſeſſus. 234 2
Menſibus ſuppreſſis in albidioribus fœminis ſcarificatio, in nigrioribus, venæ ſectio conuenit, & cur. 63 2
Menſium fluor impedit venæ ſectionem. 48. 2
Menſtrua rubra. 225. 2
Mercurius vermes enecat, & quomodo dandus. 143. 2. an venenum ſit dubitatur. 177. 2
Metallica, exceptis friabilibus, non miſcentur thermis ſecundum ſuam ſubſtantiam. 170. 2
Methodus inueniendarum cauſarum non vna, & cur. 24. 2
Mirabolani citrini. 98. 1
Morborum differentiæ, & illorum indicationes. 31. 32
Morbi in ſitu. 143. 2
Morbus malignus duplex, & quis. 14 2
Morbi magnitudo indicat venæ ſectionē, & quæ ac quomodo 44. 2. & quomodo purgationem. 86. 2
Morbus quis, & quomodo magnus dicatur. 13 1
Morbus quomodo vehemens, & rationem quorum. 37. 2
Mos in quib. & cur ſuſpectus. 83. 2
in Morbo acuto à principio materiis medicis vehementioribus: in chronico blandioribus vtendum. 6. 2
Morborum particularium cauſæ. 26. 1
Morbus in magnitudine. 137. quotuplex ibid & 141. 1
Mos morbi quid, & vnde deprehendatur. 14 1
Moſquettæ vſus in vena ſecanda improbatur. 52. 1
Motus morbi quid. 5. 2. pendet ab alteratione materiæ, ibid. plurimum fa-

cit ad Prognoſticum, & ad ſeligendas materias medicas. 6.1
Motus in quibus morbis reperiatur. 13.1 *quotuplex, & vnde is cognoſcatur,* ibid. 2
Munellæ error. 61.2
Mulo exenterato mira vis attrahendi, & diſsipandi venenum. 120.2
Myrobolani citrini 98.1. *Chebuli emblici, & bellerici* 100.1.2. *Indi* 102.1. *eorum doſis, & modus dandi.* ibid.

N

Narcotica, eorum materia ſimplices, & compoſita, recta adminiſtratio. 153.1
Narcotica aliquando ante, aliquando poſt euacuationem adhibentur. 153.2
Natatio in lacubus, fluuijs, natationibus, mari. 225.1
Naturales res. 81.2
Nephritica medicamenta. 71.2
Nephritici. 101.1. 191.1. 96
Neruorum vitijs vtiliſsimum balneum ex vino. 218.2. *item Stuphæ* 180.1. & *Luta.* 181.1
in Nerui punctione ſtatim purgat Hippocrates. 96.
Nonnaturales res, & cauſæ morbificæ ſunt, & materia medica. 19.1
in Numero morbi, & medicamenta ad eos ſpectantia. 141.2
Nux Indica impinguat qualitate occulta: & eius adminiſtrandæ varij modi. 139. & *ſeqq.*

O

Obſtructio quomodo fiat. 28.2
Obſtructionis cauſa. 133. & 134.
Obſtructionis tollentia medicamenta, ſimplicia, mitia, vehementia, compoſita, interna, externa, eorum rectus vſus. 133. 134. 135. & 136.
Obſtructiones tollunt non tantum calida, ſed & frigida. 133.2
Obſtructio à multitudine ſanguinis tollitur tantum ſectione venæ à craſsitie, & lentore medicamentis. 133.2
in Deobſtruentium compoſitione duo obſeruanda. 134.1
Deobſtruentia, quæ vrinas mouent, non danda niſi materia concocta: cætera etiam in cruda conueniunt. 134.2
Obſtructiones viſcerum 80.2. 98.1. 171.1. 184.1. 200.2. 204.2. 213.1
Occaſio, quid, & cur præceps. 9.1
Occulta vi, vt aliquid agere dicatur, quæ requirantur. 191.2
Oculorum vitia 112.2. 219.2.1. 208.2. 225.2
Oculi tunica vuea dicta quomodo reponatur. 144.2
Oderamenta. 154.2
Oedema. 180.1 *V. plura tit. Tumor laxus.*
Oleum non conuenit in ventriculo debili. 74.1
Oleum chalcanthi, & ſulphuris exiccantia, & eorum doſis. 119.2
Oleum Hyperici ſingulare in ſedando dolore à purgante medicamento. 93.2
Olea refrigerantia. 123.1. *calefacientia.* 124.1
Oleum M. Ducis Hetruriæ. 124.1. 129.1
Oleum è lutis thermarum. 181.2
Oleum ex chalybe quomodo fiat. 185.2
Oleum ex ligno Guaiaco, Salſa, China, Saponaria, &c. 193.2. & *eorum recta adminiſtratio.* 196. & *ſeqq.*
Oleum ex viperis. 209.2
Oleum de Scorpionibus Matthioli. 129.1
Omenta caſtratorum reſoluunt. 120.2 *calefaciunt.* 124.1. *humectant.* 129.1. *attrahunt.* 130.1
Ophthalmica medicamenta. 71.1
Orbiculi ſuppoſitorij. 79.2
Ordo quis in hoc tractatu. 21.
Organum quot modis lædatur. 30.1
Orthopnea. 212.2. 191
Oſsium fractura quando conſolidanda, quando cauſa læ curanda. 145.2
Oſsis ſeparatio. 147.2
Oſsis corruptio quomodo, & quibus medic. curetur. 151.2

Oua

Oua quæ optima, quæ peſſima: eorum præparatio varia, & quæ quando conueniat. 158.2
Oua anſerum omnium deterrima. 159 1
Ouorum varia præparatio & quæ magis apta nutritioni potiſſimum in ægritudinibus. ibid.
Oxymel chalybeatum. 185.1

P

Palmæ Chriſti ſuccuſieius doſis: modus dandi. 105.2
Panis quis optimi nutrimenti. 157.1
Panis lotus quis. 157.2. conuenit in obſtructionibus. ibid.
Panis ex iure coctus. ibid.
Panis bis coctus quando conueniat quando non. 197. in fine.
Panis ex tota farina reddit aluum lubricam. 163.2
Panem homines nunquam faſtidiunt, & cur. 157 2
Papulæ. 226.2
Partus difficilis. 128. 1
Partes animalium quæ maioris nutrimenti. 158.1
Paſſionis nomine Hippocr. quemlibet præternaturam affectum, morbum, cauſam, ſymptoma intelligit. 3.1
Paſſi habilitas, V. Habilitas paſſi.
Paſſulæ aluum lubricam ſeruantes. 165.2
Percuſſiones cum ferulis, & earum uſus. 67.1
Pharmaca, V. Materiæ pharmaceuticæ.
Pharmacis deiectoriјs expurganda iecoris caua, quo ſenſu dixerit Galenus. 89.2
Phlegmone. 63. 1. 149. 2. 168. 1. 171. 2. 217. 2
Phrenitidi aquæ tepĕda balneum confert. 227. 1
Phtiſis. 214 1
Picationes. 66.2
Pilulæ non conueniunt in febribus, & quomodo in ijs dandæ, ſi neceſſitas eas poſtulet. 91.2
Pilulæ purgantes pro capite perperam dantur à cœna 97 1
Pilulæ in affectibus bilioſis, ut exhibendæ. 99 1
Pilulæ aureæ; de tribus cum Rhabarbaro & quomodo euacuent bilem 97. 2 & 98.2. alephanginæ, maſticinæ; de agarico Meſuei; fœtidæ, cochiæ, arthriticæ; de hermodactylis 102 1 de fumaria: quomodo euacuent malencoliam. 102. 2 & 103.1. Indæ Cochiæ cum elleboro; de lapide Lazuli; de lapide Armeno; de nitro, de elleboro aggregatiuæ, lucis. de nitro 104. 1. de Sagapeno; euphorbio, Mezereo. 105. 1. 2.
Pilulæ Alephanginæ quomodo euacuant pituitam. 76.2
Pilulæ bechicæ. 113. 2
Pilulæ preſeruantes à catharro. 276.1
Piſces ſoli ſaxatiles ægris utiles in cibo: eorum preparandorum modus. 157. 2
Pituitam generans cauſam tùm ſalſam, tùm non ſalſam. 25. 26.
Pituitam preparantia 82. 1. quæ non alteranda penes doſim. ibid.
Plenitudinis diuiſim 45. 1
Plethora quid. 45. 1. & 87.
Plethoræ ſpuriæ accurata diuiſio. 87.1
Plethoricum corpus iuuari non tantùm venæ ſectione, ſed purgatione etiam, quo ſenſu dixerit Galenus. ibid.
Pleuritis. ibid. 96.
Pluuialis aqua quæ optima. 168.2
Podagra, V. Articulorum dolores.
Polypodium quercinum, & eius doſis. 102. 2. dari poteſt radix ſub forma acetarij. ibid.
Potus pro morbis duplex, alimentalis, & medicinalis, utriuſq; materia & recta earum adminiſtratio. 161. 162.
Potum nullum conuenire in febri, niſi calor ad pedes, & manus redierit, de quo potu intelligendum. 200.1
Potus quando conueniat, & quomodo vſurpandus. 75. 2
Præparantia medicamenta quid: & ut ab alterantibus differant. 30.2
Præparantia duplicia & quæ ſingula, ac qualia. 80.1

Præparantia humores Metaphorica concoquentia dicuntur. ibid.

Præparantia poſſunt dari etiam in forma ſolida, rotularum, & bolorum, duabus de cauſis. 80.2

Præparantia in forma liquida ſunt Syrupi, Iulepi, Diluta, & quæ ſingula, ac quando vnum altero magis conueniat: item quando ſeparatim, quando coniunctim. 80. 2. & ſeqq.

Præparantium prohibentia ſex, eorum recta adminiſtratio. 81. 1 2

Præparantia bilem 81.1. *pituitam* 82.1. *melancholiam* 83.1. *& ſingulorum rectus vſus.* ibid.

in præparanda bile, augenda doſis aquæ, & decocti, vltrà conſuetudinem, & cur 81. 2. *imò ſola decocta propinanda.* ibid.

Præparantia pituitam non alteranda penes doſim, niſi in ſalſa. 82.1

in præparandis humoribus, quantum poteſt, abſtinendum ab aquis ſtillatitijs, & cur. 184 1

Præparantia quando permiſcenda, ibidem

Prænotio, & dignotio referuntur in curationem. 11.2

Prænotionis vtilitas. 14.2

prænoſcenda medico tria. 15. 2. *& vnde ſingula.* ibid.

prænoſcendi modus duplex 15.37.1. *quomodo vterq; inſtituendus.* ibid.

præſeruatio debetur cauſæ, & ſymptomati. 13. 2. *Vide ſup. Indicatio præſeruatiua.*

prognoſticatrix maximè omnium medicinæ partium affinis curatrici. 11. 2

prognoſtico non præmiſſo non aggredienda curatio. 12. 1

in prognoſtico euentus, quæ cautio medico adhibenda apud ægrum. 8 2

procidentia vuæ, & pro ea medicamenta. 144.2

proſper Alpinus. 64.1

pruritus. 146.1

... V. Ius pulli.

pulli ius.

pulmonaria me... dicamenta. 71. 1

pulueres ex Guaiaco, Saſſafras, Salſa, Saponaria, &c. 193. 2. *eorum recta adminiſtratio, & præparatio.* 296.1

puluis chalybeatus. 183.1

purgans latè ſumptum quòd ſit, & eius exactiſſima diuiſio. 84.1

purgantia propriè dicta quæ, & ibid. & ſeqq.

purgans quomodo determinatum humorem euacuet, eiuſq; Gal. ac Meſuei ſententia dilucidatur. 85. 1. 2

purgans non eſt neceſſe per venas ad humores attrahendos peruadere. 86. 1

purgans medicamentum indicantia. 86 2. *permittentia, & prohibentia.* 87. 2. *rectus eius vſus in quantitate, in modo, in tempore, in loco ibid. & ſeqq.*

purgans cur à ſolo humore in quali peccante dicatur indicari. 87 2

purgans curatorium, & præſeruatorium quando conueniat. 94 1

purgantis quantitatem, nec ſcientiſſimus determinare poteſt. 89. 2. 90.1

purgantis doſin variantia. 90.1

in purgando ſemper tutius ſubſiſtere infra ſummam medicamenti doſin. 91. 1

purgans qua forma dandum, præter materiæ contumaciam, ex quinq; cognoſcitur. 91. 1

purgantis medicamenti odor, & ſapor, ut corrigenda. 92. 1. *vomitus, ut prohibendus. ibidem. item ſyncope. ibidem* 1.

purganti an ſuper dormiendum. 92. 2.

purgantis reliquias detergentia. 93. 2. & 226 2

purgantia quando permiſcenda. 104.1.

purgantibus ſemper admiſcenda cardiaca. 104.1

purgandumne aliquando materia cruda exiſtente. 94.95.96.

purgandum non eſt in acceſſione. 95. 2

purgantia bilem. 97. 2. *pituitam.* 100. 1. *melancholiam.* 102. 1 *ſerum, ſeu humorem aquoſum.* 104. 2. *mixtos humores,* 104. 1. *eorum rectus vſus, &*

for-

formulæ. ibid.
purgantis quantitas alia quid agendi, alia uſus. 89.2
ex purgantibus ſemper eligenda uſitatiora. 104.1
purgantibus aquam ſemper admiſcenda flatus diſſipantia. 106.1
purgantia umbilicalia. 97.2. 99.2
purgationis, & uenæ ſectionis differentia. 90.1
purgationis definitio, & eius explicatio. 84.1. indic. permitt. prohib. 81.2
purgatio duo includit, & ideò duplex etiam habet indicans. 86.2
purgatio eradicatoria, minoratiua, retractoria quid. ibid.
purgatio eradicatoria, & minoratiua nota Galeno. ibid.
purgare eradicatiuè, non eſt purgare ad animi deliquium. 89.2
Purgatio ad animi deliquium nunquam conuenit, illiq; dubis. ex Hippocr. tollitur. ibid.
Purgatio quam uirtutem requirat. 88.1. quàm ætatem, quem habitum, quàm temperiem. ibidem 2. quod uitæ genus 89.1
Purgationem uteri geſtatio an prohibeat, & quando. 88.2
Purgationem prohibet proprietas indiuidualis, & Venus. 90.2
Purgationes cur æſtate, & hyeme difficiles. 89.1. 90.2
Purgatio in prauo uictu uſis per epicraſin conuenit. 89.1
Purgationem tutam, & iucundam facientia. 92.1. & ſeqq.
ante Purgationem, in Purgatione, poſt Purgationem quæ facienda. 92.1. & ſeqq.
poſt Purgationem altero die Auicenna utitur balneo calido, & cur. 224.2
Purgationem ceſſantem promouentia. 168.1
Purgatio laborioſa, & cum dolore quomodo mitiganda. 93.1
Purgatio preſeruatoria quo anni tempore inſtituenda. 94.1
Purgatoriam facultatem qui volunt ſecundum Galenum eſſe reconditam, errant. 85.2
Pus generans cauſa. 25.2
Pus mouens remedium potiùs eſt vitale, quàm curatorium. 32.2
Pus euacuantia ſenſibilitèr, & inſenſibilitèr. 138.1
Putredo duplex ſimplex, & iuncta qualitati veneficæ. 26.1
Putredo fiens, & facta, & vtriuſq; indicata. 33.2
Putredinis cauſa. 28.2. locus in febribus. ibid. 1
Putredini conueniens cibus. 204.2
Ptiſſana quid, quotuplex; eius vires tùm alimentales, tùm medicamentales, indicantia, prohibentia, corrigentia, adiuuantia: modus parandi; recta adminiſtratio. 200. & ſeqq.
Ptiſſana colata, & non colata quid; vtriuſq; varia nomina. 200.2. differentia quoad vires. ibid.
Ptiſſana etiam noſtro tempore conuenit. 200.2. ex quo hordeo paranda, & in qua aqua 198.2 vt reddatur albicans. 201.2. in brodio non eſt coquenda. 202.1
Ptiſſanæ quę Galenus permiſceat. 201.1. ei, dum coquitur, vt affundenda aqua: ibid. 2.

Q

Qualitate occulta morbum tollentia etiam conſeruant partis proportionem, non contra. 37.
Qualitate occulta, vt aliquid agere dicatur, quæ requirantur. 191.2
Quantitas alia quid agendi, alia vſus. 89.2
Quartanarij ab initio blandè ſunt tractandi. 6.2
Quies ſanguinis quid indicet. 46.1
Quo agendum non differentiam remedij, ſed remedij materiam ſignificat. 44.2
Quot ex Hipp. ægrointerrogando. 2.2
Quid agendum; à quo indicetur. 39.1

R

Radices aperientes. 107.2
Radix cucumeris agreſti puluis. 105.1
Radix mechiochan. ibid.2
Rarefactio 137.1
Rarefacientia medicamenta. ibid.
Rectus vſus in quibus conſiſtat. 39.1
Refrigerantia, V. Alterantia.
Regiones ad ventos frigidos Hippocrati quæ. 95.2
Remedium curatorium propriè quid. 3.2
Remouentia impedimenta 80.1
Renum vitia. 222.1.169.1
Repletio per Chirurgiam & pharmaciam immediatè: per Diætam mediatè tollitur. 191
Reprimens ſeu repellens remedium quid, & quale 34.1. debetur non tantum materiæ fixæ loco mobili, ſed etiam fluenti, & cui. 34.1.114.1.2.
Reprimentia quæ ſint; & quotuplicia; ſingulorum materiæ: eorum recta adminiſtratio: formulæ tùm externæ, tum internæ 114.115.116.117.
Reprimentia in tumoribus frigidis non conueniunt. 114.2.137.2. in materia fluente tantùm exteriùs adhibentur. 128.2. egent vehiculo exteriùs adhibita. 119.2. quomodo operationem ſuam obeant. 114.2.128.2. reſoluentibus quando miſcenda 116.2
Reprimentia in materia ſanguinea, bilioſa, pituitoſa, melancholica. 117.118.
Reprimentib. quando vtendum. 150.1
à Reprimentibus externis abſtinendum in Pleuritide, Iſchiade, Eryſipelate. 117.1 in reprimentibus abſtinendum ab aceto. ibidem.
Reſoluens præſidium quid, & quale, 34.1 & quomodo fiat ſiccans 118.2. & à ſiccante differat, ibidem, & 120.1.
Reſoluentia duplicia, emollientia, & verè reſoluentia, ſingulorum materia. 119.1. rectus vſus ibid. & ſeqq.
Reſoluentia fortia in feruido tumore noxia 137.2. mixta cum auſteris fiunt ſiccantia. 118.2
ad Reſoluentia reducuntur carminantia. 121.1
Reſoluentibus in materia ſicca ſemper admiſcenda emollientia. 121.2
Reſoluentibus quando miſcenda repellentia. 116.2
Reuulſoria conueniunt cum reſoluentibus. 118.2
Retrahens remedium duplex. 34.1
Reuellens quid, & quale. 34.2
Rhabarbari doſis. 97.2.98.1. quando conueniat infuſum, quando in ſubſtantia ibid. eius adſtrictio, vt corrigatur. ibidem.
Roboris naturæ, & morbi ſigna, 16.1. & 37.2
Roborantia quæ. 36.2
Rotulæ ex viperina carne. 210.2
Ruſtionis materiæ medicæ. 145.

S

Saluatella malè creditur propago baſilicæ. 55.1. eius in febribus chronicis & erraticis tutiſſima apertio & cur. 56.2. rectè ſecatur in affectibus lienis. 57.1.
Sales viperini. 209.1
Sal chalybis. 185.2
ſal Tartari. 164.1
ſalſa Parillia, eius vires, & quæ optima. 188.1. eius indicantia, prohibentia, corrigentia, adiuuantia: variæ medicamentorum, quæ ex illa fieri poſſunt, formulæ, earum compoſitio, & rectus vſus in doſi, tempore, modo, loco. 19. & ſeqq.
Sambuci medianæ ſuccus, eius doſis, ac modus dandi. 105.2
ſandarache Arabum, ſeu ſandarace quid 189.2
ſanguinem generans cauſa. 25.2
ſanguis quatuor modis peccare poteſt. 44.2
ſanguis quocumq; modo peccet, tripliciter lædit. 45.1
ſanguis, vt cauſa ſine qua non, peccat

Duobus modis. 45.2
ſanguinis miſſio. V. Venæ ſectio.
ſanguinis mittendi quantitas, & illius indicantia. 49.2.50.1
ſanguis non temerè mittendus ad animi defectum. 50.1
ſanguis quando mittendus ad mutationem coloris. 50.1
ſanguis qua ratione peccet in Apopleſia Paralyſi, conuulſione obſtructionibus, & ſimilibus. 44.1
ſanguinem depurantia medicamenta. 140.2
ſanguinis fluxum compeſcentia. 155.2. 61.1
ſanguinem concretum diſcutientia. 155.2
ſanguis taxi. 139.1
ſantali quid, eorum genera, & vires. 190. eorum indicantia, prohibentia, corrigentia, adiuuantia, variæ medicamentorum, quæ fieri ex ipſis poſſunt, formulæ: earum compoſitio, & recta adminiſtratio. 193. & ſeqq.
ſaphena quando aperienda. 56.1
ſaponaria quid, quotuplex, quæ melior: eius vires. 188.2. eius indicantia, prohibentia, permittentia, corrigentia, adiuuantia: variæ medicamentorum, quæ ex illa fieri poſſunt, formulæ: earum compoſitio, & rectus uſus. 193. ſeqq.
ſaponaria perperam dicitur à quibuſdam Cruciata. 188.2.
ſaponariam probabile eſt habere proprietatem Lui Venereæ aduerſariam. 191.1
ſaponea. 113.2
ſarcotica medicamenta. 149.2. 151.1
ſaſſafras quid, & eius vires. 188.2. eius indicantia, prohibentia, permittentia, corrigentia, adiuuantia, variæ medicamentorum, quæ ex ipſo fieri poſſunt, formulæ: earum compoſitio, & rectus uſus. 193 & ſeqq.
ſcabies eſt totius aſperitas. 132.2. pro ea remedia ibidem. 199.2. 221.1
ſcammonium extrà compoſitiones per ſe in quibus caſibus exhibeantur: eius præparatio, & doſis. 98.1
ſcarificatio perperam cum cucurbitulis ſcarificatis confunditur 62.2. fit raſorio, idq; triplici modo, eius natura, & facultas 63.1
ſcarificatio Galeno alia reuulſoria: alia euacuatoria, tùm partis, tùm totius. 63.1
ſcarificatio euacuans partem in quibus affectibus conueniat. ibid.
ſcarificatio euacuans totum quid, eius indicantia & permittentia. 63.64. rectus uſus in loco, & modo, ibid. eamq; quo loco, & quomodo obeant Aegyptij. 64.1 item quid faciant ad præcauendum, qui ab illa, dolorem ibid.
ſcarificatione educitur præcipuè ſanguis tenuis. 63.2
ſcarificatio malleolorum, & de ea dubitatio. 64.1
ſcirrhi viſcerum. 172.1. 203. Vide plura titulo Tumor durus.
ſcoria ferri ad adſtringendum, ut danda. 186.2
ſectæ medicorum tres, & cur tot. 21.2.
ſemina Ebuli. 105.
ſena eius dandæ modus, doſis, correctio. 102.2
ſeptica medicamenta. 138.2
ſerum quid, eius facultates, indicantia, prohibentia, adiuuantia, corrigentia, recta adminiſtratio, 221.1 & ſeqq.
ſerum an frigidum, an calidum. 221.2
ſeri facultates, ut varient pro varietate animalium, ex quibus ſumitur; præparationis; eorum quæ ei permiſcentur 222.1
ſerum caprinum, & vaccinum deſtillatum pro refrigerante. 122.2. item pro vitijs partium urinalium. 223.1
ſerum pro obſtructionibus, ut præbendum. 134.2
ſerum euacuat, & per urinam, & per aluum. 223.1
ſerum ſeparandi à lacte modi duo 222.2 & quæ ſeparent. 223.1
ſerum ut alterans quomodo paratur, & doſis. 122.2. 123.1

Serum, ut præbendum, pro alteratorio 223. 2. *pro euacuatorio* 223.2

Serum etiam flatuoſis concedi poteſt, dummodo per aluum excernatur. 224. 134.2

Sero aſſumpto an liceat dormire. 224.2. *ante aſſumptionem eius, ventriculo, ut proſpiciendum.* ibid.

Setaceum, quid, quomodo tractandum quibus locis affigendum. 65.2

Siccantia medicamenta quæ, ut differant à reſoluentibus, eorum materia, formulæ quintuplices: rectus uſus. 34. 1. 118 119. 120.

Signa attinent non tantùm ad morbi exiſtentiam, ſed eſſentiam quoq; 12 2

Signa affectus ſpeciem demonſtrantia quæ, & quotuplicia & ut in conſultationib proponenda 12.2.22.2 *& ſeqq.*

Signa Pathognominica: communia, & aſſidentia. 12 2

Signa roboris naturæ, & morbi. 16.2

Signa febrium putridarum à tribus fontibus. 24. 1

Signa pro dignotione cauſarum. 23. 1

Singultus. 168. 1

Sitis morboſa. 199 1

in Situ morbus quibus partibus contingat, & eius remedia. 143. 2

Soldanella, V. Braſſica marina.

Soluta unitas & eius ſpecies 131. 24. *medicamenta pro ſingulis.* 145. *& ſequentibus.*

in Soluta unitate curanda, medico nihil agendum aliud, quàm ut remoueat impedimenta: quæ illa ſint, & ſingulorum indicata. 22.2

Solutæ unitatis excrementa duo. 32. 2

Somnus prohibet omnes euacuationes præter ſudorem 92. 2. *an poſt purgans conueniat ibid. ut inſtituendus in morbis.* 162. 2. 163. 1

Somnum conciliantia, & quæ quando magis conueniant, 163. 1. 2 217. 1

Somnos fugans, & accerſunt vina Thaſia. 203.1

Somnus in catharroſis qualis conueniat. 278.1

Sordes balneorum. 183.2

Spadanæ aquæ. 170. 2. & 171 1

Species eleſcoph gratiſſimæ guſtui: utiliſſimæ ad dolores Colicos, Nephriticos, & flatus: earum doſis, & dandarum modus. 101 2

Spiritus quotuplex. 281.2

Spiritus innatus à temperatura differt. 284.1

Spiritus animalis ubi generatur. 284 1

Spiritus animalis eſt primum inſtrumentum ad tranſmittendum ſenſum, & motum. 287. 1

Spiritus animales quouſq; perueniant. 287.2

Spiritus quomodo nutriat aer. 156.1

Spirituum reſolutio. 162.1

pro Spiritibus vina. 204.2

Splenica medicamenta. 71.2

Spongia aquæ frigidæ & eius uſus. 234 1

Spuma chalybis. 185 2

Squama æris, & eius doſis. 105 2

Sterilitatem inducebant vina Træzenia. 203. 1

Sterillitatem tollentia. 208 2. 192. 1

Sternutatoriorum formulæ. 111. 2. *improbantur in vertigine, & Epilepſia.* 112. 2

Stillicidium quid. 234 1. 116. 1. 2. *utrum idem cum embrocha.* 234 1 *eius inuenti cauſa dua, ibid* 2. *excellit efficacia omnia remedia externa.* 116. 2. 234. 2

Stillicidia etiam nota veteribus. 234. 1

Stillicidiorum facultates, indicantia, prohibentia materia ex qua, recta compoſitio, & adminiſtratio. 234 2 *& ſeq.*

Stillicidijs quæ ſubſtituantur 237 2. *ut ea ſingulis partibus danda.* 239. 2 *ut ab ijs regendus æger.* 240. 1

Stillicidium pro ventriculo frigido. 238 2

Stillicidium calidum, & ſiccum pro capite frigido, & humido. 240. 1

ad Stillicidium duplex vas neceſſarium. 239 1

Stomatica medicamenta. 7. 2

Stomoma, V. Chalybs.

Strigmenta balneorum. 183 1

Stu-

Struma. 172. 1. 175. 1
Stupefacientia, V. Narcotica.
Styphæ quæ, earum facultates, indicantia, prohibentia, permittentia, rectus uſus. 180 1
Subſidentia, eius cauſa, & pro ſingulis medicamenta. 136. 2
Subſidentia poteſt fieri, & à ſiccitate, & ab humiditate. ibid.
Subſidentia cum conuulſione. 137 1
Succus mediane ſambuci & Ebuli. 105. 2
Sudor quoties, & quomodo mouendus, ut iuuandus cum aſſumuntur ſuderifica, veluti Guaiacum, &c. 196. 2
Sudorifica, V Hydrotica
Suffuſionum initia ſanat adeps viperæ. 208 1
Sulphureæ thermæ. 171. 1
Sulphures chalybis. 185. 2
Superpurgationis cauſæ duæ. 91. 1. ei ſuccurrentia remedia. 93. 2. Theriaca in ea ſingularis. 93. 2
Suppoſitoriorum differentiæ: quando conueniant: ex quibus parentur: eorum rectus vſus. 79. 1
Suppoſitoria in laborantibus ex vermibus ut paranda. 79. 2
Suppoſitorium purgans. 99. 2
Suppuratio unde cognoſcatur. 137. 2
Suppurantia quæ, & qualia: eorum catalogus, rectus vſus, & formula. 137. & 138. quando conueniunt. 151. 1
ſu[illegible] ut adhibenda. 148. 2
ſymptoma magnum tripliciter. 13. 1
ſymptomata quando debeatur curatio. 29. 2
ſymptomatum diuiſio in primaria, & ſecundaria, & utrorumq; cauſæ. ibid. & 30. 1
ſymptoma quid indicet, & quando, & quo modo. 17. 2. 34. 2
ſymptoma non ſeparatur à morbo. 4. 1.
ſynapiſmus quid, & unde fiat. 116. 1
ſyncope quid, & quid indicet. 34. 2. pro ea remedia. 89. 2. 92. 2
ſyrupi præparantes exhibentur, uel cum dilutis, uel ſeparatim, & quando. 80. 1
ſyrupi præparantes bilem. 81. 1. o pituitam 82. 1. melancholiam. 83. 1
ſyrupi urinam mouentes. 107. 2. & 108. 1 hydrotici 109. 2. expectorantes. 113. 1 refrigerantes. 127. 2. calefacientes. 123. 2. humectantes. 124 2
ſyrupus uiolatus, & roſatus, quomodo efficaciſsimi parentur, & eorum doſis 75. 1
ſyrupi de corticibus citri, & de mentha duplices, cum, & ſine moſcho, & ambra, & qui quando magis conueniat. 83. 2
ſyrupus de polypodio Magiſtri Auguſtini. 77. 2. de ſucco ebuli, & de cucumere agreſti. 104. 2. 105. 1. S. Ambroſii. 109. 2. 193. 2. ex chalybe. 185. 2. ex Guaiaco, China, Salſa, Saſſafras, Saponaria, Fraxino, tamariſco, iunipero, &c. 193. 2. 195. ſeqq. ac cuiuſq; doſis, & rectus uſus. ibid.

T

TAbes. 139. 1. 132. 1. 127. 1. Vide Macies.
Tabiæ ubi. 218. 2
Tamarindi, & eorum doſis. 75 1
Tamarix quotuplex, eius uires. 189 2. eius indicantia prohibentia, corrigentia adiuuantia: formulæ medicamentorum quæ ex ea poſſunt fieri: earum recta compoſitio, & adminiſtratio. 193 & ſeqq.
Tamariſcis decoctum [illegible] ſin. 190. 1
Tartarus albus præparatus. 163. 2
Temporum in morbis uarietas pendet à coctione, & cruditate materiæ. 6. 1. ex ijs cognitis cognoſcitur morbi motus, & gradus. 25. 2
Terebratio capitis, adhibetur à quibuſdam in capitis dolore pertinaci, & Epileſia. 68. 2
Terebentina doſis. 108.
Teretes. 142 2
Tepidarium quid. 225. 1
Thaſiorum uina. 203. 1
Theriaca. 209 1 2. optima quæ 93. 2. eſt ſingularis in ſuper purgationibus. ibid.

pueris, ſenibus, & languidis non conuenit. 298.2

Theriacæ ætates quomodo diſtinguantur, & illus facultates. 209. 1. 2

Thermæ quæ. 169.2

Thermarum varia nomina, & quæ propriètates 190. 1 earum vſus apud veteres, ibid. & quæ aquæ ab illis ſecludantur. ibid.

Thermales aquæ omnes mixtæ, & quæ ijs miſceantur, & quomodo: & plurimarum mixtarum catalogus. 170 1

Thermarum facultates, indicantia, prohibentia, permittentia tùm in genere omnium, tùm in ſpecie certarum. 171. 172.

Thermarum facultates ſecundæ. 171.1

Thermæ an prohibeantur à lue venerea dubitatur. 172 1

Thermæ prohibentur in mulieribus, quibus fluunt menſes. 179 1

Thermæ quomodo potandæ. 177.1

Thermæ in potu quæ hyeme tuto quæ non aſſumuntur. 179 1.175.1

Thermæ omnes euacuant, vel alterant. 171.1

Thermæ omnes ſiccant, & quidem efficaciſſimè. 125 2. 171.1

Thermæ calefacientes. 124. 1. 171. 1. refrigerantes. 123. 1. 171.1

Thermæ quot modis intùs, & extrà vſurpentur. 174.1

[illegible] bus notus. 173.2

Thermæ ſaltem calidæ perperam miſcentur vino, & cibis. 173.2

Thermæ quæ potui aptæ. 173. 2. quæ balneis. 227.2 quas partes iuuent per ſe quas per accidens potæ, vſurpatæ pro balneis. 229.2

Thermis calidis pro potu, quæ ſubſtitui poſſint quæ frigidis. 175.2

Thermarum potulentarum rectus vſus quoad locum 173. doſin 195 2. modum exhibendi, ibidem, & ſeqq. tempus ſumendi. 178.2

Thermarum ſumma doſis non prima vice vſurpanda. 175.2

Thermis potulentis, quæ immiſceantur, & ob quos vſus. 176.1

Thermæ frigidæ augmento obſunt. 171.2

Thermas bibentium victus. 177 2. quæ ſymptomata ijs ſuperueniant, & ut corrigenda. 178.

Thermæ retentæ in corpore quomodo educendæ. 178.1

Thermæ hæmorrhoidibus noxiæ, & capiti, & hæc noxa, ut corrigenda. 178. 1.2

Thermas potaturi non debent obſeruare annum biſſextilem. 179.1

Thermas bibituris aquæ præparatoriæ præſumendæ, & quæ iſtæ. 179.2

Thermæ non utendum ſimul in potu, & pro balneo. 179 2

Thoracis anguſtia prohibet thermas adſtringentes. 172.1

Thoracica medicamenta. 71. 2

Træzenia vina ſterilitatem inducebant. 203 1

Tremoribus utile balneum ex oleo. 228.1

Triphera Perſica omnes humores educit, & eius doſis. 104.1

Triticum mire reſoluit. 120. 2. Attrahit. ibidem.

Trochiſci Alhandel, & eorum doſis. 101 1 ut dentur. ibid.

Trochiſci urinam mouentes. 107. 2. exiccantes. 118. 1. reſoluentes. 121. 1. refrigerantes. 112. 2. calefacientes. 124. 1 viperini. 209.1

[illegible] præternaturam tantũ, & toto genere præternaturam: & utrumq; medicamenta 137. 1. 2 138. 2

Tumori frigido repellentia: feruido validè reſoluentia, & exiccantia inimica. 137 2. 117. 1. 2

Tumor flatuoſus. 63.1

Tumores viſcerum prohibent frigidam. 168. 2

Tumores indurati, frigidi. 171. 2. 172. 1. 190. 2. 204. 2. 227.1.

Tumores laxi. 180. 1. 183 2

Tuſſis. 212.2

Turbith ut detur, & eius doſis. 93.2

Turunda. 111.2

Tympanites. 213.2

Va-

V

Vaporaria thermalia quid. 179. 2
duplicia, humida, & ſicca. ibid.

Vaporaria ſicca quid: ſunt vel Stuphæ, vel Fouea, & quid vtr-q; 179. 180. 1
Vide tit. Stuphæ, & Foueæ.

Vaporem generans cauſa: 25. 2

Vaporum aſcenſum in caput, in acutis prohibet aqua frigida pota 168. 1

Venæ nomine quid intelligatur. 54. 1

Venæ quæ communiter ſecantur, tàm infernæ, quàm ſupernæ. 54 1

Vena poplitis cum periculo ſecatur, ibid.

Vena ani. V. Hæmorrhoides.

Venæ Cephalicæ nomina varia. 55. 1
item baſilicæ, & mediæ. ibid.

Vena quæ excurrit inter pollicem, & indicem, non eſt propago Cephalica. 55. 1.

ex Venis brachij quæ tutiùs ſecetur: item quæ ex venis crurum. 55. 1

Vena Cephalica magis reſpondet capiti, quàm baſilica, & cur. 61 1

Venarum quæ in manu ſunt ſectioni plus æquo nonnulli tribuunt, & quando ſecari poſſint. 56. 2

Venam internam ſiniſtri cubiti æquè vtilitèr aperiri affecto iecore ac venam internam dextri, falſum eſt 57 2

Vena vicina cordi debilibus viribus non ſecanda. ibid.

Venæ ſectio inter materias Chirurgicas facilè princeps. 43. 1

Venæ ſectionis definitio, & eius declaratio, ibid. indicantia, ibid. prohibentia, & permittentia 46. 2. rectus vſus in quantitate. 49. 2 in modo. 51. 1. tempore 52. 1. loco. 54. 1.

Venæ ſectio per accidens tantùm refrigerat. 43. 1

Venæ ſectio duo includit, & propterea duplex habet indicans. 43. 2

Vena nunquam ſecatur niſi adſit aliquod ſanguinis vitium 43. 1. conuenit autem in quocunq; vitio ſanguinis modò ſit cum morbo magno. 44. 1. 46. 1

Venæ ſectio à quanam indicetur morbi magnitudine. 47. 2

Venæ ſectio in morbo iminenti. 56 1

Venæ ſectio eradicatoria minuens, euentatoria, retractoria. 46. 1

Venæ ſectionis duo permittentia, & prohibentia, vires, & ætatem cur proponat Hippocrates. 46. 2

Venæ ſectio quàm virtutem requirat. 46. 47. quàm ætatem. 47. 1. quem habitum 47 2

pro Venæ ſectione conſiderandæ vires non tantùm præſentes, ſed etiam futuræ. 47. 1

Vena ſecari poteſt etiam ſeptuagenariis quibuſdam. 47. 2

Vena nunquam ſecanda pueris ante decimum quartum annum. ibid.

Venæ ſectionem an impediat uteri geſtatio. 47. 2. an alui fluor. 48. 2

Venæ ſectionem impedit menſium fluor, & quis ille 48. 2. animi timiditas. ibi. & cruditas humorum. ibid.

Venæ ſectionem non neceſſariò prohibet pituita abundans ibid.

Vena in dolore intenſiſſimo quando ſecanda. 50. 1

in Venæ ſectione qua quantitate demendus ſanguis ibid. V. Sanguinis miſſio.

Venæ ſectio quando vna, quando repetitis vicibus adminiſtranda. 51. 1. & quo die. 53. 2

Ad Venæ ſecandæ modum duo pertinent, ipſe modus, & ei annexa, & quot illa. 51 1

Vena ſecanda ægris decumbentibus. ibid. 2.

Vena ſecanda, vt ſe in conſpectum det, quid agendum. 51. 2

in Venæ ſectione quæ penes materiam, quæ penes venam. 51. 2

in Venæ ſectione ſanguis reddendus fluxilis, & quo modo 51. 2

in Vena ſecanda quæ Medici partes. 51. 2. quæ Chirurgi 52. 1. quæ patientis, ibid.

in Vena ſecanda tutior vſus lanceolæ quàm moſquettæ, & cur. 52. 1

Vena

Vena timidis ; & bile circà ventriculi os abundantibus, vt ſecanda. 51.2

Vena pro præſeruatione quando ſecanda quando ad mouendos menſes, quando gratia curationis. 52.2

Venæ ſecandæ dies ibid. hora. 53.2

Venæ ſub lingua quomodo ſecanda 52.1

Vena rectiſſimè ſecatur ſtatim in principio morbi, non tamen ſolo. 52.2

Venæ ſectioni non ſemper præmittendum leniens. 53.1

Venæ ſectionem quæ ſymptomata differant. 53.1

Venæ ſectio in paroxyſmo noxia. 54.2

Vena ſemper ea ſecanda, quæ magis apparet. 56.2

Vena quæ ſecanda ex quatuor cognoſcitur. 55.1

in Venæ ſectione ſemper ſeruanda rectitudo partis. 57.1

Venena duplicia. 125. 126. *quot modis tollantur ab alexipharmacis.* ibid.

Venenis, & venenatis ictibus medentia. 63.1. 120.2. 208.1. 208.2 218.1. 225.2.

Venenata materia quæ ſtatim purganda, quæ non. 96

Venus vt inſtituenda. 165.1

Venus catharroſis an conueniat. 278.1

Venerea lues continetur qualitate occulta. 172 2. 208.2. 204.2. *eius proprium alexipharmacum.* 191.1 *an prohibeat vſum aquarum Thermalium diſputatur.* 172 2

Ventriculi vitia. 192.1. 171.2 213.1. 2. 214.1. 217.2. 226.2. 204.2

Ventriculorum cerebri quis nobilior. 285.1

Vermium cauſa. 25.2

Vermium medicamenta quot, & qualia. 143. 1

Vermes enecantia vi manifeſta, & vi occulta illorum formulæ, ibidem 2. & 142 1

Vermes enecantia, allicientia, expellentia, reprimentia à partibus ſupernis. 143 1

Vermes enecantia duobus tantùm in caſibus immittenda in anum. 143.1

Vermibus laborantibus noxia. 99.2. 79 2

Vermibus cum alui fluxus iungitur, quid agendum. 142.2

Vertiginoſi. 112.2. 191.1

Veſicantia euacuant ichorem eorum indicantia, prohibentia, permittentia, ibidem, materiæ, & formulæ 64. 2. *recta adminiſtratio, & quomodo parentur.* 66 1

Veſicæ vitia. 217 2

Veſicatoriæ aquæ quales. 175.1

Veſtinæ Pinnæ aqua. 175.1

Victus nomine quæ intelligat Hippocrates. 7. 2

Victus ducit in cognitionem humorum peccantium. ibid.

Victus recta ratio quanti ſit in morbis momenti. 191

Victu prauo vſi quomodo purgandi. 89.1

Vigilia, vt inſtituenda. 162 2

Vigilias inducentia. 163.2

Vinum nutrit. 202.2

Vinum ſimplex calefacit, & ſiccat, ac quomodo Galeno dicatur humectare. ibidem.

Vina flaua, & tenuia vrinas mouent: nigra, & craſſa fluxus compeſcunt. ibidem.

Vinum in morbis quale conueniat, quando dandum. 161. & 162.

Vinum quantum bibitum neruis, & iuncturis nocet, tantum in balneo prodeſt. 228.2

Vino in affectibus captis etiam frigidis cautè vtendum. 162.2

Vina medicata alia ſponte naſcuntur: alia arte fiunt. 203.1

Vina medicata arte facta quæ: eorum antiquitas, varietas, vtilitas, indicantia, parandi modus & tempore vindemiarum & extra: recta adminiſtratio, & compoſitio. 203. & ſeqq.

Vina appropriata partibus, Cephalica, Cardiaca, &c. vnde fiant 203. 2. *conſeruant non tantùm proportionem partium quibus appropriantur, ſed etiam earum affectibus ſuccurrunt.* 205.1

Vina alterantia; detergentia; attenuantia; aperientia; carminantia; emollientia, euacuantia inſenſibilitèr; deiectoria, Diuretica, ſudorifica: lætificantia unde parentur, & quo referantur. 203. & *ſeqq.*
Vinum pro medicatis vinis quale eligendum. 205. 1
Vinum medicatum in ipſa vite parandi modus. 206. 1
Vina purgantia extrà vindemias, ut componenda. 206. 2
Vina chalybeata. 185. 1. 207 1
Vinum in quo ſuffocata vipera. 209.
Vinaceorum vires. 228. 2 *quibus conueniant. ibid quæ eligenda.* 229. 1
Vipera quodnam ſerpentis genus, & quæ de illa fabuloſa. 207. 1
Vipera quibuſdam alimentum. ibid 2
in Vipera quæ partes venenatæ, quæ non; & ab utriſq; medicamenta. ibid.
Viperæ caro omnis veneni expers ibid. & cur ei coquendæ addatur anethum, & ſal ibid.
Viperæ dentes ſemper noxÿ etiam mortuæ. 208 1
Viperina medicamenta propriè ea quæ ex carne. ibid.
Viperinorum medicamentorum vires; indicantia; probibentia; adiuuantia; corrigentia; variæ formulæ, & earum recta administratio. ibid. & *ſeqq.*
Viperarum carne, & aſſa, & elixa utebantur veteres. 210 1
Viperæ quales eligendæ, pro medicamentis Viperinis, & ut præparandæ. 210 2
Viperina medicamenta laudantur in ſcabie. 133 1
Viperis non rectè adimuntur interanea poſt abſciſſum caput. 211. 1
Vires debiles plurimum; validæ minimum poſſunt. 9. 1
Vires, & quæ ad vires referuntur: ac quomodo permittant, vel prohibeant venæ ſectionem 46. 2. *purgationem.* 88. 1
Vires requiruntur non tantùm, pro venæ ſectione, ſed etiam purgatione. ibid.
Virium robur ex triplici rerum genere cognoſcitur. 47. 1. *Vide etiam tit. Robur virtutis*
Virtus indicans vitale. 35. 1
Virtutis eſſentia in quibus conſiſtat 47 1
Virtutis robur, & debilitas variæ, prout variant, quæ eius eſſentiam conſtituunt. ibid.
Virtute debili, vel robuſta exiſtente quomodo exiſtat cibum. 160 1
Viſcerum imbecillitas. 184. 1. 199. 1. 204. 2
Viſci quercini lignum, & eius vires. 190. 1. *eius indicantia, prohibentia, permittentia, corrigentia, adiuuantia; varia ex eo medicamentorum formulæ: & earum recta adminiſtratio.* 193 & *ſeqq.*
Viſum roborantia. 208 2
Vita quid 35. 1. *quid eam cuſtodire ibid. conſeruatur ſimilibus.* ibid.
Vitium figuræ. 132. 1 *V. Figuræ uitia.*
Vitalia præſidia quæ, & cur ita dicta. 35. 1. 2. *V. medicamenta uitalia.*
Vlcus ſimplex, & compoſitum, & utriuſque per medicamenta curatio 151. & *ſeqq.*
Vlcus in communi quomodo curetur. ibidem.
Vlcera uariarum partium 172. 1. 217 2. 238. 1. 222. 2
Vlcera inſanabilia ut curarit muſa 210 1
Vmbilicalia purgantia. 99. 2
Vnguentum unde, & quomodo fiat. 115. 2
Vnguenta reſoluentia. 111. 1. *refrigerantia.* 123. 1. *calefacientia ibidem.* 121 1
Vnitatis ſolutio uarietas, & medicamenta 131 1
Vomitoria lenientia mitia, & fortia; eorum indicantia; formulæ; recta adminiſtratio. 73. 1. *per totum, &* 114 1
Vomitoria quibus exhibenda. 73. 2. *ab oleo, & aqua in ÿs quando abſtinendum.* ibid.

Vomi-

INDEX.

Vomitum medicamenti purgantis ſiſtentia. 9x.1.2
Volvulus. 98.1. 228.1
Vocis exilitas prohibet thermas adſtringentes. 172.1
Vrina plurimùm valet in mouendis vrinis, potiſſimùm in hydrope. 107. 2.
eius doſis. 109.1
Vrinarij meatus obſtructio, & pro ea medicamenta. 135.1
Vrinæ difficultati vtile balneum ex oleo, 218.1
ad Vrinæ ardorem inſeſſus. 232.2
Vrinas mouens inſeſſus. ibid.
Vteri geſtatio an prohibeat venæ ſectionem 43. 2 *an purgationem.* 88. 2
Vteri præfocatio. 35.1
Vteri prolapſus, & eius per medicamenta curatio. 145.1
Vteri dolor. 213.1
in Vteri affectib. rectius in inſeſſu, quàm potu thermæ vſurpantur. 175.1
Vueæ procidentia, & eius curatio per medicamenta. 144.2
Vulnera quibus materijs chirurgicis tractanda. 68.2
Vulnus ſimplex, & compoſitum, & vtriuſque cura. 148. & ſeqq.
Vulnus compoſitum quid, & quot modis fiat. 149.1
Vulneribus ſymptomata, quæ ſuperueniant, & vt tractanda. 149.2
Vulnerum inflamatio. 150.1

FINIS.

IVLII CAESARIS CLAVDINI MEDICI BONONIENSIS.

DE INGRESSV AD INFIRMOS

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

Scriptionis occaſio, & tractandorum ordo.

Scriptionis occaſio.

INTER cætera, quæ Medicum, tùm glorioſum, tùm opulentum reddũt, illud vnũ ac præcipuum eſt, vt ad ægros accerſitus, ſubitò & *2. de comp. med. per gener. c. 1.* ex tempore medicinam ſecundum rationem faciens, optatum ſibi finem, qui eſt, morbum expugnando ſanitatem *Lib. 1. de ſect. c. 1. lib. de opt ſect c. 5. de ijs, quæ in medic. fiunt c. 1. & alibi*, efficere aſſequi valeat. Sed enim hæc prouincia, ſicuti apprimè vtilis, & maximè neceſſaria eſt, vt potè, quę ipſam hominis vitam reſpicit: ita quoq; perarduã, ac vndique difficultatibus plenam, ſemper eam inueni. Quò & factum eſt, vt de ea paulo diligentiùs mecum ipſe quandoq; cogitans, methodum aliquam compendioſam, dilucidam tamen, componere conſtituerim; cuius ope medicinæ ſtudioſi, rebus Theoricis ſatis inſtructi, ad perdiſcendas commodiùs Practicas præpararentur, veluti, atque introducerentur, introducti vero (id quod præcipuè quæritur) faciliùs & promptiùs, quoad fieri poſſit, oblata ſibi occaſione, medicinam ex tempore facerent. Id verò laboris eò ſubiui libentiùs, quòd apud neminem, quem mihi quidem videre contigerit, methodo hoc negocium & ordine pertractatum legerim. Hanc rationem, & hanc methodũ à me inuentam, perfectam, & omnibus

Vtilitas huius tractatus.

nibus ferè, vt dici ſolet, numeris abſolutam, præſenti hoc *De ingreſſu ad infirmos* inſcripto tractatu, tradere aggredior, ſpe certa fretus, fore, vt tyronibus quidem artem exercere incipientibus vtilis; alijs verò omnibus non ingrata, aut iniucunda accidat. Cæterùm, vt ne ſine ordine tractatio incerta feratur, erunt eius duo ſumma capita, ex ipſa inſcriptionis ratione, & natura deſumpta.

Ordo ĩ hoc tractatu obſeruandus.

Nam cum Medicus ad ægrum ingreſſus, vel ſolus agat & curet, vel cum alijs medicis conſultans de rectè curando illo diſcurrat vtriq; vt ſui voti compos reddi vel facilè poſſit, hæc noſtra methodus præſto erit. Explicabit enim primò, quodnam illius munus ſit, *Lib. 1. c. 3.* qui ſolus ægri curandi prouinciam ſuſcipit: edocebit ſecundo, in quibus verſari eius curam oporteat, qui cum alijs de eodem vindicando in priſtinum ſtatum conſultat, *Lib. eod. à c. 4. vſq; ad fin.* Rurſus, quia vnumquodq; horum doceri duobus modis poteſt, vniuerſim ſcilicet, & particulatim; vt perfecta noſtra euadet tractatio, vtrumq; nos hûc modum ſequemur: & primùm vniuerſali methodo, *Toto lib. 1. à c. 3.* qua quis ratione ea, quæ dicta ſunt, poſſit quàm facilimè aſſequi, ſpeculabimur; deinde eadem quæ in vniuerſali ſic explicata fuerint; in particulari magis exercebimus *lib. 2. per totum.* Dixi, vt perfecta noſtra euadat tractatio. Nam quemadmodum vniuerſalis tãtùm cognitio, ex *Gal. 2. de loc. aff. c. 9.* nequaquam ſufficit, quia ea diſcipulus perfectus non efficitur, ſed exercitatio præterea requiritur, quippe qua non tantùm diſcipulus quis, ſed etiam artifex redditur: ita nec exercitatio ex eodem Galeno 9 *de plac. Hippocr. & Plat. c. v.* ſatis eſt, quia perfecta artis cognitio, ab vniuerſali methodo per vniuerſalia theoremata; & in particularibus ab exercitatione dependet. Verùm quoniam nec is, qui ſolus curat, nec, qui cum alijs de curando ægro conſultat, benè vnquã ſuo fungi munere poterit, niſi ab ægro, & aſſidentibus rectè inſtructus; rectè autem inſtrui nequeat, niſi rectè eoſdem interroget, adeoq; ægrorum interrogatio, quaſi carcer ſit ac initium, à quo methodus hæc proficiſcatur; quippè per quã principia ipſa, quibus innititur medicus patefiunt, & perſpicua redduntur, antequam ad ipſam rem aggrediar, operæ prçcium viſum eſt, de modo interrogandi ægros, caput, quaſi fundamenti loco præmittere.

Ægrorũ interrogatio huius methodi initium.

Quæ à Medico interroganda ſunt ab ægro, & aſſidentibus, id eſt, cardines, & principia huius methodi proponuntur ex Hippocrate, & priora duo interrogata explicantur.

Cap. I.

DE modo interrogandi ægros multi multa ſcripſere, ſed mihi ſemper rem totam, & breuiſſimè iuxta, & optimè Hippocrates complexus eſſe viſus eſt, loco, quod ego quidem ſciam, à nullo hactenus animaduerſo. Is eſt in lib. de affectionibus, *Tex. 36. circa med.* vbi aurea hæc, & æterna digna memoria ſententia legitur. *Cum ad ægrotum deueneris, interrogare oportet, quæ patiatur, & ex qua cauſa, & quot iã diebus, & an venter ſecedat, & quo victu vtatur.* Quibus verbis, quinque numero interroganda ab ægro & aſſidentibus, proponit Hippocr. vt patet. Proponit autem tot & non plura, quia hæc ſola abundè medico ad conſequendum finem ſuum ſufficiunt; quippe qui ex reſponſis ad illa datis, cognitionem morbi cum ſua ſede, & cauſarum illius nactus;

Quinque nec plura nec pauciora ab ægris interroganda medico.

tùm euentum, ſuo cum tempore præcognoſcere, hocq; & illum præcognitum proponere, tùm curationem medicationemq; ipſam, ex arte inuentis præſidijs inſtituere, quã commodiſſimè poteſt. Porrò ad hunc finem abundè hæc quinque facere, & eo conſilio ab Hippocrate proponi, innoteſcet exactiùs, ſi, eorum viua velut anatome facta, circa illa tanquam oracula digreſſi aliquantiſper fuerimus. Id quod breuiter ſic facio.

Primùm caput interrogandorum.

Erat primum Caput inquirendorum, *Quæ patiatur æger* Hoc verò nihil aliud eſt, quam quærendum eſſe, quinam ſint illi præter naturam affectus, de quibus æger conqueratur.

Paſſionis nomĩe quid intelligatur Hippocrates.

Voluit enim Hippocrates ſub paſſionis nomine ampliſſimè vſurpato quemlibet præternaturam affectum, ſiue morbus is ſit, ſiue eius cauſa, ſiue ſymptoma proponere. nec iniuria, quoniam medico non ſemper contra morbum tantùm, ſed ſæpè contra cauſam, 9. *Meth.* 6. interdum etiam contra ſymptoma, vbi cauſæ 12. *Meth c.* 1 rationem induit, eſt pugnandum.

Ex primo interrogato qua cognoſcat medicus.

Hoc autem primum interrogatum non aliò dirigitur, quàm vt medicus curans ideam, ſeu ſpeciem, & morbi eſſentiam, cum propria ſede primùm cognoſcat; idque iure; quoniam ex vi methodi medendi indicatio prima ſaltem inuentione, quæ & curatoria 11. *Meth.* 2. 12. *Method* 1. 4. *Meth* 3. dicitur, ab eſſentia 3. *Meth cap* 9. affectus ac morbi depromitur: cui non parùm fauet, & loci affecti cognitio, quando, ſi non vt indicans, ſaltem 3 *Meth c.* 3 *&* 9. vt ſignum, & coindicans, varietatem non raro in ſeligendis, componendiſq; materijs medicis, pro curatione morbi neceſſarijs, ſolet parere; vt taceam interim, quod etiam rectrix corporis Virtus ratione loci affecti indicat præſidia 9. *Meth cap.* 1; 11. *Meth. c.* 3. vitalia, inter cætera maximè neceſſaria, vt ſuo loco videbimus. Cæterum ex hoc primo interrogato duo illa liquere, ſic declaro.

Eſſentiã morbi cognoſci ex primo interrogato probatur.

Ac primùm quidem liquet inde eſſentia morbi, & idea. Quia vbi medicus paulò diligentior in ægro, & aſſiſtentibus interrogandis fuerit, proculdubio, & ij, & ille, etſi craſſæ admodum fuerint Mineruæ, tales totque proprietates ac notas paſſionum earũ, quæ ægri corpus infeſtant, adducẽt, proponẽtq; vt medicus, mediocri ſaltem doctrina præditus, per eas diſcurrendo, ideam illarum ac quiditatem, aut ſtatim, aut ſaltem ex frequentatis viſitationibus poſſit vel ſine negotio aſſequi. Id quod experientia quotidiana apertiſſimè demonſtrat. Nam mihi ægros inuiſenti, ſepiùs id contigit, vt, ſi in prima viſitatione, ex reſponſis ægrorum, & adſtantium infeſtantẽ morbum cognouiſſem minùs, is mihi in ſubſequentibus perfectè innotuerit. Notandum tamen eſt, quod, tametſi hoc primum interrogatum de morbo quocunque, intemperie ſcilicet, tùm ſimplici, tùm compoſita, cum & ſine materia, mala compoſitione, & ſoluta vnitate, maximè & præcipuè oporteat intelligere: nihilominùs tamen illud, quia, vt præmonitum *Sup. hoc cap* fuit, Medico etiam contra cauſam morbificam ſemper, contra ſymptoma verò aliquando eſt agendum, non tantùm ad morbum, verùm etiam ad alios præternaturam affectus dirigi debere, cùm hac tamen diſtinctione, quod, vbi pugnat contrà morbum, curet; vbi contrà cauſam, & ſymptoma, præſeruet.

Probatur ex eodẽ interrogato cognoſci locum affectum.

Vt enim curatio 12 *Meth* 1. morbo, ita præſeruatio cauſæ, & ſymptomati, quod cauſæ rationem ſubit, debetur. Liquet igitur ex primo hoc interroga-

to idea, & eſſentia affectus: ſed, & liquet vel innoteſcit ſecundo ex eodem affectus ſedes. Cognito ſiquidem affectu, eius ſedem cognoſcere nequaquam eſt difficile. Nam quantum ad morbum attinet, (ſub quo ſymptoma quoque, vt tale, continetur, vt potè quod ab illo nunquam ſeparatur,) cum ſit accidens, & accidentis eſſe ſit ineſſe; ergo neceſſario ex ſubiecto patiente cognitio morbi dependet, & propterea viciſſim, hoc cognito, ſedes etiam illius ſtatim eluceſcit. Quod vero ad cauſam ſpectat, dico quòd quia ex ſuis effectibus, ad quos relatiuè ſeſe habet, cognoſcitur; & relatiuorum hęc eſt natura, vt ſimul ſint, iccirco vbi erit ſedes effectuum; ibi neceſſario erit & ſedes cauſę, & quia ſicuti res ſe habet ad eſſe, ita & ad cognoſci, ergo cognita cauſa, ſimul & locus illius dignoſcitur.

Obiectio. Solutio.

Nec obſtat dictis, quòd inter hos effectus ſit morbus, ita vt inde videri poſſit locus morbi & cauſæ non eſſe diuerſus. Quia locos hos non eſſe diuerſos, id tùm ſolùm contigit, vbi cauſa generatur in loco affectus, quo dato, extra hunc locum nullam æger habebit querelam, vt neceſſe ſit cognito loco morbi in hoc caſu, ſimul, & locũ cauſæ deprehendi.

Locus cauſæ, & morbi quando diuerſi, quando non.

At ſi extra hunc locum cauſa generetur, tunc neceſſario locus cauſæ deprehenditur ex ſignis proprijs, iudicantibus cauſas cauſam illam generantes, de quibus infra *Lib* 1. *c.* 12. ſermo erit; atq; circa eundem locum ſymptomata quòque obſeruabuntur, & querelæ ab ægro pręponentur Exempli gratia. Si materia in hypochondrijs generetur, & affectus in cerebro exiſtat, ſymptomata atque noxæ non tantùm cerebri, ſed etiam hypochõdriorum, & quidem priùs obſeruabuntur. Quare ex his, cognita cauſa hac, neceſſariò, & locus huius fiet manifeſtus.

Secundum caput interrogandorum.

Erat ſecundum Caput inueſtigãdorum, *Ex qua cauſa patiatur æger* Cauſæ nomine, cum cauſæ *Lib. definit. medic. lib.* 1. *de ſanit. tuend. c.* 4 *in Arte Med. c.* 85. 5. *Met c* 8. varię ſint, externæ, & internę, & externæ procatarcticæ, ſeù primitiæ, ac præincipientes vocatæ, vel neceſſario, vti ſex res non naturales, vel non neceſſario, vt reliqua externa occurrant: internę verò, corporeæ etiam dictæ, tum pręcedentes ſint, ſeu antecedentes, tùm coniunctæ, ſeù continentes, Hippocrates harum quamlibet intelligit, & ideò cuiuslibet diligẽs vult, & accuratum examen cum ægro, & adſtantibus medicum debere inſtituere.

Cauſæ nomine quid intelligat Hippocr.

Interrogati huius vtilitas duplex.

Ratio eſt. Quia ex cauſa cognita primùm idea morbi cognoſcitur: deinde & ad ipſam curationis inuentionem patet aditus. Idea quidem morbi cognoſcitur. Quia e. g. ſi quis vagatus fuerit ſub aere frigidiori, ac de capite conqueratur, neceſſario caput intemperie frigida laborabit, & ſic cognita cauſa illa externa, aeris inquam frigiditate, ſtatim ſpecies morbi frigidi caput affligentis innoteſcit. Patet aditus ad ipſam curationis inuentionẽ. Quia indicatio curatiua inuentione ſecunda, & executione 10. *Meth c.* 1. *&* 7. *Meth. c.* 12 prima, quæ & pręſeruatoria 2. *Aph.* 22. dicitur, in curandi methodo à cauſa deſumitur,

Indicatio à cauſa executione prima.

Dico executione prima. Nàm cum morbus nõ tollatur, niſi ablata cauſa, in curatione omnino cauſam ante morbũ auferre oppottet.

Indicatio à cauſa quomodo curatoria dicatur.

Dico in methodo curandi. Quia licet indicatio à cauſa præſeruatoria dicatur, nihilominus medicus, ei intẽtus à methodo medẽdi minimè deuiat, quoniam pręſeruatio non in conſeruatoria tantùm medicinę parte, ſed in curatoria 15. *Metho.* 2. et ſeſe iſerit, 4 *Meth.* 3. *& in Art. Med c.* 85.

vbi

vbi. ſ. morbus à medico tractatur, qui à cauſæ preſentia fouetur. *Nec eſt, quod* obijciat aliquis, ſuperfluũ videri Hippocratis hoc præceptũ. Tum, quia ex illo, quod dictum eſt de cauſa morbi tolẽda, cum id in cauſa tantùm coniuncta locũ habeat, ſequi videtur, de illa ſola præceptum illud eſſe intelligẽdum, nõ autem de antecedenti, & externa. Atqui coniuncta fruſtrà inquiritur apud ægrum, quippe quæ illi eſt ignota. Tum, quia eſto intelligendũ ſit de cauſa ẽt externa, quę Vulgaribus quoque nota eſt, adhuc magis augetur difficultas. Quoniam etiam hæc fruſtra inueſtigari videtur, cum ab ea, vt ex 4. methodo medendi *cap.* 3. liquet, nulla ſumatur indicatio.

Obiectio. 1.

2.

Nam quod ad primum attinet, dico illud falſum eſſe, quòd ſola cauſa coniuncta ſit tollẽda. Nam & antecedens, 2. *aph. com* 22. quæ coniuncta euadit, vt morbus radicitus tollatur, abſcindenda eſt. Ad id verò quod dicitur cauſam coniunctã ægro, & diſtantibus eſſe incognitam; reſpondeo, eam ſi non immediatè, ſaltem mediante cauſa antecedente, implicitè illis & confuſo modo eſſe notã: & quanquam illi eam, vt talem, nõ cognoſcant, medicum tamen diſcurſu à ſe ipſo facto eam aſſequi. Nã. e.g ſi aliquis morbo deprehenſus interrogetur à medico, an paſſus ſit anteà conſuetam aliquã ſanguinis euacuationem, quæ poſteà cohabita fuerit, iſque reſpondeat paſſum eſſe, & ab ea ſuppreſſa incidiſſe ſe in morbum; hic proculdubio ſanguinem ſui morbi cauſam nouit, quam medicus veluti antecedentem recipit, & ſuper eam facto diſcurſu, coniunctam adinuenit. Hùc accedit, quòd tametſi vulgares hoines; cauſas internas ignorent, noruut tamen externas, *Lib. de opt ſect. c.* 6. ex quibus ab ęgro & aſſidẽtibus propoſitis, facilè medicus in cognitionẽ internarum deuenit, ſiquidem cauſæ hæ ab externis, aut generantur; aut genitæ cõcitantur. Nam eſto ex. gr. quis alimentis bilioſis, & calidis copioſè vſus, ex hoc procul dubio colliget medicus, eùm colluuiem excremẽtorum bilioſorum ſibi comparaſſe, quod eò magis contigiſſe putandũ eſt, ſi reliqua externa, quæ excrementorum illorum generationem iuuãt, vti aer calidior, nimia animi & corporis agitatio adiuncta fuerint: vt inde facilè conſtet ſententiam Hippoc. non tantùm de externa, ſed etiam interna cauſa, præcipuè tamen de externa, vt notiore intelligendam venire.

Solutio obiectionis primæ.

Non ſolũ morbi cauſa coniuncta, ſed ẽt antecedẽs tollenda.

Cã coniuncta ægro, & aſſidẽtibus quõ nota.

Ex cauſis externis medic' facile deuenit in cognitionẽ internarũ

Quod verò ad ſecundum pertinet, nihil id noſtram ſententiam labeſactat, Etenim eſto de externa ſola Hippocr. præceptum eſſe verũ, nihilominus illud ſuperuacuũ nequaquam erit. Quia etiam ſi à cauſa externa nõ ſumitur indicatio; nihilominus ex illa, vt dictum eſt, cauſa interna, à qua indicatio petitur, 4. *Math c.* 3. eluceſcit.

Solutio obiectionis ſecundæ.

Exponuntur tria reliqua, quæ ab ægro & aſſidentibus ex Hippoc. ſunt interroganda. Cap. II.

SVBSEQVITVR interrogatũ tertium, quod eſt, *A quot diebus patiatur æger*. His verbis, citrà omnem controuerſiam, tempora, pręcipuè verò vniuerſalia morborum, & paſſionum corpus humanũ affligentium intelligit Hipp. vt per hæc velit neceſſarium eſſe tẽpora hæc principium ſc. augmentum, ſtatum, & declinationem medicum curãtem cognoſcere, His verò cognitis, & motum, & gradus morbi quorum notitia in noſtra hac methodo maximum habet momentũ, intelligere non erit difficile: motũ,

Tertiũ caput interrogandorum.

Per dies quid intelligat Hip.

Vtilitat huius interrogati duplex.

id eſt, an morbus celeris vel tardi ſit motus, ſeu an breui vel longo tempore ſit terminãdus: gradum, id eſt an in habitudine, & graduum morbi ex temporum morbi cognitione depẽdere, manifeſtum eſt. Pẽdet ab ea cognitio motus morbi. Quia, cũ hic ſequatur alterationem materiæ morbificę, id eſt, coctionem eius & cruditatem, quę temporum morborum *de opt ſec. cap.35. & 1. de Criſib. 16.* varietatem faciunt, idcirco cognitis tẽporibus hiſce & motum morbi ſimul cognoſcere non erit difficile. Hinc morbus acutus proximum habet ſtatum, quia materia citò alteratur: chronicus verò contra, quia materia quæ craſſa, & viſcida eſt, non niſi longo tempore concoquitur. Pendet ab ea cognitio graduum morbi. Quia certum eſt, quod nunquam morbus erit factus, & in habitu, niſi vigorem attigerit. Eſſe vero cognitionem motus & gradus morbi, & conſequenter dierum, ac temporum morbi, maximi in methodo medendi momenti, vel inde patere poteſt; Quia non tantum medicum ex idea morbi & cauſſa indicationes 8. *Local.* 2. & 2. *Meth.* 7 ad inuenire oportet, vt fine ſuo potiatur: ſed etiã, quod ad partem Prognoſticam attinet, videre, an 1. *ad Glau.* 8. *de conſt. arc. c.* 18. & 17. indicationibus inuentis ſatisfacere in promptu ſit. Nec enim ſemper hoc licet, & ſi licet, aliquando facile & citò, aliquando vero difficilè, & tardè id accidit: amplius, vbi licet, non eædem tamen materiæ medicæ ſunt vſurpandæ, ſed variæ, ac diuerſæ conueniunt. Hæc verò omnia ex motu, & gradu morbi cognoſci certiſſimum eſt. Nã quo ad motum, morbus vbi acutus erit, non ſemper licitum erit indicationibus adinuẽtis ſatisfacere, quoniam morbi acuti 2. *de dieb. decret. c.* 12. & 13. *eiuſdem c. vlt.* ea eſt natura, vt non tantum citò terminetur, verum etiam, & periculum vitę adferat, atque vbi ad ſalutem terminatur citò, & ferè citrà aliquã difficultatem, ob materiæ obedientiã, illuc peruenit, præterea, & materijs medicis vehementibus ſtatim etiã a principio vti licet. Contra verò, vbi morbus eſt chronicus, ſi diligenter à medico ſolerti tractetur, ad ſalutem quidem, ſed longo tempore, perducitur, atque, indicationibus medicus ſatisfacit, quia tamẽ cauſſa frigiditate, craſſitie, & lentore reluctatur, iccirco non niſi longo tempore id obtinetur: tandemque in morbo chronico à principio blãdis materijs medicis, in progreſſu verò valentioribus vtẽdum eſt, iuxta illud Galeni, 1. *ad Glau. cap.* 11. quartanarios a principio blãde tractandos eſſe. Quod de motu morbi dictum eſt, idem de gradu eius affirmãdum eſt. Nam ſi morbus fuerit in habitu, & factus, aut penè irremediabilis eſt, aut ſi non, cum maxima ſaltem difficultate, & ad longum tempus, materijſq; medicis valentioribus expugnabitur. At ſi fuerit in habitudine, & in fieri, vt dicunt, poteſt quidem profligari, & breui tempore, ac materijs medicis clementioribus. Nec vero ad hæc tantùm horum cognitio eſt vtilis, ſed ad alia etiam, idque ex parte materierum medicarum maximè. Sunt enim aliqui morborum dies, ijque non pauci, in quibus vſus materierum medicarum interdicitur. Qua tamen de re ſuo loco fuſiùs.

Motus, & grad⁹ morbi cognitio maximi ad Prognoſin momẽti.

Dierum morbi cognitio vtilis ex parte materierum medicarum.

Quartum caput interrogãdorũ à Medico.

Quartum caput ab Hippocrate propoſitum erat, *an aluus ſecedat.* Hoc verò cognoſcere, an ſcilicet aluus in morbis ſit mollis, & lubrica, an dura & adſtricta, quantum ad medicinam faciendam cõducat, nemo eſt qui ignorare poſſit. Nam inprimis in morbis, aluus adſtricta rationem habet cauſſæ antecedentis,

tis,

tis quamuis valde remotæ, illoſque
magis rebelles, & ſolutu difficilio-
res reddit, & in ſeligendis materijs
medicis varietatem aliquam efficit,
Vtilitas huius interrogati. vt propterea hoc medico cognoſce
re ſit neceſſarium. Quod vel inde
manifeſtum euadit, quia ab aluo
1 adſtricta, vti à cauſſa morbos fo-
uente, depromitur indicatio aluum
ſubducendi, quia non tantùm cauſ-
ſæ proximæ, 2. *aphoriſ. com.* 22. verũ
etiam remotæ, ac remotiores ſunt
2 amputandæ. Deinde eadem non
rarò impedimento eſt, quò minùs
indicationibus principalibus medi-
3 cus ſatisfaciat: quinimò in curatio-
ne difficultatem aliquam parit. Nã
in morbis aluo ſoluta, faciliùs medi
cus intentum aſſequitur. Tandem
aluus ſi nimis profuſè fluat, ſectio-
nem venæ, 4. *acut.* 16. *et* 1. *ad Glau.*
c. 14 & purgationem, quæ alioqui
p curatione morbi erãt neceſſaria,
prohibet: ſi verò nimis ſit adſtricta,
indicat medicamenta deiectoria
fortiora ſeligẽda eſſe, & adhibẽda.

Reſtat quintum caput & poſtre-
Quintum interrogãdorum caput. mum quod eſt, *Quo victu vtatur æ-
ger.* Quo quid ſit velit Hippocrates
facile patebit, ſi illud in memoriam
reuocetur, quod Galenus exemplo
febrium putridarum 10. *Method. c.* 2
docebat, in qualibet curandi ratio-
ne indicationes ſumi quidẽ à mor-
bo, & à cauſſa, ſed præcipuè à viri-
bus, vt quæ à morbo continuo ex-
hauriantur, & diſſipentur. Vult igi-
tur Hippocr. cum in alijs interroga-
tis duas priores indicationes nobis
tacitè propoſuerit, nunc eam, quæ
à viribus ſumitur, & communiter
cõſeruatoria, ſeu Vitalis dicitur, im
plicitè pariter nobis tradere. Hoc
vero velle Hippocratem, & per vi-
ctum indicationem vitalem innue-
re, his tribus præceptis liquebit.
Quorum primum eſt, per victum
nunc intelligere Hippocr. alimen-
tum, cibum, & potum, ſicuti intel-
lexit 1. *aph.* 4. 5. *ac ſeqq.* 1. aph. alte- *Per interrogationẽ de victu materia inſinuat Hip. medico cognoſcẽda.*
rum eſt, quod alimentum eſt mate-
ria indicationis vitalis. Nam vires,
quantum ad præſens attinet, alimẽ-
to præcipuè conſeruantur. Tertium
eſt, quod idem alimentum, ac victus
indicationem vitalem repræſentat.
Cuius ratio eſt, quia huius eſt ma- 1
teria. His enim ita ſtantibus, per vi
ctum ſine dubio Hippocrates nobis
indicationem vitalem cum ſua ma-
teria proponit: quaſi dicere velit,
propoſitis indicationibus curatorijs
& præſeruatorijs, videre oportet,
quo victu vtatur æger, id eſt, an vi-
ctus is ſit, ſufficiens cõſeruare vires. 2
Id quòd nihil eſt aliud, quàm indi-
cationem vitalem inuenire. Etſi ve-
rò hoc præcipuum ſit, vt ego puto
Hippocratis in proponendo hoc in
terrogato, conſiliũ, nihilominus ta-
men rectè dici etiam poteſt propo-
ni victum tanquam medicamenti
quoque materiam, ita vt Hippocr.
monere nos velit, victum ipſum
adhibendum eſſe tanquam materi-
am medicinalem, ac morbo oppo-
ſitam. Ad quod ſanè Hippocrates
cum alias ſæpè reſpexit, tùm vero
vel maximè, cum victum humidũ
1. *aph* 16. omnibus febricitantibus 3
conuenire aſſerebat. Poteſt tertio,
addi, ob id quoque victum conſi-
derandum proponi quòd ex ipſo
non tantùm præſẽti ſed & prægreſ-
ſo, in humorum peccantium cogni-
tionem manu ducimur, qui niſi tol-
lantur, vt dictum eſt, nec morbus
ipſe tollitur. Etſi quis obijceret, fru- *Obiectio.*
ſtra proponi hoc poſtremum, quan-
do ſupra ſub cauſſarum interrogato
victus contineatur. Reſp. id quidẽ *Solutio.*
verũ eſſe; at quoniam idem victus
peculiariter, & principaliter ad hu-
morum in corpore redundantium
generationem conducit, ideo ſepa-
ratim quoque Hippoc. ipſum pro-

ponere. Atque hæc de modo interrogandi ægros hactenus.

Quæ Medico ſoli curanti ſint conſideranda, faciendaque. Cap. III.

Cõia medico curanti cum cõſultante.

QVæ præſtare medicus debet, qui ſolus curandum ęgrum ſuſcipit, ea partim illi, cum eo, qui conſultoris agit partes, ſunt communia; partim peculiaria, & propria.

Communia ſunt, poſtquam quę ſuperiori capite ſunt enumerata, ægrum, & aſſidentes fuerit percontatus, pulſum explorare, vrinas, & reliqua excremẽta inſpicere, obſeruareque partes affectas, ſi opus fuerit, & licebit manibus contractare: ex his omnibus exactè, & diligẽter examinatis, diſcuſſis & expenſis, facto in proprio intellectu diſcurſu, morbi primùm ideam, & eſſentiam, cum propria ſede, atque cauſas illius cognoſcere, ac intelligere: poſt hæc ſcopos curatiuos ſibi proponere, futurum euentum cum ſuo tempore præſagire, materias medicas inuenire, & inuentis rectè vti valebit: de quibus omnibus, & vnde ea haurienda ſint, & qua ratione in vſū ducenda, & fusè, & accuratè ſuo loco, id eſt, in conſultandi *infra huc lib. à c.* 8. methodi explicabitur.

Propria et peculiaria medico curanti, circà prædictionem.

Ad particularia illi, & propria, quod ſpectat, eorum alia circà prędictionem futurorum; alia circam ipſam curationem verſantur.

Quoad ea, quæ ad prędictionem pertinent, medicus vbi ea ſecũ diligenter omnia expenderit, de quibus inter communia facta eſt mentio, recedat ab ęgro, & aſſidentibus ideam & cauſas morbi, quid ſit agẽdum pro ęgri ſalute, quid ſperãdum, & an citò vel tarde, & quibus materijs medicis, vti ſit opus, indicet: poſt ęgrũ denuò conueniat, atq; ei illa eadem, quę aſſidentibus fuerunt propoſita, enarret. Circà tamẽ Prognoſticum hanc cautionẽ adhibebit, vt ſi morbus fuerit ſalubris, bonũ illi euẽtũ ſine vllis ambagib. diſertè polliceatur, ſeruatis tamen ſeruandis: ſi inſalubris, tametſi malũ euentũ ei, maximè ſi timidus ſit, minimè indicare 6. *Epid. com* 2. *c* 43. debeat nihilominus ei ſalutẽ nequaquã polliceatur, moneat tñ & certũ reddat, nihil ſe omiſſurum, quod illũ iuuare, & ad ſalutẽ eius poſſit cõducere: ſi mediæ naturæ, ſub quo nec ſanantur ſcilicet ægri, nec moriuntur, aliquid ſpei illi faciat, ſi nõ quoad curationem, ſaltem quoad pręſeruationẽ à maioribus malis, & vitæ productionẽ. Hùc refero, at qđ ex officio Chriſtiano omni medico incumbit, & quod in doctoralium inſignium acceptatione, ex decretis Summorum Pont. iureiurãdo quiſque pollicetur, infirmum, antequã ad vſum præſidiorum deueniat, moneat, vt ad ſanctiſs. Confeſſionem ſeſe præparet, adeoquè operã det, vt eam æger ante tertiam omninò viſitationem obeat. Sic enim, fiet vt & feliciùs, & facilius optati voti reddatur compos; cum Plato etiam ipſe in Timæo ſuo, omnium, quæ dicimus & facimus, à Deo ducẽda eſſe exordia præcipiat.

Ex parte aſſidẽtiũ Ex parte ægri.

Ad confeſſionis Sacramentũ medicus adhortari ægri debent.

Iam quantum ad illa, quæ ad curationem ipſam dirigũtur, ex ijs rurſus alia ſunt, quæ propriam medici perſonam: alia quæ ægros, & aſſidentes & exteriora, concernunt. *Interea, quæ primi* sũt generis, vnũ eſt & pręcipuum, vt ex Hippocr. prçcepto *aph.* 1. *vid Gal. in cõ & 14. meth.* ſe præſtet opportuna facientẽ, hoc eſt, vt morbũ profſliget tutò, citò, & facilè. Vt verò talem ſe præſtet, tametſi omnia ei quæ commemorata ſunt hactenus, quantum poteſt, ad vnguẽ obſeruanda ſunt: prçcipua tamen

Propria medico curãti circa curationẽ.

tamen

In contrarijs, & diuerſis ſcopis quo agendum medico.

tū illi opera dāda eſt, vt quomodo obtinendi ſint, tùm contrarij, tùm diuerſi ſcopi, ſi quando incidant, quod ſæpiſſimè ſolet, quàm exquiſitiſſimè caleat. Qua in re breuiter ſic aget. In ſcops contrarijs cum aliud ſcilicet Virtus, aliud Morbus, aliud cauſa requirunt, ad vim ſingulorū reſpiciet: quæ ſi par erit in ſingulis, priùs ſcopo virtutis deinde Cauſæ, tum Morbo ſatisfaciet: 9 *Method. decimotertio*, ſin impar, in id incumbet, quod plus poteſt. Poſsunt autē, minimum ſi ſint debiles plurimum vero ſi robuſtę: *decimo Method primo, & nono, Method. ſeptimo*. plus item poteſt cauſa quam morbus, quippè à qua morbus ipſe *decimo Method primo*, fouetur. In ſcopis diuerſis, cū nimirum plures, & complicati affectus concurrunt, ſi non poſsunt expelli ſimul omnes, ſed alius alio tēpore, cognoſcet quid cū quo, quid ante quod, quid poſt quod ſit agendum. Cognoſcet verò, ſi conſiderabit, quiſnam ex illis vrgētior quis cauſæ morbi principalis, quis denique cauſæ ſine qua non rationem obtineat, 4. *Method.* 4. 3. *Meth.* 9. 7. *Meth.* 12. Prius ſiquidem occurrendum vrgenti, deinde cauſę morbi principali tum cauſæ ſine qua nō; tandem morbo ſeu affectui ipſi. His verò omnibus obſeruatis, morbum abſque dubio profligabit & citò, & tutò, & facilè; quod nihil eſt aliud quam pręſtare ſe opportuna faciētem. Profligabit citò, quia occaſionem & tempus opportunum operandi: tutò, quia experimentum optimum, & pariter tutum: facilè, quia iudicium ſeu rationem, & diſcurſum rectum, ſi nō quoad vſum, ſaltem quoad habitum, & quoad inuentionem calebit. Per occaſionem autē intelligo, (vt hęc obiter addam) inſtans, ſeu potiùs tempus momentaneum, quod ſimul prius poſteriuſq; temporis coniungit: & quod menſurat operationes medicas. Quæ quidem occaſio ab Hippocrate *nono, ſeptimo Method. decimo ſecundo*, præceps dicitur, quoniam medicus ſenſatus, non conſiderat res in puncto, vel etiam, quia reuerà tempus eſt velox: quò accedit & corporis fluxibilitas. Per experimētum verò intelligo phantaſma, & ſimulacrum *primo aphor. primo*, in memoria fixum, ex pluribus memorijs factum præcedentibus multiplicibus ſenſationibus, pro inuèniendá arte medica, & recto illius vſu.

Occaſio quæ & cur præcept.

Experimētum quid et ad quid vtile.

Conducit ſiquidem ad inueniendam artem, *primo aphor commen primo, & ſecundo Method. ſexto, & quarto, Method tertio, & quinto, Method. quinto*, quia eſt inſtrumentum, quo vniuerſalem propoſitionē ars format, vt e.g. quod omne Rhabarbarum purget choleram. Conducit ad vſum, quia medicus vniuerſali illa propoſitione ductus, in ſingulis indiuiduis Rhabarbaro vtitur, Experimentum hoc dicitur periculoſum, quia fit circà ſubiectum nobile, *Galen. primo aphor. comment. primo*, non autem circa corium, & lignum: merito cuius nobilitatis, citra ſubiecti interitum, error etiam paruus non perpetratur. Per iudiciū nihil aliud nunc intelligo, niſi diſcurſum a noto ad ignotum, vt experimentum ſit opus ſenſus, iudicium verò intellectus. Quod quidem iudicium & ipſum, tùm ad inuentionem artis, tùm ad vſum cōducit. Ad inuentionem quidem. Quia primùm per diſcurſum adinuenitur principium aliquod, vt quod Victus *primo aphor. decimoſexto*, humidus conueniat febricitantibus; deinde pariter per diſcurſum medicus ad lactuçam deſcendit.

Experimētum cur periculoſum.

Iudicium quid, & ad quid vtile.

deſcendit, & ea vtitur, quia eſt humida; qua de re iudicium Galeno *primo aphor. comment. primo*, definitur, recta faciendorum ratio. Dicitur autẽ iudicium difficile, ob veritatis inuentionem quæ eſt difficilis. Ratio eſt; quia ad inuentionem illam opus eſt diſcurſu, & ſillogiſmo topico, ac demonſtratiuo *ad Traſyb. c.4.* quæ ſupponunt Logicã, quæ difficulter addiſcitur. Secundo in diſcurſu, rerum cauſſas cognoſcere oportet, *6. de plac. c.5.* cauſſæ. 2. difficulter admodum inueſtigantur: vt neceſſe ſit medicum eſſe philoſophum, quo reſpiciens. *Lib. de decenti ornatu.* Hippocrates Medicum bonum Deo ferè æqualem conſtituit quippe cum adeo ars admirãda ſit, vt qui exactè eam callet, ſit admirandus, & ipſe: Galenus itẽ paſſim aſſerit, faclie medicum bonum inuenire veritatem. *6. de plac. 5. 1. de nat. hum. ad init. & lib. ad Thraſyb. c.4.* Sed hæc, vt dixi obiter. *Reſtant ea quæ* ægrum, aſſidentes, & exteriora reſpiciunt. Quoniam igitur medicus in morbis profligandis, vim illorum tanquam agens a proportione maioris inæqualitatis, ſuperare debet, hoc vero facile aſſequetur, ſi pro eo ſint agentia, quæ pro morbo aliquando etiam ſunt, vt æger aſſidentes, exteriora. *6. Epid. com.* 4. 1. 9. 1. *Epid. com.* 2. 1. 51. idcirco operam dare dẽt, vt ita diſponat, & præparet, vt ſibi, non morbo ſubſidio ſint.

Medicus curãs quõ ægrum diſponere debeat.

Erit verò æger; vt de ipſo exordiar, ex parte medici, ſi illi omninò obediat, & obſequatur: *Gal.* 1. *Epid. com.* 1. 1. 51. alias enim ex Hippocrate, mortem ſibi adſciſcit. *Hip. lib ſtatib.* Id quod fuit etiam antiquorũ medicorum præceptum, qui, vt teſtatur Plato *Dialog. de temperantia* dicere ſolebat, ſicut non poſſunt curari oculi, abſque curatione capitis, & caput abſque curatione totius; ſic non curari corpus, abſque curatione animæ, nam vt à capite in oculos, & à corpore in caput, ſic ab anima in corpus vitia defluere.

Vnde Galenus 1. *de dieb. decr. c.* 11. ægros animo conſtanti, id eſt temperantes, & medico obedientes eſſe debere ſcribebat: cui ego illud addo, quod de ſanctiſs. Confeſſione ſupra dictum eſt.

Quomodo aſſidentes.

De aſſidentibus loquentes Hippocr. & Galen. *Hippocr. lib. de decent. ornatu, Gal.* 1. *aph. comment. primo*, dicebant oportere vt ſint periti. Sic enim recta cum ratione præparare, & miniſtrare, quæ à medico ſunt præſcripta, & narrare, quæ ægro acciderint, poterunt. Præter hoc vero ſint fideles neceſſe eſt, ne ad ægri perniciẽ quippiam machinenrur: tandemq; patienter inſeruiant.

Quomodo exteriora.

Quantum ad exteriora, per illa intelligimus cùm Galeno 1. *aphor. com.* 1. habitationem, quæ inopinatè eueniunt, ſiue dicantur, ſiue agantur, ad iramque & triſtitiam promouent, & ſomnum nocturnum abrumpunt, huiuſmodique alia efficiunt. Hæc vero omnia rectè diſpoſita eſſe debẽt, & ita, vt nullus in eis committatur error. Rectè enim habentibus his, finem ſuum medicus aſſequitur, malè habentibus ab eodem excidit. Et hæc non minima cauſa eſt, cur tàm pauci ſint, qui curentur, quoniam ſcilicet in his exterioribus valdè peccant. Atque hæc breuiter ſunt, quę medico curanti, & ſoli facienda ſunt: ad ea gradum facio, quæ idem cum alijs deliberanti, ſeù, quod idem eſt, in methodo conſultandi obſeruanda ſunt.

Quot, & quæ, ac quo ordine, Medicus cum alijs diſcurrens, in methodo conſultandi, ad Galeni mentem proponere atq; examinare debeat.

Cap. IV.

Conſultationũ medicarum dignitas, & vtilitas.

CONSVLTANDI munere, quemadmodum nullũ inter omnia medicorum officia, eſt illuſtrius, vtpote quo ſolo à doctis Medicis indocti diſcernuntur, qui nõ ſecus ac docti medicinam faciunt, rudique vulgo imponunt, *Gale & Hippocr. primo de rat vict* 12. nullũ quod maiorem vtilitatem ægris adferat, cum oculi ſemper plus, quam oculus videant ex Philoſopho, *Ariſtot. quarto Polit. cap. tertio.* ita nihil quoque eſt, quod res ipſa faciliè teſtatum facit, in medicina vniuerſa conſultandi methodo difficilius. Hanc methodum, vt perfecta reddatur in noſtra de ingreſſu ad infirmos tractatio, explicare in præſenti, & tradere aggredior.

Agendæ hoc de conſultandi ratione tractatu.

Quia in re id vnicè dabo operã, vt quantum poteſt res ex ſe difficilis, & obſcura, plana reddatur, & facilis. Quoniam autem nihil eſt ex Galen. 9. *de plac cap. tertio, & quarto*, quod hoc præter magis, quam modus diſtinctè procedendi; ideò, vt ordine totum negotium pertractetur, duo faciam. Primo enim Galenicam conſultãdi methodum tradam, ſeu eam, quæ ad Galeni mentem accommodata eſt: deinde huic Galenicæ ſubiungam, aliã diuerſam aliquantulum ab ea; cæterum ea, ni fallor, non inferiorem.

Conſultãdi rationis tria capita Gale.

Quod igitur ſpectat ad methodũ conſultandi primæ rationis, ſeu ad methodum Galenicam, cum eam Galenus diuerſis in locis ſubindicauerit, præcipuè tamen, & acuratiſſimè eam mihi propoſuiſſe videtur, in *Galen. primo acutorum comment. tertio.* vbi dicebat, curationem per ſe à medico exerceri, prænotionem vero, & dignotionẽ propter curationem, vt ex Galeno tria ſint, de quibus in conſultationibus, & conſilijs vocatis, agendum ſit medico Curatio ſcilicet, Prænotio, & Dignotio. Horum verò hæc eſt ratio. Finis Medici in methodo curandi (vt interim excludatur altera medicinæ actiuæ pars quæ methodus conſeruandi ſanitatem dicitur) eſt morbum auferre, & proinde curare. At parti curatrici medicinæ, nulla alia pars eiuſdem magis affinis eſt, quam *Lib de partib. Medic de conſtit. art. cap decimo ſecundo* Prognoſticatrix, quia nullus tam pinguis Mineruæ erit, qui ad rectam remediorum adminiſtrationem deſcendat, niſi prius nouerit, an morbus curationem admittat; id quod ad artem Prognoſticatricem, & Prænotionem attinet. Eſt igitur præter Curationem neceſſaria quoque Prænotatio.

Cur tot et nõ plura.

Rurſus prænotionem nemo vnquam exercebit, & an morbus poſſit curari, præcognoſcet, niſi priùs naturam affectus curandi nouerit; id quod ad Dignotionem ſpectat. Eſt igitur, præter duas dictas dignotio etiam neceſſaria: imò hæc cum prenotione in curationem refertur; vt Galenus etiam in medicina, ob partem curatricem alias factas eſſe, & ad illam relationem habere, affirmauerit, *Lib. de conſtit. art. Medic. cap. decimo quarto.* Hæc igitur tria ſunt ad mẽtem Galen. in conſultationibus pertractanda. Quo autem modo, & qua ratione ſingula, dicam in ſequentibus, & primùm de Dignotione: deinde de Prænotione; tum de Curatione verba faciã,

ordine

Ordo tradenda methodo conſultandi Galenica ſeruãdus.

ordine ſcilicet diuerſo ei, quo inuenta ſunt: cum hoc viæ reſolutionis proprium ſit, vt, quod in ea vltimum eſt inuentione, id fiat primum ſecundum executionem.

Quibus Dignotio, prima Methodi Galenicæ pars, abſoluatur. *Cap. I.*

Quæ dignoſcẽda ſint medico.

DIGNOTIO naturã affectus curandi ſpectat. Quare hæc exacte medico primùm eſt cognoſcenda. Hãc vero facile aſſequetur, ſi affectus curandi perſpectam habeat, tùm eſſentiam, tùm exiſtentiam. Ratione eſſentiæ, conſiderãda proponuntur à Galeno *3 de Criſ. c. 3. & 4.* idea ac ſpecies, morbi: ratione exiſtentiæ, tũ quæ eſſentiam conſequuntur, magnitudo ſcilicet morbi, atque motus; tùm quæ accidunt, mores videlicet eiuſdem.

Idea affectus quæ complectatur.

Quantum ad ideam attinet, cũ certum eſſe debeat, ſub ea, non tantùm ſpeciem, & rationem formalem, ſeu quiditatem, verum, & affectus generationem per ſuas cauſas includi; primùm omniũ cõſtituendum eſt, in hac methodo, an affectus, de quo tractatur, ſiue vnus, ſiue multiplex, ſit morbus, vel cauſa, vel ſymptoma, & ſi morbus, an dyſcraſia, an cõpoſitio vitiata, an vnitas ſoluta, & quæuis harũ ſimplexne, vt febris, an cum additione, vt febris peſtilens: ſi cauſa, an ex efficacia agentis ea, an ex habilitate paſſi ducat originem; an externa, an interna ſit, & ſi interna, proximane an remota: ſi ſymptoma, an ſit actio læſa, an excretum mutatum, an affectus corporis. Quocirca hęc omnia, methodo diuiſiua in medium adducet medicus, vt, quod ad propoſitum facit, ex ijs ſeligat, illudquè proprietatibus, & notis ſeù ſignis confirmet.

Obiectio.

Nec eſt, quòd quis obijciat, ſigna hic nõ facere ad propoſitum, cũ ſermo ſit de morbi eſſentia, ſigna .a. potiùs videantur attinere ad exiſtentiam,

Solutio.

Nihil enim hoc obſtat, cum exiſtentia, vt ab omnibus conceditur, ſupponat eſſentiam. Vnde non minùs ad hanc quam ad illã, ſigna referi queunt.

Qualia debeãt eſſe ſigna ideã affectus demõſtrantia.

Porrò ſigna, quæ Ideam, & ſpeciẽ morbi demonſtrant, quantum quidem fieri poteſt propria, & inſeparabilia, Parthognomonica vocata, eſſe debent *Lib. defin. med. 3. Epid. com. 3. t. 3. 41. aph. com. 12.* quę ſcilicet ſtatim à principio morbum concomitantur, à tribuſque ſymptomatũ generibus deſumuntur. Quod ſi tamen morbus, & affectus pręter naturam, ſignis hiſce proprijs carebit, Medicus erit in hoc caſu contẽtus ſignis communibus. Hæc enim plura numero adinuenta, & ſimul accepta, ſupplẽt locum ſignorum inſeparabiliũ, vnde & hanc ob cauſam ſigna aſſidentia à medicis *Ibidem.* vocantur.

Quid in his ſignis proponendis obſeruandum.

Illud verò, in explicanda per methodum diuiſiuam idea morbi, & in ſignis eius proponendis, omni ſtudio cauendum eſt medico, ne longior æquo, quæ ab inſtituto aliena ſunt, proponat. In quod vitium multi non raro labuntur, qui vſque ad nauſeam negocium hoc conſulendi pertractantes, potiùs lectoris, quàm conſulentis partes æmulantur, aureſque doctas inani verborum ſtrepitu obtundũt. Eſt enim conſultatio, qnò breuior, eo etiam gratior, & maiori cum dicentis honore, & audientium voluptate perficitur; cum vel ex Ariſtotele, *1. Meth. c. 1.* innatum ſit omnibus, vt optent breuiter, & facilè addiſcere. *Poſt morbi explicatam Ideam perpendenda*, & examinanda occurrit magnitudo. In hac verò explicãda, cum pẽdeat tùm à morbi eſſentia

Morbi magnitudo quo propo nenda & quotuplex.

tia magna, tùm à Symptomatum magnitudine, vtraque hæc magnitudo medico animaaduertenda eſt. Erit autē morbus propria eſſentia magnus, ſi fuerit cum plurimo lapſu, & receſſu à ſtatu naturæ, maximaque in hec diſſimilitudo obſeruabitur, v.g. febris ardens, quia magnū cauma adfert, magna etiam febris dicitur, Hic autem receſſus, vt meliùs intelligatur, maximaq; cōducet, ſi de ægri temperatura aliqua dicātur. Nam ea tanquam metrum, & menſura propoſita in cognitionem ipſius lapſus nos perducet, quo habito, ſtatim etiam, an morbus magnus propria eſſentia, vel paruus ſit, innoteſcet. Iam ratione magnitudinis ſymptomatum concomitantiū, quæ, & ipſa morbi magnitudinem, & paruitatem oſtēdunt 3. *de Criſib.* c 4. prout magna vel parua fuerint, poterit medicus, dummodo nauſeā minimè pariat, & rectum iudicium vbique ſeruet, per ſymptomata primùm actionis læſæ, animalis ſcilicet, vitalis, & naturalis; deinde per alia ſi opus fuerit, vtiliſſimè diſcurrere, & ſingulorum magnitudinem, aut paruitatem ad calculum reuocare. Sunt autem magna ſymptomata ex Galeno 4. *Met. c. 6.* tribus modis nempè propria eſſentia, vt de morbo etiam dictum fuit, ob partis affilictæ præſtantiam, & ob difficilem tolerantiam, quam quidem tolerantiam, etſi explicitè Galenus non proponat, nihilominus, quia proponit malitiam, & cacoethiam, meritò cuius in morbis difficilis tolerantia ferè ſemper obſeruatur ſubintelligit hanc tolerantiam abſquè dubio. *Quod ad motum* ſpectat, is præcipuè, in morbis ſalubribus *L. de morbi totius temp cap. 1. 2. de Criſib. 11. & 12.* & quattuor habentibus tempora, reperitur, His enim, temporibus ſcilicet, motus in morbis menſuratur, vnde, & nunquam motum morbi cognoſcet, qui non & tempora illius perſpecta habebit, & explorata; Eſt vero motus duplex celer, & tardus, quorum ille breui tempore, hic vero longo abſoluitur, adeoquè ſub illo morbus quatuor tempora breui, ſub hoc vero, longo tempore percurrit. Præter quattuor tempora morbus deprehēditur, ex alteratione materiæ morbificæ coctione inquam, & cruditate illius, vt potè ex qua tempora morborum 1. *De Criſib.* c. 16. potiſſimùm diſtinguuntur. Nam coctio à principio manifeſta, celeritatem iudicij pollicetur, proximum eſſe ſtatum oſtendit, & proinde motum celerem morbi patefacit Coctio vero ex Galeno 9 *Meth* c 5. non tantùm ex vrinis, vt vulgò putant, tanquam ex effectu, verùm, & ex pulſibus, vti ex cauſa, deprehenditur. Quare, quò citius ex vrinis nota coctionis apparebit, eò etiam morbus ille citiùs finietur, quia nota illa eſt effectus facultatis concoctricis, à ſcopo non aberrantis. Pariter ſi pulſus à principio, vel alio morbi tempore vehemens, & validus erit, ſignificatur calorem natiuum, qui eſt cauſa coctionis inſtrumentalis, validum eſſe. At vbi talis in corpore deprehenditur calor ſignum eſt etiam bonam fieri concoctionem, & proindè morbum citò terminaturum. Addunt nonnulli, ad motum morbi cognoſcendum, præſtantiam loci affecti, & ſpeciem materiæ morbificæ, nec iniuria. Quia ſi locus affectus erit pars princeps vel principi immediatè inſeruiens, certe noxam ad longum tempus non admittet. Similiter, ſi morbus ex materia bilioſa oriatur, breui terminatur. Imò ipſe Gal. 2. *aph.* 19 ad morbū acutū. qui citò terminatur reſpiciens, dicebat morbum acutū eſſe, vel ratione ma-

morbus propria eſſentia magnus

morbus magnus ab magnitudinem ſymptomatis.

morbi motus in quibus morbis reperiatur.

Quotuplex et unde cognoſcatur

materiæ, quia ſit à bile, vel ratione loci affecti, quia occupat partem principem, vti Apoplexia. *Reſtat conſiderandus* morbi mos, cuius meritò cognoſcitur an morbus ſit benignus, vel malignus. Nam ſicut inter homines illi dicuntur benigni, qui bonis moribus ſunt præditi, illi maligni, qui malis, ac alios deludũt ita etiam, & inter morbos, illi benigni dicuntur, qui ſunt bene morati, illi maligni, qui malè, & medicos decipiunt. Deprehenditur verò mos morborum, ſecundum Galenum *De conſtit. art. c.16. 1. de criſib cap. 3.* ex ſymptomatibus ſuperuenientibus; quæ quidẽ ſymptomata ſic vocantur, quia cum nec propria, nec aſſidentia ſint, ſuperueniunt. Hæc igitur ſi fuerint magna magnitudine ſymptomatum concomitantium, ita vt eadem ſit in his, & in illis proculdubio morbus malos mores habebit, & proinde malignus erit. E. G. ſuperueniat Socrati fabricitanti tertio, vel quarto die delirium, vigilia contumax, malefica erit hæc febris. *Vbi obiter non* poſſum non notare, communem ferè omnium errorem, qui confundentes ideam, & morem morbi, febrem peſtilentem vocant etiam febrem malignam. Toto enim cælo aberant. Nam febrem eſſe peſtilentem pertinet ad ideam, febrem malignam eſſe ſpectat ad morem, quæ duo valdè diuerſa ſunt, vt propterea poſſit dari febris maligna, quæ non ſit peſtilẽs. Eſſe. a. duo illa diuerſa, vel ex eo liquet, quod idea ex ſymptomatibus concomitantibus, mos verò morbi ex ſuperueniẽtibus 1. *de creſib. cap. 13.* dignoſcitur: e.g. idea febris peſtilentis, cognoſcitur ex ſymptomatis, quæ qualitati atteſtãtur venenatæ, & pernicioſæ, at mox ex delicio, vigilia magnis ſuperuenientibns innoteſcit. Verũ malities hæc, quæ ſymptomatum dicitur, ac ad morẽ morbi attinet, ſtrictius vſurpatur, ſcio tamen & illam latiùs præacceptam ſub nomine malignæ humorum putredinis à Gal. 4. *aph* 43 propoſitam ad morbi ideam, & ſpeciem referri, quo nomine qualitatem venenatã, ac peſtiferam malities connotat, morboque peſtilenti adaptatur, vt ex dictis liqueat duplicem reperiri morbum malignum, nimirum ſimpliciter, & ſecundum quid: morbus ſimpliciter malignus per id circumſcribitur, 1 *epid. 3. cõ* 1. quod etiamſi omnia diligenter adminiſtrentur, nihilo mitior ſit, & quamquam periculo non vacet, tamen ſpem ſalutis non omnino adimit. *primo prorer* 14. Morbus malignus ſecundum quid, qui & peſtilens exiſtit, non modo difficilè curatur, ſed quamplurimos etiam interficit, ſed de dignotione ſatis, ad prænotionem me conuerto.

Morbi mos quid ſit.

Vnde deprehendatur.

Febris peſtilens, & maligna perperam quibuſdã eadem.

Quotuplex malities ĩ morbis.

Morbus malignus ſimpliciter.

Morbus malignus ſecũdum quid.

Prænotio in ratione conſultandi ad mentem Galeni pars ſecunda, vt tractanda. Cap. VI.

PRænotione, quid in morbis curandis euenturum ſit, præcognoſcit, & prædicit medicus. Hæc autem pars, ſi qua alia, ſumopere medico neceſſaria eſt, non eo tantùm, quia ad tuendam auctoritatẽ, & artis, & ipſius medici, mirificè facit: 1. *Progn com* 4. ſed etiam, quia eius beneficio, quibus malis adhibere manum opporteat medicum, quibus non, eluceſcit. Nec enim vnquam prudens medicus ægritudinum, quas inſanabiles cognoſcit, curationem 11 *Meth c. 9. 2. a hor. 29. 1. Probet com. 1. sex. 37* debet aggredi, quod hoc modo & ars, & eius inſtrumenta infamantur: aut, ſi cogatur aggredi, cùm proteſtatione remedia proponit. Aggreditur. a quan-

Prænotionis vtilitas.

Cur aliquando deſperatorum morborũ curatio ſequitur.

quandoque, quia nec deſperatis, docente Quinto Sereno deneganda medicina eſt; cum Deus, cuius donũ medicina eſt, item & natura homines ſæpè ab imminenti morte vendicent, & liberent. Quo accedit, vt dicebat Aretæus quod, vbi medicus deſperatis medicinam adhibet, eos conſolatur: addo ego, & vitam eorũ producit *Hippoc. 1. Prognoſt. 4 Gal 5. aph. com. 8 & 6 aph. 38.* Quò ſanè reſpiciens Corn. Celſus, ſpem dubiam meliorem eſſe exitio, affirmabat.

Prænoſcẽdi modus duplex.

Cæterum: duplici via Medicus hanc Prognoſticatricem artem exercere poteſt, quemadmodum Hippocrates, Plato, Ariſtoteles, & Galenus docuerunt. Prima via ac modus eſt, ſi conferantur præterita, ac præſentia, proindeque ſimilitudo, & diſſimilitudo, *Vid. Hip. 1. Prognoſt. t. 5. & Gal 9 de plac. c. 2.* inter illa obſeruetur, altera verò via eſt, ſi res ſecundum naturam, & præter naturam, in reſpectu ad artem medicam, conſiderentur. Quanquam verò iſti duo modi procedendi in prænotione, videantur in idem coincidere, non inutiliter tamen vterque ſeorſim proponitur, vel eam ſolam ob cauſam, vt ne ſemper vna & eadem via ac ratione incedatur, ſed modo vna modo altera vti poſſit medicus. Verum vtramque viam explicemus.

Primus p̃noſcendi modus.

Primum igitur ſimilitudo & diſſimilitudo inter præterita, & præſentia, facilè à medico obſeruabitur, ſi per res naturales, potiſſimùm verò non naturales, & præternaturam diſcurrerit. Nam, ſi habita ratione præſentium ad præterita, in rebus illis inſignis diſſimilitudo obſeruetur, malũ, quod tractatur, erit inſanabile, aut periculo plenum, aut ſaltem non niſi longo tempore, & cum difficultate ſanabitur. Quod ſi diſſimilitudo illa ſit exigua, contrarium accidet. Do exempla, In rebus naturalibus maxima erit diſſimilitudo, ſi patiens anteà optimo habitu fuerit, nunc in peſſimo ſit conſtitutus: ſi anteà fuerit carnoſus, nunc nihil ſit aliud niſi pellis & oſſa. Quod idem de temperamento dicendum eſt. Si enim æger valde à naturali, & proprio tẽperamento ſit lapſus, neceſſarium erit medico inſignem diſſimilitudinem conſtituere: idemque de ratione ætatis, quæ priùs erat vegeta, nunc ſenilis, affirmandum eſt. Eadem diſſimilitudo in rebus nonnaturalibus accidet, vt, ſi æger priùs temperatè vixerit, nunc viuat malè. nec non in rebus præternaturam, vt, ſi morbus. e.g. ſit cum magno receſſu à ſtatu naturæ, ſi cauſæ inſigniter agant, ac plura, & hæc ipſa magna ſymptomata adiungantur.

Secundus prænoſcẽdi modus.

Quoad ſecundam viã, nihil eſt, quod de illa ſeparatim dicatur, Eodem enim modo, aut non diſſimili, quo inter præſentia, & præterita in prima, ita in hac, inter naturalia, & ea quæ præternaturam ſunt, ad euentum futurum cognoſcendum, collatio facienda eſt.

Medico tria prænoſcenda.

Verùm, quoniam ex Galeno 4. *de præſag. ex pulſ. c. 11.* medicum tria prædicere oportet, euentum morbi, tempus, & viam euentus, quo modo in ſingulis verſari medicum oporteat, breuiter ſciendũ eſt.

Euentus morbi vnde prænoſcatur.

Euentum igitur præuidebit, ſi robur morbi & naturę cognouerit. *Lib. de conſtitut. artis Medic. 18* Quocircà medicus valdè diligens eſſe debet, in conferendo hoc vtroque robore. Nam cum euentus ſit triplex, ſalubris, inſalubris, & medius, *1. Epid. ſect. 3. t. 16. 2. aph. com. 40.* ſub quo ægri nec ſanantur, nec moriuntur, quiſnam horum ſit expectandus, facilè intelliget, ſi facta collatione naturę & morbi, nouerit illiuſne, an huius, robur ſit maius, an verò vtrumque æquale. Nam ſi maius de

conſtit art. c. 18. 11. *Meth c.* 1. & 3. erit naturæ robur, expectandus eſt euētus ſalubris: ſi morbi, inſalubris: ſi medio modo ſe habent, medius.

Signa roboris naturæ.

Robur autem naturæ cognoſcetur, ex moderata quantitate, & qualitate ſpirituum, humorum, ac ſolidorum, quæ ſunt in corpore: item ex optima corporis temperie, bono corporis habitu & ætate adoleſcētiæ, vel iuuentutis; Vbi tamen notandum, quoniam ſub morbis vix ſpiritus, humores, ac ſolida ſunt moderata, nec ſemper ægri ſunt illo bono temperamento, & habitu, ætateque dicta præditi, ideò qualia eſſe ſoleant naturalitèr eſtimandum eſſe, atque quantum à ſtatu naturali recedant, videndum. Si enim receſſus fuerit, ſed paruus, nihilominus ſub eo ad huc naturę robur ſeruatur. Cęterùm his, quæ dicta ſunt, accedunt etiam alia quędam, quę veluti annexa, de robore naturę fidem faciunt. Sunt autem hęc ſymptomata, quę non valdè à ſtatu naturę elongantur, 1. *de Criſib.* 11. ſunt & iuuantia ac lędentia, cùm, quę parùm iuuare ſolita erant, nunc plurimum iuuant: *De arte Med c.* 8. 2. *de Nat hum. com.* 5. 9 *Meth. c.* 10. quæ lędebant vehementèr, parùm lędant.

Signa roboris morbi.

Robur morbi vt cognoſcatur, ſymptomata cōcomitantia primùm ſpectare oportet. Hæc enim ſi magna fuerint, cum maximoque receſſu *de conſtit. arti c.* 18. à ſtatu naturę extiterint, procul dubio, de robore morbi nobis fidem faciunt. Huc accedunt, & iuuantia, 2 *aphoriſ. com.* 1. quæ nunc aut parùm iuuant, aut magis nocent, cum tamen antea plurimùm iuuare conſueuerint: ſimiliter, & lędentia, quæ cum parùm lędere ſolebant, iam valdè noceant. Ad idem conducunt cauſæ morbificæ vehementèr agentes, item varię morbi differentię, potiſſimùm, verò ex ſubiecta materia depromptę; ex corpore ſcilicet ipſius ægrotantis, quæ pertinent aut ad robur naturæ, de quo egimus, aut ad temperiem corporis per ætates ob quā morbus non congruens 2. *Aphor. com.* 34. temperamento maximum habebit robur vt febris ardens in ſene.

Tempus euētus duplex.

Euentum ſubſequitur tempus ipſius euentus. Hoc vel eſt breue, vel longum. Breue, in euentu inſalubri, ex maiori robore morbi; *de conſtit. art. capite* 18. in euentu ſalubri, ex maiore robore naturæ colligitur. Longum verò, in euentu inſalubri, ex minori robore morbi; in euentu ſalubri, ex minore robore naturæ deprehenditur.

Vnde pronoſcatur.

Maius .a. aut minus horum robur innoteſcit, ex intenſione, & remiſſione eorum, quæ idē robur conſtituunt, & oſtendunt, de quibus ſuprà.

Modus euētus quotuplex.

Vid. & *modus ipſius* eueutus pertinet, vel ad ſalutem vel ad mortem. Si ad ſalutem referatur, tunc ſanatio erit opus aut naturæ, aut artis. Si naturæ, via erit vel *Vide Gal.* 3. *de Criſib c.* 1. & 7. per Criſin, & vehementem euacuationem, vel per coctionem materiæ morbificæ, vel tandem per abſceſſum. Per Criſin. e. g. ſi febris ardens per copioſam ſanguinis è naribus effluſionem ſanetur. Per coctionem, ſi morbus nulla facta euacuatione, aut etiam depoſitione materię ſoluatur. Per abſceſſum, ſi materia à loco nobili ad ignobilē trāſmittatur, abſque illius euacuatione. Si vero ſanatio erit opus ipſius artis, tunc modus ipſius exitus erit per coctionem, & depulſionem materię morbificę, ab arte medijs prẹſidijs factam. Quod ſi denique via, & modus referatur ad mortem, tunc hęc ipſa erit opus morbi, cum ſuis cauſis, & ſymptomatibus, validè atque plus quàm ferant vires corporis rectrices agentibus, atque

ægrum

ęgrum vexantibus. Sed hęc de Prænotione.

Curatio in methodo conſultandi Galenica quomodo inſtituenda.
Cap. VII.

Antequã ad curationẽ deſcẽdatur, indicationes proponendę.

HAbitis dignotione, & prænotione, ad curationem, quæ ex Galeno 1. *acut com* 3. 9 *meth.* 7. & 9. à Medico per ſe intenditur, eſt deſcendendum. Verùm quoniam curatio, quælibet Dogmatica, (hanc enim profitemur) indicationibus, ac ſcopis curatiuis 2. *Meth. cap.* 7. 8. *Local.* 2. perficitur; idcircò indicationes, priùs quam ad ipſam curationem deſcendatur, ſunt a Medico proponendæ. Solent. à hæc capi, tùm à 9. *Meth c.* 14. 1. *ad Glauc.* 1. rebus præter naturam, tùm a rebus ſecundum naturam. *Inter res prioris ordinis* primùm occurrit morbus, qui vel eſt factus, & à cauſa independens; vel fit, & à cauſa fouetur. A morbo facto ſumitur *Lib. Art. Med. c.* 88 indicatio curatoria; ab eo verò qui fit ſumitur indicatio mixta, curatoria inquàm, ratione morbi, & præſeruatoria, ratione cauſæ, ſiue cauſa fuerit continens, & proxima; ſiue antecedens, & remota.

Indicationes à reb. præter naturam.

Circa quæ duo notanda ſunt, Primò. A quocunque horum indicatio deſumatur, tanquàm caput, & cardinem, metrum, & menſuram, omnium indicationum, ſemper ob oculos medicus habeat oportet, id quod primum ab *Lib. de ſtatibus à princip.* & 2. *apho.* 22. *lib. Art. Med.* 89. Hippocr. traditum fuit, nimirum morbis, & cauſis contrarijs contraria adhibenda eſſe remedia, & prout morbus, ac cauſa ſunt magna, aut parua, motus celeris, aut tardi, benigna, vel maligna, ità etiam præſidia magna, vel parua, celeria, vel tarda, blanda, vel malignitati aduerſaria eſſe ſeligenda. *Notandum ſecundo*, vbi morbus à cauſa fouetur primùm cauſæ, 10. *Meth. c.* 1. *Li. Art. Med c.* 89. deinde morbo, vel ſaltem vtriuſque ſimul, eſſe occurendum. Quod ſi ex rebus præternaturam, vltra hęc duo, occurrat ſymptoma, obſeruandum eſt, an vrgeat. Si enim nouerit ipſum vrgere 12. *Meth. c* 1. medicus, procul dubio ab eo etiã indicationem deſumet, ei paritèr fundamento innixus, vt contrarium ſymptoma, per contraria remedia collatur, qua tamen ratione, potiùs cauſæ, quàm ſymptomatis naturam induit. *Quod* ad res naturales ſpectat, eſt reſpiciendum maximè ad virtutem corpus regentem, quoniam medicus corporis humani ſalutem, gratia vnius virtutis, quærit. 9 *Meth.* 3. Vnde vanus penitùs illius labor videretur, niſi à virtute quoquè indicationem caperet. Hæc indicatio à Galeno Vitalis 9. *Meth.* 13. dicitur, & à prædictis valdè diuerſa eſt; quippè cum Virtus non, vt illa, ſui ablationem per contraria, ſed ſui conſeruationem per ſimilia 11. *Meth* 3. indicet; imò aliquando ità exiſtat debilis, vt non dicam conſeruari, ſed potiùs augeri debeat. Quo in caſu rebus præter naturam ferè dimiſſis, vnicæ virtuti eſt incumbendum.

Indicationes à reb. ſecundum naturam.

Materię præſidiorum triplices.

Inuentis indicationibus, ac præſidijs, de eorum materijs tùm cõtrarijs, tùm ſimilibus, & proinde de curatione ipſa cogitare oportet. Materiæ autem hæ ſunt tria inſtrumenta medica, 1 *de rat vict.* 6. *Auicen.* 4. *primi cap.* 1. *Gal lib. de part Art Med.* Chirurgia, Pharmacia, & Diæta. Circa quæ ſanè medico diligentiſſimè diſcurrendum eſt, ità tamen, vt hæc duo perpetuò obſeruet: Primò, vt ex eorum congerie ea tantùm ſeligat, in mediùmq; afferat, quæ præſens vſus, & neceſſitas poſtulant.

Quæ obſeruanda ſint in proponendis materijs.

Secundò; vt ne nudè tantùm ea commemoret, ſed per ſingula peculiariter, quæ quanta, quo pacto, quo tempore, & ordine, tandemq; quo loco, vſurpanda ſint, ita explicet, vt non tantum à medico curante, ſed etiam ægrotantium miniſtris intelligatur: à medico quidē, quia ità tutò, citò, & iucundè medebitur: à miniſtris verò, quia ſic libentiùs, commodiùs, & vtiliùs ægrotantibus inſeruient.

A materijs Chirurgicis auſpicandum.

In proponendis verò hiſce inſtrumentis, Medico à Chirurgia auſpicandum eſt, vt potè quæ, cum vniuerſalem totius corporis *4 aph. 2. & 2 aphor* 17. medicationem, nimirum ſanguinis miſſionem contineat, ſub initium potiùs, quàm in progreſſu locum habet.

Materiæ Chirurgicæ triplices.

Ex hac petuntur materiæ, quæ non ſine manuum operatione adhibentur. Harum aliæ auferunt quod ſuperfluit, aliæ addunt quod deficit, & id ſumma cum ratione, quoniam ex Hippocr *lib de flatibus* medicina tota, nihil aliud eſt niſi additio, & ablatio.

Auferentes.

Quæ auferunt, ſunt ſectio venæ, cucurbitulæ ſcarificatæ, hirudines, ſacrificationes, ſectiones, abraſiones oſſium, eorundem perforationes, cauteria, veſicantia, & vſtiones. Quò pertinent, & quæ inſenſibilitèr auferunt, vti cucurbitulæ ſiccæ, frictiones, & deligationes factæ cum vinculo, & lotiones cum acqua actu calida. Vbi tamen de ligaturis illud notare oportet, quòd præter dictas quæ fiunt ad attrahēdum, ſunt & quædam aliæ, quæ fiunt ad expellendum, non quidem medio vinculo, ſed medijs faſcijs, ſuppoſita lamina plumbea, vel aliqua materia ſimili comprimente.

Addentes.

Quæ addunt materiæ, ſunt inciſiones, quæ in vna quidem parte ſunt auferentes, ſed in alicuiùs additionem, & reparationem referuntur, vt quando in humero ſecatur cutis, ad reparandas nares deperditas; quod opus ad Chirurgiam curtorū attinet.

Ancipitis naturæ.

Verum ſunt, & quædam aliæ materiæ Chirurgicæ ancipitis naturæ, atque etiam forſan mediæ; vt picationes, ſuturę, fibulæ, glutina, extenſiones, & coaptationes, quę manibus fiunt in fracturis oſſium, ligaturæ conſeruantes, & firmantes cum plagulis, & ferulis, ex ligno, vel ex charta craſſa confectis, cunei ferrei, vulgo ſcalpella dicti. Quin & in luxationibus præter extenſionem, & ligaturas, requiritur etiam repoſitio, quæ fit manibus, faſcijs, habenis, & machinamentis, vti tabula, piſtillo, ſcala, trabe, cum columnis, ſedili, ianua bifori, & ſcamno: requiritur, etiam, & collocatio, quæ fit ſupra rem aliquam mollem, obductam, vel charta craſſa, vel capſula lignea.

Materiæ Pharmaceuticæ qua methodo proponendæ.

Habito ſermone de Chirurgia, deueniendum ad Pharmaciam vt eam, quæ medicationem veluti particularem, docet. Pharmaca igitur proponenda ſunt hac methodo, vt redigantur omnia ad euacuantia, vel alterantia.

Pharmaca euacuātia.

Euacuantia diuiduntur in ea, quę ſenſibilitèr id agunt per vomitum, per ſeceſſum, per vrinas, per ſudorem, per nares, per os, ac ſputum, per vterum, ac per ſeceſſum quidē, vel leniendo, vel purgando: & in ea, quæ inſenſibilitèr idem pręſtant, quo in numero ſunt medicamenta ſiccantia, & diſcutientia.

Pharmaca alterātia.

Alterantia, etiā bipartito ſcinduntur, in curatoria ſcilicet & vitalia, ex quibus curatoria ſunt pręparantia materiam crudam, quæ agunt qualitatibus tùm primis, tùm ſecundus; item ea, quę viſcera in contrariam qualitatem primam mutant, alterantia vocata. Vitalia verò ſunt tùm corroborantia, quæ media qualitate adſtrictoria operantur: tùm qualitatem calidi innati, & temperiem con-

Materiæ Dietetice quibus cōtineātur.

Materiæ cōſeruantia. Materias pharmaceuticas eæ ſequuntur, quę ad victū pertinent, quoniam vt dicebat Galenus *de febr. diff. c vlt. de vſu Theriac. ad Pamphil.* omnia alia remedia, quamuis generoſa, erunt irrita, niſi viuendi ratio, quę ſex rebus non naturalibus *3. in 3 Epid. com. 9. lib. ad Thraſyb 35. Artis Med. c 85.* continetur, accommodata adiungatur. Nec verò mirum videri debet vltimo loco, in conſultationibus, de victus ratione diſſeri.

Victus rō decēs quā neceſſaria.

Medicus ſiquidem ad infirmos accerſitus, rarò admodum ſola alimenta, quę in viuendi ratione non infirmas habēt partes, proponit; ſed ferè aliquid ex Chirurgia, vel Pharmacia præmittit. Quo accedit, quòd morbi pro maiori parte ex repletione ortum habent, hęc autem immediatè per Chirurgiam, & Pharmaciam, per victus verò rationem mediatè tantùm tolli poteſt.

Cur vltimo loco agatur de materijs Dieteticis. Quo modo proponēdæ materię Dietetice.

Porrò per victus rationem digredi fusè, vel ſtrictim, eſt in prudentis medici iudicio repoſitum. Illud tamen certiſſimum eſſe debet, ſex res non naturales, hic, non vt cauſas mo bificas, ſed tāquam materias medicas *lib. Artis Med.* 85. iuuantes perpendi, ideoq; circa illas hac ratione conſideratas diſcurri oportere: & quoniam iuuare poſſunt, vel conſeruando, vel lapſus corrigendo, idcircò iuxtà primùm ſimiles, iuxtà ſecundum contrarias eſſe ſeligendas. Et his quidē conſtat methodus conſultandi ex Galeno.

Altera methodus conſultādi proponitur & primùm quibus conſtet partibus, demonſtratur. Cap VIII.

VT altera conſultandi ratio, à priori ſatis diuerſa, via, & ratione tradatur, primò omnium capita in illa neceſſariò examinanda, atquè ordo in eorum explicatione obſeruandus, colligenda, & conſtituenda ſunt.

Methodus conſultandi quinq; capita.

Sunt igitur capita illius numero quinque. rectus materierum medicarum vſus, Prognoſticum, indicationes, ſeù ſcopi curatiui. Cauſa morbifica. ac tandem Idea, ſpeciesq; morbi.

Tot eſſe nec plura nec paucira, demonſtratur ex reſolutione finis.

Ratio huius numeri, ex analyſi, ſeu finis reſolutione in propria media, hunc in modum colligitur. Finis medici eſt ſanitatem *lib An ars gymnaſt. c 27. lib. de ſect. c. 1. de conſt. art. c. 2.* pręſentē conſeruare, amiſſam verò recuperare. Recuperatur verò amiſſa ſanitas, per morbi ſublationē, morbus autē ſine inſtrumentis, & materiis medicis Chirurgia, Pharmacia, & Dięta, *5. de rat. vict 6.* rectè, & ordine adminiſtratus tolli nequit. Hinc neceſſarium eſt harum materierum rectam, & certam adminiſtrationem perquirere, inuentamq; proponere, quod idem eſt, ac curationem inſtituere. Verùm quia materię hę, ne ars, & inſtrumenta medica 11. *Meth c. 9.* infamentur, non omnibus morbis adhibenda ſunt: adeoq; oportet, vt intelligat medicus, deſcendere ne ad earum vſum *de conſtit. art. c.* 12. liceat, vel non, hoc autē per pręcognitionē euentus ipſius morbi habeatur, & hic ad partem Prognoſticam referatur; proinde de Prognoſtico abſque dubio pertractandum eſt; quandoquidem cognito, euentūm morbi futurum ſalubrem, ad vſum inſtrumentorum medicus accedere poterit, ſin, aut vſū illum negliget, aut ſaltem cum proteſtatione ad ipſum deueniet. Rurſus verò vſus materierum, quoniam ſupponit electionem illarum (priùs enim ſeligendę ſunt materię, *lib de conſt. art.* 14. deindè ad rectum vſum perducendę) rectus verò vſus non poteſt cognoſci, niſi priùs quid ſit agendum innoteſcat: ipſum autem

quid agendum (quod nihil eſt aliud, quam quod alias præſidium, & ſcopus curatiuus 11. *Meth. c. 3. de ſect. c.* 1. dicitur) item, & ſelectio illarum materierum, non niſi per indicationes haberi poſſit, requiritur præter dicta, etiam de indicationibus vt ſermo inſtituatur. Iam quia indicationes, a ſuis indicantibus *de opt. ſect. c.* 10 *& de conſtit. art. cap.* 15. prius cognitis, petuntur, primumq; à morbi cauſa, quæ ſicuti morbo præeſt, ità ſua præſentia prohibet, quo minùs morbus auferatur, omnino cognitioni cauſæ morbificæ incumbendum erit; & tandem, quoniam cauſæ morbificę determinatæ, certus & determinatus morbus, ſecundum propriam ideam, & ſpeciem (ſiue fuerit vnus, ſiue plures) reſpondet, de morbi idea etiam, ac ſpecie agendum. De ordine, res nõ eget multis verbis. Cum enim certum ſit, quod eſt vltimum in inuentione, euadere primum *lib. de conſtitut. art.* in executione, certum etiam erit, debere medicum conſultantem primùm Ideam, & ſpeciem morbi, cum proprio loco affecto, patefacere, ſecundo loco cauſas, & principia, modumq; generationis eiuſdem morbi perquirere: tertiò præſidia, & ſcopos curatiuos, ex proprijs indicationibus, indicationes verò ex proprijs indicantibus, capere & ſeligere: quarto circa prognoſtica verſari: quinto & poſtremò materias medicas, vna cum proprio recto vſu, in medium proponere.

Quo ordine tractanda hec quisque capita.

Nõ necesse est numerum, & ordinẽ capitu in cõsultationis initio proponere.

Sed circa ea, quę dicta ſunt, duo animaduertenda occurrunt. *Primũ eſt*, tametſi conſultori medico, tot, quot commemorauimus, capita, & eo, quem propoſuimus, ordine, neceſſario excutienda veniunt: non perinde tamen neceſſariũ eſſe, quod nonnulli faciunt, eorundem numerum, & tractandorum ordinem, ſub initium conſultationis proponere. Omnino ſiquidem pręſtat, breuitèr, & omiſſis verborum ambagibus, ad rem ipſam recta aggredi, & rebus potiùs quàm verbis ordinem oſtendere. *Alterum, quod* animaduertendum eſt, quod licèt de omnibus his, quæ allata ſunt capita, conſultori omni, & in qualibet conſultatione ex neceſſitate diſcurrendum ſit: ſi tamen plures ad conſulendum adhibeantur, nequaquam eadem ſemper via (quòd hæc procul dubio cũ faſtidio audientium, & nauſea coniunctum ſit) ſingulis quaſi ex formula, & pręſcripto incedendum eſſe: ſed dandam operam, ijs maximè, qui loco poſt primùm, aut etiã vltimo dicturi ſunt, vt varietate quadam orationis conſultationes ſuas condientes, moleſtiam, quę facilè ſolet audientium animis obrepere, quantum in ſe eſt, ab ijs abſtergeant. *Qui igitur ſecundo*, aut tertio loco verba facturus eſt, is non abs re fecerit, ſi reuocatis omnibus, quæ allata ſunt ab alijs, ad duo ſumma capita, quorum alterum ad cognitionem, alterum ad actionem ſpectet, ipſe breuitatem pollicitus, de eiſdem capitibus per breues, quęſtiunculas digrediatur. Quo in caſu, poterit tria diſcutienda proponere, duo quidem ratione cognitionis. Qui nam ſcilicet morbi ſint, qui ægrum infeſtum habent, & ex quibus principijs orti. Item an morbi illi ſint ſanabiles, vel inſanabiles: vnũ autẽ ratione actionis, Quibuſnam remedijs, & quibus remediorum materijs profligari illi, & extirpari poſſint. Sic enim futurum eſt, vt ſimul & artificiosè ſeſe, citraq; moleſtiam eorum qui pręſentes adſunt, expediat, & nihilominus, quæ ſuperiùs recenſuimus capita, pro methodo conſultandi neceſſaria, ea omnia breuitèr ſtrictimque,

Quo modo qui secundo aut tertio loco consultãt se debeãt gerere.

que,

que, plenè tamen, & accuratè per-ſequatur. *Iam verò qui loco* dicendi vltimo manet, is, ſi volet, in hũc vel ſimilem modum agere poterit. Cum enim illius præcipuè ex omnibus ſit munus, vt illorum, qui ante ſe verba fecerunt, ſententias ad recenſum, & examen ducat, rediget primò quæ dicta ſunt omnia ad duo ſumma genera, ad ea ſcilicet, quæ ad finem, id eſt, morbum profligandum neceſſaria ſunt, quo loco de ijs aget, quæ circa ideã morbi, & principia generationis eius allata ſunt; & ad ea præterea, quæ gratia mediorum ad finem requiruntur, vbi ea proponet, quæ de indicationibus, de Prognoſtico, & materijs præſidiorum ſunt pertractata. Secundò circa hæc diſcurrens, dabit operam per ſingula, vt animaduertat, quæ malè, aut benè dicta, quæ controuerſa ſint, quę relicta in dubio, quæ ſuperflua deniquè, & deficientia, & benè quidem dicta approbet, redarguat dicta malè, dubia enodet, controuerſa componat, ſuperflua demat, deficientia adijciat. Sed nos ad propoſitum reuerſi, de ſingulis illis quinque capitibus agemus ſeorſim, vbi priùs illud breuiter docuerimus, methodum hanc ſecundam, licet à Galeno expreſſa non ſit, ab eius tamen mente minimè abhorrere.

Quid vltimo loco conſultanti obſeruandum.

Methodum hanc, etſi à Galeno non expreſſam, nihilominus tamen ad eius eſſe mentem, oſtenditur. *Cap. VIIII.*

METHODVM igitur conſultandi, quam prę manibus habemus, eſſe ad mentem Galeni, demonſtro imprimis hac ratione. Finis Medici ex Galeno *lib. An ars gymnaſtica cap. 27. & lib. de ſect. c. 2. de opt ſecta c. 5. de conſt. art. c. 2.* eſt ſanitas, tùm præſens, tùm abſens, quarum illa conſeruanda, hæc verò reparanda per morbi ſublationem. Vndè duæ medicinæ actiuæ partes occurrunt, vna quidem conſeruatiua, *1. de Tuend. Sanit. c. 2.* altera curatoria. Quæ curat, neceſſario ex eodem *de conſtit. art. c. 13. & 14* inſtrumentis, & præſidijs medicis, rectè accommodatis, perficitur. Horum inſtrumentorum inuentio, & recta accommodatio, nulla via alia haberi poſſunt, niſi ea, quæ per experientiam, & rationem procedit. Nam per hæc duo inſtrumenta, Ariſtoteles omnes artes, & ſcientias inueniri faſſus eſt, & Galenus *1. Meth. cap. 3. & 3. Meth. c. 2.* duo hæc inſtrumenta, apud omnes ſcientificos, & artifices, ad res inueniendas neceſſaria eſſe, & fidem facere his, quæ ſunt inuenta, prodidit. Vndè factum eſt, vt antiqui medici, vel vna, vel altera via incedentes, in varias abierint *Vide Gal. lib. de ſect. et lib de opt ſect.* ſectas quorum alij, qui vni experientiæ innitebantur, quæ eſt obſeruatio eorum, quæ ſæpe ſimili modò contingunt, modò Empirici, modò obſeruatores vocabantur, qui verò rationes quaſdam communes, & indicationes, ex euidentibus tamen, ac rebus ſenſatis, deſumptas, quas vocabant communitates, inſequebantur, & methodum, atquè rationem artis compendiariam inſtituebant, methodici nominabantur: qui tandem rerum naturalium, nonnaturalium, & præternaturam cognitionem inquirentes, methodum curandi, experientia minimè neglecta, cum ratione profitebantur, Dogmatici dicebantur. Cum igitur Galenus Dogmaticus fuerit, conſequens eſt, vt præter experientiam, ratione nos duci in materierum inuentionem, & adminiſtrationem voluerit. At ratio-

Ratione probatur hanc conſultandi methodum

eſſe ad mentem Galeni.

Sectæ medicorum tres.

ne ea haberi nō poteſt, niſi illis omnibus, quæ in hac methodo enumerata ſunt, capitibus ad amuſſim perpenſis. Eſt ergo ad mentem Galeni hæc methodus, cui & ideo inhærentes, ipſamq; obſeruantes nulla ratione ab ipſius diſciplina recedimus.

Omnia huius methodi capita ex ipſo Galeno oſtenduntur.

Ad hanc rationem accedit, quòd omnia methodi huius capita diuerſis in locis ipſe Galenus paſſim proponit, & lib. de conſtitutione artis *c.* 12 13. 14. 15. 16. 17. in vnum propemodum colligit. Proponit indicationes cū alibi ſæpè, tùm clarè vbi ait, 8. *Loc.* 1. rationales in eo differre ab alijs medicis, quòd totam ſuam medendi rationem per indicationes inſtituunt. Proponit morbi, & cauſę cognitionem, dùm ait 2. *Meth.* 3. per indicationes curare, nihil eſſe aliud, quam à natura rei ordiri, atquè ex ipſa, quid ſit agendum medijs indicationibus, quæ ex eodem Gal. 3. *Method. in princip.* ſolæ inueniunt, quid ſit agendū, ac omnes medici dirigunt operationes, reperire: manifeſtiſſimè verò, vbi 10. *Meth. c.* 2. exemplo febrium putridarū oſtēdit, indicationem omnē ſui à morbo, atquè à virtute, ad hæcque indicantia omnia alia reduci. Proponit Prognoſticum, 11. *Meth.* 9. 1. *Prorhetic. com* 27. *&* 2. *aphor. com.* 29. vbi vult nunquā ad curationem aggrediendum eſſe, niſi pręmiſſo Proghoſtico conſtet ſanari morbum poſſe: quinimo docet ex vna morbi, & virium quantitate id definiri, 1. *ad Glau.* 8 *circa fin.* eſſequè rem arduā cum primis, & difficilem, cùm ob multas rationes, tùm verò maximè, quia ſingulorum quantitas, nec ſcribi, nec doceri poteſt. Proponit materierum rectum, & accommodatū vſum, vbi expreſſe affirmat 1. *ad Glau. c.* 1. non ſat eſſe adinuenire præſidia, ſed oportere ēt inuentis rectè vti.

Obiectio.

Nec eſt, quod dicat aliquis Galenum, vt ex dictis patet, deſumere indicationem à virtute, & iure quidem, quoniam medicus vnius virtutis gratia ſalutem hominis quęrit, & ideò diuerſam eſſe methodum noſtram à Galeni mente, quippè in cuius capitibus recenſendis in præcedenti cap. nulla indicationis huius fuerit facta mentio.

Solutio.

Dicendū enim hoc ideo factū eſſe, Quia virtutis maxima habetur ratio, ac conſideratio, vbi debilior euadit. At eā eſſe debilem, ex indicationibus à morbo, & cauſa petitis, medicus aſſequitur, Sed iam ad ſingula methodi huius capita aggrediamur; & quonam modo conſtituenda ea ſint declaremus.

Quomodo Idea morbi, quæ eſt primum caput in conſultationibus examinandum, ſit cognoſcenda.

Cap. X.

VT Ideam, ac ſpeciem morbi rectè conſtituere in cōſultando medicus poſſit, ea omninò prius illi cognoſcenda eſt. Circa cognitionē igitur hanc, certum eſt, eam cognoſci, & colligi ex ſignis indicantibus, quæ partim ab ægro, & aſſidētibus referūtur, partim verò à medico inquirūtur, & obſeruantur.

Signorum ideā morbi demonſtrātium duo fontes.

Cęterùm qa hæc ſigna plurima eſſe poſſunt, vt methodo, & certo ordine habeātur, ſciendum oīa ſigna, quæ ideam morbi demonſtrant, ſūmi vel ab effectu. 3 *Local. à princip.* vel à cauſa.

Signa ab effectu morbi duplicia.

Quantum ad ſigna attinet ab effectu, ea pertinent ad effectū agentis vel interni, vel externi. Effectus agentis interni ſunt tria ſymptomatum *de differ Symp. c.* 2. genera, actio læſa excretum mutatū, & corporis affectus. Effectus agētis externi, eſt alteratio iniucūda, vel moleſta, facta à materijs medicis, à medico vſurpatis, quorū *Art. Med. c.* 10. illa fit à mate-

materijs ſimilib. hæc. a. à contrarjis. Porrò ab effectis hic quō dignoſcatur morbi idea, facilè eſt exemplis declarare. Sit enim e,g. aliquis vltrà naturæ modum famelicus, ſtatim ex leſa hac facultatis appetitricis actione, certum eſt hunc intemperie frigida ſecundum os ſuperius ventriculi laborare; quippè quæ pars deſtinata eſt appetitui, qui fames dicitur.

Quomodo ab effectib. idea morbi, cognoſcatur.

Ratio vero huius eſt, quia ſecūdum Galenum, ventriculus frigidus *Lib. Art. Med. c. 63.* plus appetit, quā concoquat. Nam ex frigiditate os eius corrugatur, & proindè humiditates proprias exprimit, quo facto in eo defectus contingit, quem tandem appetitus ſequitur. Pariter ex ſanguine florido, ſpumoſo cum 5. *aph.* 13. tuſſi reiecto, veluti ex mutato excreto, patefit pulmones detineri morbo, vel in ſoluta vnitate, vel in dilatata, & aperta via. Nō diſſimili ratione, ex colore fœdo cutis totius corporis in ictero flauo, vti ex *de ſympt. diſ. c. 4. & 6.* qualitate mutata, & corporis affectu deprehēditur iecur, aut veſicam felleam, morbo in via, nimirum obſtructione, corripi. Nec ſecus res habet in alteratione illa, ab externo agente facta. Nam ſi ægro ſecundum caput vna vice calefacientia, alia refrigerantia adhibeantur, iſq; ab illis *Art. Med. c. 10.* iuuamentum percipiat, ità vt alteratio iucūda ſubſequatur, ab his verò moleſtiam, ità vt alteratio iniucūda fiat, proculdubio idea morbi erit morbus frigidus, quoniā æger à calidis iuuatur.

Signa à cauſis morbi internis.

Quod verò pertinet ad notas morborum a cauſis deſumptas, eæ petūtur a cauſa morbi *1. de San. Tuēd. c. 4. de opt ſect. c. 31.* tùm interna, tum externa. Quæ depromuntur ab interna, depromuntur ab ea, vel ſecūdum naturam, vel præter naturam.

1. Cauſæ internæ ſecūdum naturam, ſunt temperies, habitus corporis, ætas, ſexus, diſpoſitio hæreditaria, & conſuetudo. Ab his enim, v. g. calorem præ ſe ferētibus, colligitur morbus calidus, ſicut ex eiſdem ad frigidum inclinantibus, frigidus.

2. Per cauſam internam præter naturam, intelligere oportet, non tantùm affectum præter naturam, à morbo contra diſtinctum, ſed etiam morbum ipſum, *6. de loc. aff. c. 5. & 5. de loc. aff c. 7.* quatenus alterius morbi cauſa euadit. Nam ex his omnibus idea morbi liquet, tanquam ex cauſa effectus. Hinc v. g. ſi aliquis ſecundum totum corpus ſcateat ſucco bilioſo, ſtatim deprehenditur, ipſum laborare morbo calido. Pariter, ſi aliquis à morbo bilioſo ſollicitetur, ipſum intemperie calida iecoris detineri cognoſcitur.

Coniectura Archigenis ex eo quod plurimū vagatur.

Ad hanc cauſam referri poteſt coniectura Archigenis, quam plurimi facit Galenus, *2. de Criſ. cap. 3.* & eſt ab eo, quod plurimùm vagatur. Nam exēpli g. Si hoc tempore febres peſtilētes graſſentur, patientes qui curandi occurrunt, eadem torqueri febri nō leuis ſuſpicio eſt?

Signa à cauſis externis.

Quoad cauſam externam, *Art. Med. c. 85.* ea vel neceſſario occurrit, vel nō neceſſario. Neceſſariò occurrunt ſex res nō naturales, quæ ad victus rationem attinent. Quocircà ſi patiens, qui tractatur, e.g. vſus fuerit victus ratione calida, conſonum eſt rationi, morbum, qui illum vexat, calidum eſſe. Non neceſſario occurrunt alia externa, vti balneum, medicamentum, venenum, & huiuſmodi alia: quorū ratione ſi aliquis, v. g. vſus fuerit medicamentis calidis, plùs quàm deceat, morbo is calido laborabit. Et hæc de modo, & ratione morbi ideā cognoſcendi. Sed enim, quia præter hanc, quàm perſecuti ſumus hactenus, alia proponitur à Galeno, quæ & ipſa ad rem eſt accommodata,

non inutile fuerit eam ipſam etiam breuitèr attingere.

Alia ratio inquirendi, & cognoſcendi morbi ideam, præcipuè in febribus putridis, traditur.

Cap. XI.

GALENVS igitur, certam nobis, ac veluti ſcientificam rationem dignoſcendi ideam, & ſpeciem febrium putridarum, quæ tamen nihilo ſeciùs alijs etiam morbis aptè admodum accommodari poteſt, reliquit: vbi tres fontes, à quibus deſumēda ſint ſigna omnia, in dignoſcendis febribus, proponit, *2. de Criſi c. 2. Vide & 1 de diff. feb. c. 7.* nempè formam, cauſam, & Symptomata. Quæ omnia breuiſſimè in exemplo explico.

Tres fontes dignoſcēdarum febrium.

Primùm igitur occurrit forma. Hæc ergò, cum in febre putrida ſit calor acris, certū eſt, quòd per hunc calorem diſtinguitur febris putrida ab ephemera, quoniam hæc calore leni continetur. Rurſus, quoniam idem calor in febre putrida non ſolùm acris, ſed etiam vaporoſus exiſtit, ideò eadem febris diſcriminabitur ab hectica, quæ calorem quidē habet, ſed ſquallidum. Iterùm, quoniā calor febrilis, quantùm ad acredinem, ſuſcipit differentiam maioris, & minoris, ſi magis acer, & mordax fuerit, febrem oſtendet bilioſam.

Forma febris.

Alterùm caput eſt cauſa morbi. Si igitur e. g. aderunt ſigna humoris bilioſi, quæ ſunt temperies, habitus, & ætas bilioſa, vigiliæ, ſitis, excremēta bilioſa, alteratio à frigidis, & euacuatio bilis iucunda, vita anteacta bilioſa, nemo erit, qui indè febrem, quæ tractatur, bilioſam eſſe non facilè colligere poterit.

Cauſa febris.

Tertiùm, & poſtremùm capud ad ſymptomata ſpectat. Quare ſi ſymptomata ſpectentur, quæ alias morbum bilioſum ſolent ſubſequi, ſicut ſunt dolor capitis punctorius cum ſenſu caliditatis, vigiliæ, ſomnia rixarum, deliria, ſitis, excretio bilioſa, & quam plura alia huius cenſus, morbum, de quo agitur, bilioſum eſſe pro certo habendum erit.

Symptomata febris.

Notandum verò hic eſt, non obitèr, Galenum *2. de Criſib c. 2.* loco citato, reſpicientem ad hāc rationem cognoſcendi ideam morbi, damnare modum cognoſcendi febres putridas, ex acceſſionibus; eò quòd vt ipſe ait, minimè ſit tutum, ex eo quòd febris alternis diebus inuadit, colligere, febrem eſſe tertianam; quoniam fieri poteſt, vt febris quotidiè inuadat, & nihilominus tamen paritèr è genere ſit tertianarū: eamquè ob rationem præſtet, ex forma potiùs eam, & cauſis, & ſymptomatibus dignoſcere. Volui verò hanc etiam dignoſcendi rationem proponere, quoniam, vt ſuprà tetigi, non tantùm in febribus ipſis, verùm etiam & in alijs morbis, eadem methodus obſeruari poteſt.

Modus cognoſcendi febres putridas ex acceſſionibus fallax.

Methodus inueniēdarum cauſarum, quæ ſecundo loco in conſultationibus occurrit proponitur, atq; primùm in morbis particularum ſingularum exercetur.

Cap. XII.

CAVSARVM inueniendarum ratio, & methodus, vna minimè conſtitui poteſt; quoniam affectus, qui à cauſa dependent, & curandi occurrunt, non ſunt vnius rationis tantùm. Alij ſiquidem ſunt morbi ad certam aliquam, & determinatam corporis particulam attinentes, qui à vulgo medicorum particulares dicuntur: alij verò ſunt affectus totius corporis, vt febres;

Cauſarū inueniendarum ratio varia pro varietate affectuum.

alij deniquè ſunt ſymptomata. Quare de ſingulis his ſeorſim, & ſeparatim agendum eſt, exordio ducto ab ijs affectibus, quos particulares vocari dictum eſt. Si igitur in morbis particularibus dictis, cauſæ perquirantur, illæ omnes in agentis efficaciam, 1. *de diff feb 4 lib. de cauſ. Procatarct.* & paſſi habilitatem referuntur.

Cauſa morborum particulariũ.

Cauſa verò agens non ſolùm vt agit, ſed & quatenus eſt præternaturam, & lædit, perpendenda eſt. *Si perpẽdatur vt agit*, cum omne quod agit, ſit ſpecie determinatum, (quia actio eſt à determinato, in determinatum) rurſuſque ſit in actu per ſuas cauſas generantes, iam duo examinanda occurrunt, & ſpecies videlicet ipſius cauſæ agentis, & cauſa ipſam generans. Circa ſpeciẽ cauſa eſt vel interna *lib de opt ſect. cap.* 31. vel externa Interna, vel cõtinens eſt *ex Hipp. 6. Epid. 7. & Gal. l. 1 de differ. feb. 1. Introduct c.* 9. vel contentum. Continens eſt membrum aliquod malè affectum, quod ſuam affectionem alteri parti communicat, ob vicinitatem, & conſortium. Sic ſæpè videmus vẽtriculum ab omento frigidiore refrigerari, quòd omentum eſt contiguum ipſi ventriculo. Contentum autem eſt, vel vapor, vel minera tùm animata vt vermis, tum inanimata, vti quatuor humores, lac, menſtruũ. ſemen, pus, & ichor. Cauſa externa, vel neceſſariò occurrit, *Art. Med c.* 85. vti ſex res non naturales, vel non neceſſariò vti alia externa; quæ oĩa ita corpus humauum immutare poſſunt, vt & varios humores noxios in corpore producere, & iam genitos inficere, varios item morbos excitare valeant. Qu bus tamen interim id etiam addendum, cauſas has alia quoque ratione variari poſſe, quatenus ſcilicet proximæ, *li. de cau. Procatract.* ſunt, vel remotæ: item quatenus principales, vel *ibid & li. definit med fol.* 46. coadiuuantes, vel ſine quibus non. Iam ſi cauſa generans ipſius agentis morbifici conſideretur, hæc pariter duplex eſt, agẽs & materialis. Agens eſt vel perficiẽs *ibidem*, vel coadiuuans. Perficiens eſt multiplex. Nam ipſius vaporis cauſa perficiens, eſt calor feruidus, atquè agitans: Vaporis verò flatulenti cauſa eſt, calor tùm debilis 3. *de Sympt cauſ c.* 2. ac remiſſus, tùm vehemens, & intenſus in materiam flatulentam agens. Vermium cauſa, quantum attinet ad præſens, eſt calor 3. *aph.* 26. putredinalis Sanguinis, *Vide Gal 2. de fac nat c* 8 hepar calidum, & hnmidũ: bilis, hepar calidiſſimum, & ſicciſſimum, melancholiæ, hepar calidum: pituitæ verò tùm caput, tùm ventriculus, frigida intemperiè correpta, dummodo tamen pituita non fuerit ſalſa, quia hæc fit à vapore exuſto commiſto humido aqueo; vapor autem ille à calore vel exurenti, vel putrefacienti excitatur. Sed hic notandum eſt, quod reperiuntur ſpecies quædam bilis 4 *de San T uen. c.* 46. *Epid. ſect.* 5. *t.* 14 *lib. de atrabil c.* 2. quę porracea, æruginea, & cærulea dicuntur. Hæ verò fiunt à calore ventriculi immoderato, per alimentorum corruptionem, quanquam etiam putem, in corporibus ægris à calore exurenti, in venis gigni poſſe. Pariter reperitur humor *lib de vene ſect. c 9 &* 13. crudus, (qui ad pituitam refertur, & generatur paritèr à frigiditate, calorequè valdè imminuto non tantùm ventriculi, ſed etiam totius corporis. Puris cauſa *vide Gal. 4. Meth. 5. & 2. aphor. com.* 47. eſt calor quidam naturalis, & quoque modo etiam præternaturam. Nam, cum in puris generatione fiat coctio, & putredo, illa à calore

Diff. cauſæ agentis conſiderata vt agit.

Cauſa interna cõtinens.

Contentũ.

Cauſa externa.

Cauſa generans. agentem.

Cauſa perficiens.

Species bilis excrementus.

Humores crudi.

lore naturali, hęc verò à calore prę
ter naturam proficiſcitur. Ichoris
tandem cauſa eſt iecur, atque ge-
nus venoſum feruidum, ac valdè
lib. de Tum. preter naturam. incen-
Cauſa Adiuuãs.
ſum. Cauſæ agentes adiuuãtes ſunt
ætas, ſexus, conſuetudo, tempus
anni, regio, ocium, ſolita aliqua e-
uacuatio cohibita, atque complura
alia huius ordinis. Certum enim eſt
v.g. iuuentutem, tempus anni æſti-
uum, ſummum exercitium, ad v-
nius bilis generationem cõducere.
Cauſa Materialis.
Cauſæ materiales, quæ agentem
generant, ſunt tùm alimenta, in
hunc, vel illum humorem, vapo-
rem, & flatum apta traſmutari:
tùm ſucci aliqui in corpore exiſten-
Differentia cauſa agẽtis cõſideratæ, vt eſt præter naturam.
tes, ad flatus, vermium, ichoris, &
puris generationem idonei. Et hæc
de cauſa agente, vt agit. *Quod ad
eam pertinet*, quatenus conſidera-
tur, vt præter naturam eſt, & vt
lædit, iam multis modis, *Vide lib.
Art. Med. cap.* 99. 14. *Med.* 17. 2.
Meth. 13. & nominibus lædere po-
teſt nimirùm ſuſtantia, copia, qua-
litate, loco. Subſtantia lædit, quo-
niam putreſcit. Putredo. a. hæc du-
plex eſſe poteſt, ſimplex, & iuncta
Cauſa lædẽs copia.
qualitati veneficæ; ita vt cauſa a-
gens morbifica lædat, vel media
putredine ſola, vel, præter putredi-
nem, qualitate etiam venenata, &
nobis incognita. Copia eadem cau-
Cauſa lædens qualitate.
ſa lædit, quatenus vaſorum capaci-
tates excedit, vires aggrauat, &
quocunque modo naturæ eſt infen-
ſa. Qualitate manifeſta media no-
xam infert, tùm prima, vbi calidi-
tate, frigiditate, humiditate, ſic-
citate, tùm ſecunda, vbi craſſitie,
tenuitate; mollicie, & duricie, len-
tore, aſperitate, grauitate, & acu-
Cauſa lædens ſecũdum. Vbi rõne Quietis.
tie lædit. Lædit Poſtremò ſecũdum
vbi: ratione quietis, vel motus. Ra-
tione quietis cum lædit, lædit, qua-
tenus in aliquo loco præter naturã
moratur. Hoc verò duplicitèr acci-
dit, vel quia ſcilicet ibi detinetur,
aut quia ibi colligitur. Vndè duplex
aliud genus cauſæ emanat, deti-
Detinens cauſa.
nens inquam, & colligens. Detinẽs
eſt, non ſolùm pituita viſcida, & lẽ-
ta, quæ, ſuo lentore hærens, poteſt
in aliqua corporis noſtri parte cau-
ſam morbificam detinere: verùm
etiam in ipſa parte morbus in via,
nempe anguſtia, aut per denſatio-
nem, & obſtructionem pororum;
aut per obſtructionem, & conſti-
Colligens cauſa interna.
pationem meatunm. Cauſa colli-
gens interna, *Vide Gal.* 3. *de cauſ.
Sympt. c.* 2. & 6. eſt, & externa. In-
terna triplex eſt. Primo, Imbecilli- 1.
tas partis ſecundum expultricem,
quia videlicet, quod noxium, à ſe
non expellit. Secundò, vitium ali- 2.
cuius partis deſtinatæ ſanguinis ali-
mentalis expurgationi, vti ſunt re-
nes, veſica vrinaria, & fellia, lien,
venæ hæmorrhoidales, & vterus in
mulieribus. Nam vbi aliqua harum
partium non fungitur ſuo munere,
ac proinde ſanguinem nõ depurat,
neceſſe eſt, vt excrementa alias ſepa
rari ſolita, in aliquo loco pręterna- 3.
turam colligantur. Tertiò, Suppreſ-
ſio alicuius conſuetæ euacuationis,
quo potiſſimùm pertinet euacuatio
quę per vterum ſingulo quouis mẽ-
ſe in mulieribus, & quæ per venas
ani in aliquib⁹, aut etiã per alias par
Colligens cauſa externa.
tes, ſecũdum quædã interualla conſti-
tuta, contingit. Colligẽs externa eſt
ociũ, & vita ſedẽtaria, nimiuſq. ſom
Cauſa lædens ſecundum, Vbi rõne Motus.
nus. At ſi cauſa agens lędat rõne
motus, iã in motu hoc perpendere
oportet ea quę ad rõnem intrinſe-
cam illius ſpectant. Ea ſunt quinq;
In motu quinq; perpẽdenda.
Primũ eſt terminus à quò, qui cõiter
à medicis pars, ſeù mẽbrũ mandans
dicitur, poteſtq; eſſe tũ totũ, tũ pars.
Secundũ eſt terminus ad quem, qui 1.
locus affectus, & recipiens dicitur. 2.
Tertiũ eſt mobileq; nẽpè vapor, vel 3.

minera

minera. Quartũ eſt ſpaciũ per quod
4. mobile mouetur, qualia sũt vaſa ductuſq; ac viȩ in corpore, tũ cõſpicuȩ
5. tùm inconſpicuȩ. Quintum eſt mouens ipſum, quod nõ ſolũ rõne ſui, ſed rõne motus etiã variatur. Ratione ſui, quoniam poteſt eſſe principiale, poteſt eſſe adiuuans impellẽs, & huiuſmodi aliud. Ratione motus.

Mouentis varietates.

Cum.n. is fiat vel ꝑ trãſmiſſionem, ſeù expulſionem, vel per attractionem, poteſt eſſe rurſus duplex mouens, expellens, vel attrahẽs Mouẽs principale in motu trãſmiſſionis, eſt facultas 2. *Fac. Nat.* c. 13. expultrix partium robuſta. Quæ quoniam nõ mouet, niſi irritetur a copia, & qualitate materiȩ morbificæ, igitur copia, & qualitas illius hùc referenda ſunt. Mouẽs principale in attractione, ſunt calor, & dolor. Mouens coadiuuans in quocunq; motu, eſt tùm externum, tum internum. Internum eſt tenuitas materiȩ inexiſtens, vel ex propria natura, vel acquiſita ob admixtionem bilis, ſeri vel ichoris, quȩ ob tenuitatem vehiculi nomen ſunt ſortita. Externum eſt quicquid ſanguinem commouet, & acuit, ſiue ſit alimentum, ſiue medicamentum, quo pertinet aer calidus fundẽs, & liquãs, item, & frigidus, exprimens. Et hȩc de cauſa morbifica ex parte efficaciȩ agentis.

Cauſa patiẽs, ſeù Habilitas paſſi.

Reliqua eſt ex cauſa, quȩ ſe habet ex parte habilitatis paſſi. Hȩc habilitas, ob diſpoſitionem paſſi ad morbos, eſt vel natiua, vel adſcititia. Paſſi habilitas natiua contingit
1. primò occaſione diſpoſitionis, & iuris hȩreditarij, & à primo ſemine contracti. Secundò occaſione eximij ſenſus partis. Tertio ob tempe-

Natiua.

2. ramentum indiuiduale, & naturale,
3. habitum pariter naturalem, & ſexum. Quarto propter cõſtitutionem
6. corporis naturalem à mediocritate, & ſtatu bono lapſam. Paſſi habilitas adſcititia ſuſcipit occaſionẽ ab ȩtate, per mutationem habitus, & temperiei, à lapſu quolibet intra latitudinem ſanitatis, producto à cauſa, & interna, & externa. Sed hæc de ratione inueſtigandi cauſas in morbis particularibus ſufficiant.

Modus examinandi cauſas in febribus, præcipuè putridis, conſideratur. Cap. XIII.

FEBRES, potiſſimùm putridȩ, tanquam illȩ, quȩ, & frequentiùs occurrunt, negociumquè medico magis faceſſunt, & peculiarem, ac omninò diuerſam rationem ab alijs habent, methodum quandam peculiarem, in perquirendis cauſis obtinent. Febrium igitur harum duplex cauſa indaganda, proxima, & remota.

Febrium putridarum duplex cauſa indaganda.

Cauſa proxima eſt fuligo putrida, ſeù vapor putridus exuſtus, cordi impertitus, & infeſtus; qui aliquando in corde generatur, vt in febribus quibuſdam peſtilentibus, aliquando verò extra cor producitur, & cordi communicatur. Vterquè tamen ſemper cordi infeſtus eſt, ad quem reſpiciens Galenus 1. *De diff. febr. cap.* 5 dicebat, febrem putridam fieri ex vapore, veluti ex fumo, in corde.

Cauſa febris putridæ proxima.

Cauſa remota eſt interna, & externa. Interna duplex eſt, perficiens, & coadiuuans: De coadiuuante facilis res eſt. Eſt enim tùm ȩtas, tùm temperies 8. *Meth. cap.* 7. calida, & humida. Perficiens eſt minera vaporis. Hȩc verò conſiderari debet, & vt agens, & vt lȩdens. Minera, vt agens perpendenda eſt rurſus, & prout ſecundum ſpeciem determinata eſt, & prout à ſuis cauſis producta exiſtit. Secundum ſpeciem con-

Cauſa febris putridæ remota, interna.

conſiderata, poteſt eſſe ichoroſa, ſanguinea, *Vide Gal. 2 de differ febr.* bilioſa, pituitoſa, & melancholica, atquè harum quælibet, aut ſincera, aut permixta, ea tamen ratione, vt in permixtione febris à minera prædominãte denominetur, ſi non quantitate, ſaltem virtute. Cauſæ producentes pro varietate mineræ variæ ſunt, & ipſæ, qua de re capite ſuperiori. Minera, ſi vt lædens conſideretur, ſic duo in ea æſtimanda ſunt, læſio ſcilicet, & locus in quo lædit. Læſio duplex eſt. Nã lædit minera aut ante inuaſionem febris, aut in ipſamet inuaſione. Ante inuaſionem lædit in febribus, quæ generantur per motum materiæ à venis magnis ad medias, à medijs ad capillares, & vaſorum fines. Lędit verò tunc præcipuè *Vide Gal. 2. de cauſ. Sympt. c. 5. & lib. de rigore* copia, & qualitate, quibus facultatem vaſorũ expultricem irritando, eſt in cauſa, vt fiat trãſmiſſio. Vnde alia læſio nimirùm per motum adijcitur, meritò cuius portione aliqua mineræ à venis expulſa, & p̃ carnes delata, in febribus intermittentibus rigor, horror, & frigus inducitur. In inuaſione ſi lædat, id potiſſimum facit propria ſubſtantia, quatenus ſcilicet, vel putreſcit ſolùm vel pręter putredinem ob prauam illius naturam, & quia à natura non regitur, qualitatem venenatam, naturæ humanæ aduerſariam, ſibi adiungit. Locus Mineræ *Vide Reſp. noſtrar. Medic. reſponſionem primam*, & ipſe duplex eſt, alitèr, qui ad eã ſpectat, quatenus oĩbus alijs modis præter putredinem, lædit, puta copia, qualitate, motu; alter verò, qui ad eandẽ ſigillatim, vt putreſcentẽ, pertinet, qui cõmunitèr locus putredinis à medicis dicitur. Hic verò multiplex eſſe poteſt, Primò, cor, vel locus cordi vicinus, vt in febribus peſtilẽtibus. Secũdo, venæ, magnæ inter alas, & inguina, vt in febribus continuis continentibus. Tertiò venæ mediæ, vt in continuis proportionatis. Quartò, tũ venæ capillares habitus totiùs corporis, vt in febribus intermittentibus, quæ motu materiæ ab vno ad aliũ locum fiunt; tũ venæ hypochõdriorum, vt in febribus intermittẽtibus, quæ per detentionem abſq; materię motu eueniunt. Notãdum verò hic eſt, conſtituto loco putredinis per propria ſigna diſtinctiua, ex tractatu *Vid tract. noſt. de febrib.* febriũ petenda, medicũ conſultantẽ debere circà cauſam putredinis breuitèr diſcurrere. Hęc verò nulla alia eſt, niſi vel aer inſpiratus corruptus, vt in febribus peſtilentibus *2. de nat. hum. 3. in Proœ. Epid. 1. de diff. febr. 4.* veris: vel prohibitus tranſpiratus, *11. Meth 4. 1. de diff. feb 3.* vt in alijs febrib⁹ putridis, ſiue peſtilentibus, ſiue non. Prohibiti verò tranſpiratus cauſa, eſt anguſtia vaſorum per obſtructionem, *Gal. 9. Meth. 1. 3. de tuend. ſan. c. 10.* aut etiã per compreſſionẽ. Obſtructio fit, vel à multitudine ſanguinis, vel craſſitie, & lentore humorũ. Compreſſio à multitudine carnis gignitur, ſicut in febribus ſanguineis accidere ſolet, quæ in corporibus carnoſis potiſſimũ excitatur. *Reſtat cauſa* remora externa Ad hanc pertinent illa omnia, quæcunq; extrinſecùs occurrunt apta nata mineram producere, atq; illam vitioſam reddere. Atquè hæ ſunt cauſæ omnes febrium putridarum, circà quas medico, in tractandis febribus, digrediendum eſt, ſingulas proprijs notis diſtinguendo, & conſtituendo. His enim ratio huius methodi abſoluitur. De ſignis verò nihil hic dicitur, quòd partim ex ijs patent, quæ ſupra dicta ſunt, partim ex tractatu de febribus proprio petenda ſunt.

Minera quomodo lædat ante inuaſionem.

Minera quomodo lædat ãte inuaſionẽ.

Locus minera putrida.

Cauſa putredinis.

Cauſa febris putridæ remota externa.

Ratio cauſas inueſtigandi in febribus Hecticis, penes conſultandi methodum ſecūdò loco traditam proponitur. Cap. XIIII.

SAEPIVS accidit, vt in conſultationib⁹ Medico circa febrem Hecticam diſcurrendum ſit. Hinc ratio cauſas illius indagandi hic animaduertit debet. Vt igitur cauſæ hæ inueniri poſſint, illud imprimis conſtituendum eſt, hecticam febrem morbum 1. *de diff. febr. cap.* 1. *&* 9. calidum, non tantum totius corporis, ſed et ā ipſius cordis ſecūdum ſolidam ſubſtantiā eſſe; eamq; ſi virtus cordis nondum patiatur, & ſubſtantia illius nondum ſit imminuta, ſed ſolùm calefacta, eſſe, & dici Hecticam in habitudine, & in fieri, ſeu in principio: ſi verò contrà, eſſe, & vocari hecticam in habitu, ac veluti factam, & ideò iure illā facilis, hanc verò difficilis, & aliquando impoſſibilis aſſe curationis.

Hectica qualis morbus.

Hectica alia in habitudine, alia in habitu.

Cæterum quicquid huius ſit, cauſæ huius febris ſic proponi poterunt, quod alia earum ſit immediata, alia mediata. *Immediata*, ac principalis, ſunt ſolida *Gal. ibid.* cordis primùm calefacta, ſicuti *tract. noſtro de febribus*, alibi demonſtrauimus *Cauſæ verò* mediatæ ſunt, quæcunque calefactionem illam inducunt, & ob id calida & ſicca omnia. Ex his verò alia ità ſunt propria ipſius cordis, vt in eo fiant, & ſint 1. *de diff. feb.* 8. 10. *Meth.* 5. 3 *de præſ. ex pulſibus, cap.* 4 ſicut eſt ira, à qua febrem hecticam fieri, per primum cordis affectum conuenit inter omnes medicos, alia verò non ſunt in corde, & horum quædam ſunt cauſæ corporeæ, id eſt, in corpore exiſtentes; quædam verò Procatarcticæ. Corporeæ ſunt morbi, vel totius corporis, vel alicuius partis determinatæ. Totius quidem vti febris ephemera hecticam producens; febris putrida tùm diuturna, tùm ardens: partis determinatæ, vt pulmonis, & thoracis, quo modo empyema, & pulmonis vlcus 10. *Meth.* 8. Phtiſis vocatum, Hecticam producit. Quod idem facit inflammatio ventriculi, coli inteſtini, renum, & huiuſmodi aliarum partium diuturna, Ad quæ vitia partis determinatę referri poſſunt alui fluxus magni, pręcipuè vbi febrem annexam habent; adeoquè omnis excretio alimenti immodica. Cauſę verò Procatarcticę sūt tū alimenta tū medicamenta calida, & ſicca, potiſſimū verò medicamenta euacuantia. Et hac ratione breuitèr licebit cauſas febris hecticę perquirere.

Cauſa Hecticæ immediata.

Cauſa mediata.

Methodus inueniendarum cauſarum in Symptomatibus, à medico corrigēdis, penes ſecundā rationem conſultandi, exercetur. Cap. XV.

SYMPTOMATA aliquando, 11. *Meth cap.* 1. vbi ſe rationem cauſæ induunt, quia morbum augent, & vires poſternut; vſq; adeò vrgent, vt medicum neglecto morbo, à quo dependent, illis totum eſſe intērum opporteat. Quò, & neceſſarium eſt, hoc in loco demonſtrare, qua ratione in Symptomatibus ipſis tractandis perquirendę ſint cauſæ. Dicendum igitur, Symptomata, in quæ medicus incidit, neceſſario eſſe, vel primaria *de Sympt. diff. cap.* 2. *de Sympt. cauſ. cap.* 1. *&* 11. *Meth. cap.* 1 vel ſecundaria. Primaria ſunt actiones læſæ quæcunquè fuerint. Secundaria verò ſunt duo, excretum mutatum, & corporis affectus, ſeu qualitas mutata. Si igitur cauſas horum Symptomatum perquirere voluerimus, certum eſt, Symptomata ſecundaria, nullam aliam habere cauſam, niſi actiones 1. *de rum. diff.*

Symptomata alia primaria, alia ſecundaria.

Cauſa Symptomatū ſecundariorum.

Cauſa primariorum idest actionis læſe.

diff. ſymp. cap. 2. læſas. Pendent enim ab his, vti effectus à proprijs agentibus. Quod verò ad actiones læſas attinet, harum cauſas Galenus 3. *de Symptom. cauſis. cap.* 1. ad duo ſumma capita reuocat. Neceſſario enim ſi læduntur, lęduntur, vel ob læſam facultatẽ, ſeù quod idem eſt ob organi facultati inſeruientis morbum, vel ob errorem externũ, hoc eſt ob cauſam morbificam, improportionatumq; obiectum facultati oblatum. Quo tamen loci illud notãdum eſt, cum dicitur læſionem Organi, eſſe læſionem facultatis, id nequaquam intelligendum eſſe de facultate in ſe, & per ſe. Hæc enim, quippe indiuiſibilis, nec alterationi, nec læſioni obnoxia eſt. Dicitur igitur læſo Organo lædi facultas, per accidens tantùm, quatenùs ſc. ratione operationis, ea ad organum contrahitur, & vt ſic, ab eo dependet, ſiue verè, ſiue obiectiuè tantùm, vt facultas intellectrix.

Quò intelligendum ad læſionẽ Organi lædi facultatem.

Quot modis lædatur Organum, & facultas.

Porrò læditur Organum ob morbum in intemperiè, mala compoſitione, & ſoluta vnitate. Inter quos tamen morbos, hæc differentia eſt ſecundũ Galenum, *Loc. citato*, quod morbus in intemperiè dicitur lędere facultatem in propria eſſentia, quoniam facultatis operantis eſſentia cõſiſtit in temperie partium, quæ facultati tanquam organa inſeruiunt (quò fit, vt quamdiù temperies hæc partium corporis organici ſeruetur, tamdiù incolumis, & illæſa ſeruetur etiam eſſentia facultatis operantis; euariante autem tẽperie a ſtatu naturali, neceſſarium ſit facultatem ipſam, vt operantem, in propria eſſentia lædi, & à ſcopo aberrare, vt facultas labefactari à Gal. dicatur. reliqua. à duo alia morborum genera, in compoſitione inquam, & ſoluta vnitate, dicuntur morbi inſtrumenti, quorum meritò facultas non propria eſſentia, ſed ob vitium organi læditur, & impediri dicitur. Quomodo autem, & qua ratione facultas ab his morbis vitietur, euadet per exempla manifeſtius.

Laboret enim aliquis verbi gratia febri ardẽti, meritò cuius Oeſophagus intemperiem ſiccam acquirat, & hic ipſe incidat in læſam deglutitionem, certum hic eſt, id accidere, quia facultas deglutiens in Oeſophago ob intemperiem ſiccam acquiſitam læditur. Pariter fit, ſi in Oeſophago adnaſcatur tumor meritò cuius deglutitio impediatur. Tunc enim eadem facultas deglutiens læditur à morbo in mala compoſitione, nempè à tumore, & idem accidit ſi continuitas partium eiuſdem Oeſophagi ſoluatur. Tunc. n. partes illæ inæquales redduntur, proindeq; deglutitio morboſa euadit, læſa facultate deglutiẽte, a morbo in ſoluta vnitate.

Erroris externi diuerſæ appellationes.

Quantum verò eſt ex parte obiecti improportionati, id aliàs cauſa morbifica, aliàs error externus dicitur. Dicitur cauſa morbifica, quia eſt affectus præter naturam. Dicitur error externus, quia eſt extra cõſtitutionem organi, ſiue quia actionem lædit ſine morbo organi, organoq; adhuc extra latitudinem ſanitatis minimè producto. Hoc obiectum, & hic error externus duplex eſt, altèr ſi quidem in corpore conſiſtit: altèr verò extrà corpus poſitus eſt. *Qui in corpore conſiſtit*, vel morbus eſt partium vicinarum, vel non morbus, ſed cauſa morbifica, vti eſt lãguor facultatis rectricis totius corporis à morbo acuto, vel diuturno, inductus. Exemplum primi eſſe poteſt paralyſis muſculorum, qui Oeſophago sũt vicini. Propter enim illam vitiatur actio deglutiendi, cùm tamen in Oeſophago nullũ

Error extern⁹ quotuplex.

ſit

ſit vitium, ſed hoc ipſum. Paralyſis ſcilicet, obſeruetur in partibus vicinis nempè muſculis dictis. Exemplum ſecundi erit, ſi lædatur degluutio in aliquo, qui vel morbo acuto, vel longo correptus fuerit. Vitium enim hoc procul dubio non à morbo, ſed ab imbecillitate facultatis rectricis dependet. Et ratio eſt, quoniam ſub hiſce morbis, calor natiuus, inſtrumentum facultatis rectricis, ità violatur, diſſipaturq; vt omnem ferè actionem reddi vitioſam neceſſe ſit. *Error externus, qui extra* corpus, poſitus eſt, eſt quodcunque corpori humano neceſſario, vel non neceſſario occurrit, de quo ſatis in præcedentibus. Ex his verò, ni fallor, quæ in hoc, atquè etiam alijs capitibus tribus præcedẽtibus tradita ſunt, abſolutiſſima haberi poterit inueniendarum cauſarum, in quibuslibet affectibus præternaturam tractandis, methodus. Reliquum modo eſſet, vt de ſignis, & notis, quibus cauſæ hæ dignoſcuntur ageretur. Verùm quoniam hęc eadem penè methodo inueniri poſſunt, qua & ſigna, ad ideã morbi attinentia, inueniri ſuprà dictum eſt, propterea ad locum illum Lectorem remittimus.

Signa pro dignotione cauſarum.

Methodus eliciẽdi indicationes curatiuas in ſecũda methodo conſultandi explicatur, & primùm agitur de indicationibus petitis à morbo.

Cap. XVI.

TERTIVM caput, quod in conſultationibus examinandum diximus, pertinet ad indicationes, & ſcopos curatiuos. Hi autem capiuntur à morbo, cauſa morbi, & virtute, vti Galenus, 10. *Method.* c. 2. in exemplo febrium putridarum, tradebat. *Morbus igitur, vt ab ipſo exordiar*, in genere, indicat remedium auferens, *Lib. ad Thraſyb. c.* 48. per contrarium, quod propriè curatorium dicitur, quoniam morbi propriè *Metho* 2. eſt curatio: in ſpecie autem, prout variæ eius ſpecies ſunt, varia indicat. Quocirca *morbus* in intemperie, ſi nuda, ac ſine materia fuerit, *Vid. lib. de conſt. art.* 12. *Art. Med. a c.* 88 & 89. &c. indicabit tantùm alterans per contrarium: at ſi fuerit iuncta cum materia, indicabit alterans ſimul, cùm remouente materiam. *Morbus in mala* compoſitione, quicunque fuerit, ſiue in formatione, ſiue in magnitudine, aut numero, vel ſitu vitiato, indicat ſemper pręſidium, per contrarium auferens diſpoſitionem præternaturam permanẽtem. Vnde *formatio* vitiata, indicat formationem naturalem reſtituens: & quoniã ad eam figura, ſuperficies, cauitas, & meatus pertinent, *figura vitiata* pręſidium quod in figuram naturalem membrum traducat: *ſuperficies* autem; ſi ſit aſpera pręternaturam, læuigans, ſi læuis, exaſperans: *at morbus in cauitate*, ſeù, quod idem eſt, in via, ſi erit apertio, anguſtans, ſi anguſtans, in genere quidem dilatans, ſeù aperiens poſtulat; in ſpecie autem quia anguſtia multiplex eſt, *Vid. lib. de cauſſ. & diff. morb. cap.* 7. propterea multiplicia etiam pręſidia requirit. Si enim anguſtia primo loco ſit obſtructio, ea, ſi fiat à multitudine humorum, indicat euacuans; ſi verò à craſſitie, & lentore, attenuans, & detergens. Si ſecundo loco ſit conſtipatio, & hęc fiat à grumo ſanguinis, & pure craſſo pręſidium detergens, & attenuans; ſi à tuberculo, & tumore calido, vel frigido, remedium materiam huius, atque illius euacuans, vt infra etiam *lib.* 2. *ſect.* 2. *c.* 26. videbimus, demonſtrat

Indicationes curatiuæ undè capiãtur.

Indicatio à morbo in genere.

Indicatio à morbis in ſpecie.

Ab intemperie.

In mala conformatione.

A vitiata figura.

A ſuperficie vitiata.

A morbo in via, ſeù cauitate.

Si

Si à vermibus remediũ eos enecãs, ac educens; ſi à lapide conterens lapidem indicat. Si tertiò anguſtia ſit compreſſio, quæ oriri ſolet à partium vicinarum tumore euacuans efflagitat. Si quartò anguſtia ſit coaleſcentia, quoniam hæc ortum ducit à cicatrice, inducta poſt vlcus ſanatum in aliqua corporis parte, primùm emolliens, deinde detergens inſinuat. Si poſtremò ſubſidentia ſit, quæ à frigidate, & ſiccitate, item, & à qualitate venenata produci cõſueuit, calefaciens, humectans, & alexipharmacum deſiderat.

A morbo in meatu.

Morbus in meatu cum ſit vel denſitas, vel raritas, illa, ſi fiat à frigida qualitate pura, celefaciens, ſi à frigida iuncta cum materia, calefaciens ſimul, & diſcutiens requirit: hæc, quia à calido ortum ducit, refrigerãs poſtulat.

A vitiata magnitudine.

Morbus in magnitudine aucta *lib. art. med 97.* prædium minuens expetit, in diminuta addens. Sed horum neutrum vtile cenſetur, quoniam non habet materiam medicã, quæ poſſit ei occurrere, ſed materia medica, quæ vſurpatur, ad cauſam magnitudinis auctæ, & diminutæ refertur. Nam in magnitudine aucta, quæ eſt tumor præternaturam, quia cauſa peccat copia, (vt potè quæ replet, & auget plùs iuſto quãtitatem continuam partis) idcircò indicat euacuans, in magnitudiue verò diminuta, quia eadem peccat defectu ideò indicat addens. Quod dictum eſt de morbo in magnitudine, idem dicendum eſt de *morbo in numero.*

A morbo in numero.

Nam, & hic, quà auctus eſt, vel diminutus, indicat auferens, vel addens.

A morbo in ſitu.

Morbus in ſitu mutato à ſtatu naturali, remedium, quod reſtituat illud, quod eſt extrà propriã ſedem in proprium, & naturalem locum, demonſtrat; morbus verò in ſitu ex parte conſenſus, & vicinitatis partium habet proprias illorum morborum indicationes

A ſoluta vnitate.

morbus in ſoluta vnitate Lib. Art. ratione diuiſionis partis requirit vniens, ſeù agglutinans, ratione verò magnitudinis imminutæ, & ſubſtantiæ deperditæ, modo Sarcoticum, ſeù carnem generans, ſi caro ſit deperdita; modo cicatrizans, ſi cutis deficiat, vel agglutinas ſi ſoluta Vnitas ſit interna. Verùm, quoniam hæc omnia opera sũt naturæ, medicus in id ſolum incumbere debet, vt impedimenta 4 *Meth. cap. 3.* remoueat. Impedimenta verò ſunt, vel communia, vel propria. Communia sũt materia fluens, dolor, intemperies, & caro ſuperflua. Ex quibus materia fluens indicat remedium retrahens, quod triplex vſt, repellens, intercipiens, & attrahens, quod, ſi attrahat ad partes vicinas, dicitur deriuans, ſi ad remotas reuellens: dolor anodynũ; intemperies alterans per contrarium; caro excreſcens, exiccans, erodens, & omni modo abſumens, poſtulat. Impedimenta propria ſunt duo, excrementa, 3. *Meth. cap. 3.* quæ in ſoluta vnitate, vlcere vocata, naſcuntur, craſſum inquam, & tenue, craſſum eſt pus, ac ſanies, tenue ichor. Ratione illius detergens, ratione huius exiccans indicatur.

Obiectio.

Dicet tamen aliquis, nonne ſunt alia impedimenta propria ſolutæ vnitatis, nempe materia fluxa, & caro contuſa;

Solutio.

Reſpondetur, vtique duo hęc in ſoluta vnitate ſępiùs occurrere, ſed quoniam non remouentur, niſi per remedium ſuppuratoriũ, ſeù pus mouens, qnod potiùs eſt remedium vitale iudicatum a calore naturali, ideoq; ſimile, calidum inquam, & vaporoſum; ob hanc cauſam illorum duorum, hic vbi de indicationibus, & ſcopis curatorijs, non autem vitalibus agimus, nulla facta eſt mentio. Ex his verò omnibus, ni falſor

lor, liquet, quinam ſint ſcopi, & quænam præſidia, quæ à morbo deſumuntur, & curatoria dicuntur: ad ea progredior, quæ capiuntur à cauſis.

Agitur de indicationibus petitis à cauſa.

Cap. XVII.

QVAE à cauſa capiuntur præſidia, non ampliùs curatoria, ſed preſeruatoria dicuntur. 4. *Meth.* 1. 12. *Meth.* 1. Quanquam verò cauſa morbifica, pro varietate ſui effectus varia eſt, & vario modo inquiritur, vt ſuprà dictum eſt; in hac tamen omni cauſarum varietate, vna ferè, & eadem methopus, ac ratio inueniendi præſidia exiſtit. (Dico ferè, quia ſi qua differentia occurret, ea adnotabitur:) *Vide c.* 99. *Art Med.* Exorſ° igitur *ab efficacia* agentis, ſeù à cauſa effectrice, ſi hæc conſideretur *primò ſecundum ſpeciem* quatenus interna, vel externa eſt, ab externa 4. *Meth. c.* 3. nulla ſumitur indicatio, quia vel non permanet, vel in corpore ſaltem non exiſti præſens, qua de refuſiùs in methodo noſtra medendi. Cauſa interna ſi fuerit continẽs, membrum nimirum malè affectum, indicabit remedium 14. *Meth c.* 13. auferens per contrarium malam membri ilius diſpoſitionem. At ſi eadem cauſa interna ſit contentum, primũ q; vapor, & flatus, remediũ 13. *Meth. c.* 16. per inſenſibiles meatus euacuans, quod diſcutiẽs dicitur, præmonſtrat. Quod ſi ſecundò minera erit, ea, vbi fuerit animata, vt vermis, vt caro ſuperflua, vermis enecans uermem, & enecatum educẽs, caro ſuperflua eam auferens poſtulat ſin innanimata, humor *lib. Art. Meth c.* 99 quidem ſanguineus indicat euacuans ſanguinem, bilis euacuãs bilem, cholagogum vocatum, pituita euacuans pituitã, phlegmagogum dictũ; melancholia euacuãs melancholiam, melanagogum nuncupatum, ſuccus aquoſus, & ichor euacuans aquam, quod triplex eſt hydragogum, quod per aluum; hydroticum, quod per cutim, & ſudorem; diureticum, quod per vrinas expurgat. ſemen, & menſtruum retenta illud euacuans, diſcutiens, & exiccans, hoc, menſes euocans, pus tandem, pus euacuãs. Quod ſi cauſa hæc effectrix ſecundo loco conſideretur *quatenus eſt in actu per ſuas* cauſas generantes, tùm agentes, tum materiales, vt ſic, inter agentes præcipua eſt intemperies viſcerum; inter materiales verò, tametſi variæ illæ ſint, ſucci tamen, & humores in corpore ſoli hùc faciunt. Ambo verò hæc quid indicent, patet è *cap. ſuper, & hoc ipſo cap. ſuper.*

Indicatio nes à cauſa vt eſt determinata ſecũdum ſpeciem.

Indicationes à cauſa vt eſt in actu p ſuas cauſas generantes.

Si tandẽ perpendatur eadem *cauſa penes læſionem*, vt variæ lædit, ita varia etiam indicat. Vt igitur lædit *ſubſtantia*, ratione putredinis eradicans, 11. *Meth.* 17. & 11. *Meth paſſim*, ratione qualitatis venenatæ alexipharmacum: & quoniam medicus reſpicere debet, non ſolùm ad putredinem factam; ſed ad eam etiã quæ fit, hæc, autẽ pendet, primùm a calore extraneo ſecundo ab humiditate ſubſtantiæ putreſcentis, rõne caloris refrigerans, rõne humiditatis exiccans: & rurſus, quoniam calor extraneus fouetur ab obſtructione, & adſtrictione, rõne humorũ 11. *Meth.* ea, de quib. ſuprà in indicationib. à morbo, indicat. Vt lædit *copia, & quantitate*, meritò huius præſidium *lib. Art. Med* 94. minuens, tũ ſenſibilitèr, tùm inſenſibilitèr expoſtulat, ſenſibilitèr quidẽ, quod materiã morbificã per meatus conſpicuos, & patentes educit, & equidẽ materiã non impactã, ſed fluxilẽ, inſenſibilitèr verò, q non tantũ mate-

Indicationes à cauſa vt lædit.

Putredo fines vnde depẽdeat.

G riam

riam impactam, ſed etiam fluxilem reſpicit, & quatenus ad impactã refertur, reſoluens, & exiccans, quatenùs ad fluxilem repellens dicitur,

Reſoluens medicamentum, quod & quomodo a ſiccante differat.

Eſt autem reſoluens ſiue 2. *Method.* 6.3. *Local cap.* 3. diſcutiens propriè illud, quod calidum, ac ſiccum eſt in tertio gradu, ac tenuium partiũ exiſtit, & differt a ſiccante, quoniam hoc materiam morbificam partim ebibit, & partim ad loca vicina pellit, ità vt materiam morbificam foras non educat: illud verò, id eſt diſcutiones, attenuando materiam eã, in vapores digerit, ac foràs educit: repellens 5. *Simpl.* 17. verò eſt frigidum, & ſiccum, & craſſarum partium. Vt lædit *qualitate*, ſic 11. *Meth.*

Repellens quale.

15. alterans per contrarium requirit. Vt lædit *quietè* remedium minuens in genere inſinuat. Hoc vero, cum non ſit vtile, niſi per motum agat, ideo hoc minuens quatenus 13. *Meth.* 9. & 16. 12. *Meth.* 8 mouens eſt, indicatur a quiete. Porrò mobile, quod ab illo mouẽte moueri debet, eſt materia vel fluxilis in venis exiſtens, vel impacta, & extra venas. Si materia fuerit fluxilis, mouetur a mouente, quod agit, aut ſenſibilitèr, per modum expulſionis, vt quando fit euacuatio per partes vicinas magis, vel minùs: aut inſenſibilitèr, per modum impulſionis, atquè attractionis, & ſi per modum impulſionis, iã euadit reprimens; ſi per modum attractionis, vel calorificum eſt, vel dolorificum, (his enim duobus medijs potiſſimùm fit attractio.) Si materia fuerit impacta, neceſſario mouetur a mouente expellente inſenſibilitèr, quod eſt reſoluens, ac ſiccans,

Retrahens duplex.

Vt denique *lædit motu*, indicat in genere remedium 2. *in* 6. *Epid* 7. & 8. 5. *Meth. cap.* 5 retrahens hoc, agit vel cum motu, vel ſine motu. Quod cum motu agit, vel motu impulſionis 5. *Meth. cap.* 3. agit, & eſt repellens: vel motu attractionis, & vocatur, ſi attractio fiat ad partes vicinas, deriuans, ſi ad remotas, reuellens, vt ex his pateat repellens, & deriuans, non tantum materiæ fluxæ, ſed ètiam fluenti, in confinio tamen motus deberi.

Repellens et deriuãs non debẽtur ſoli materiæ fluxæ.

Quod ſine motu agit, dicitur intercipiens; quod ſua frigiditate, ac partium craſſitie operatur, non tantum ſpatium motus anguſtando, ſed etiam mobile ad motum ineptum reddendo. Et hæc de præſidijs, quæ ad cauſam attinent.

Quæſtio.

Verum hic non iniuria quæret aliquis, hunc in modum. In ſerie rerum præternaturam non tantùm morbus, & cauſa, ſed etiam Symptoma continetur. Cum igitur demonſtratũ ſit, quid morbus, & cauſa indicent, quid de Symptomate eſt aſſerendum?

Solutio.

Huic ita reſpondebitur, Symptoma reduci ad cauſam, quoniam nunquam aliquid indicat in methodo medendi, ſecundum Galenum 12. *Method cap.* 1. niſi ex accidenti, vbi nimirùm rationem cauſæ ſuſcipit. Id quod illi accidit, quando morbum auget, & vires proſternit.

Indicationes Symptomatis.

Tunc verò indicat ſui ablationem per remedium auferens, quod ab omnibus medicis communitèr corrigens dicitur. Tale vero cum contrarium 11. *Meth. cap.* 12 ſit ipſi Symptomati, facilè conſtat, quaſnã ſingula Symptomata, vt ſic conſiderata, indicationes ſuppeditent. Si enim Symptoma fuerit actionis læſæ, vt ſi vel facultas rectrix obtorpeſcat, vel ſenſitiua deprauatè operetur, vt in dolore; iam ratione illius indicatur excitatorium guſtui, olfactui, & tractui ingratum, ac moleſtum quod in ſpecie, reſpectu tactus dolorificum dicitur: ratione vero huius anodynum, *De quo* 5. *Simpl. c.* 9. & 12. *Meth c.* 8 ſeu mitigãs. Eodem modo in Syncope quæ Symptoma eſt facultatis vitalis, reparans, & recreans

creãs ſpiritus 12. *Method. c.* 3. & 4. 5. & 6. & 7. in motibus verò deprauatis, vti in ſingultu ſiſtens motum, & ob id aliquando ſtupefaciens locũ habet. Si verò Symptoma fuerit excreti mutati, quia ſcilicet præternaturam in corpore aliquid, vel retinetur, vel excernitur, vt in immodicis euacuationibus, illud educens, hoc verò adſtringens indicat. Quod ſi tandem occurrat Symptoma qualitatis mutatæ, quod ſui correctionẽ poſtulet, quemadmodum in vteri præfocatione occurrit totius refrigeratio, tunc alterans per contrarium calefaciens ſcilicet requiritur.

Indicationes à virtute deſumptæ proponuntur. Cap. XVIII.

A virtute generica indicatio vitæ cuſtodia.

A Virtute præſidia vitalia capiuntur, ità dicta, quoniam ad vitæ cuſtodiam dirigũtur. 9. *Meth cap.* 13. Vnde, & ipſa virtus indicans vitale appellatur, 3. *Meth. cap.* 13. Porrò cuſtodiæ, ſeù vitæ conſeruatio fit per ſimilia, 11. *Method.* 13. & 3. ad differentiam ſublationis morbi, & cauſæ, quæ fit per contraria.

Vita, et vitam cuſtodire quid.

Verùm quoniam vitæ cuſtodia eſt præſidiũ nimis genericum; idcircò, vt ipſum ſigillatim magis explicetur, inde exordiri oportet, quod vita non ſit, quantum ad præſens attinet, niſi actio facultatis rectricis totius corporis, ità vt cuſtodire vitam, nihil aliud ſit niſi cuſtodire actionem facultatis illius. 9. *Method.* 10.

Facultas non agit, niſi ad partem contracta.

Cæterùm, quoniam huiuſmodi facultas non agit, niſi ad partem aliquam, tanquam Organum, contrahatur, videre oportet, & merito cuius contrahatur, & quibus ad organi naturam requiſitis iam contracta operetur. Ab his ſiquidem omnibus, tanquam vitalibus indicantibus, præſidia vitalia deſumi debent.

Facultas quomodo ad Organum contrahatur.

Sciendum igitur, quod ad primum attinet, facultatem quamlibet ad proprium Organum contrahi mediante proportione. *L. de plen* 6. *de plac* 8. ſeù proprietate eiuſdem Organi ad facultatem. Ratio huius eſt. Quia ſicuti quodlibet non agit in quodlibet, ſed determinatum in determinatum: ità & quodlibet agens, non agit quolibet inſtrumento, ſed determinatum determinato. Talis autem determinatio, ex proportione organi ad agens reſultat. Hinc facultas chylificatrix potiùs vtitur ventriculo, quàm alio Organo, quoniam talis eſt proportio, & proprietas ventriculi ad facultatem illam, vt ventriculus non poſſit inſeruire alteri facultati, nec facultas vti altero organo.

Facultas contracta quib. medijs operetur.

Quantum ad ſecundum, ideſt, ad ea, quæ facultate contracta in Organo requiruntur, quibus medijs tanquam inſtrumẽtis operetur, hęc ferè omnia in vnicam Organi conſtitutionem referuntur. Sunt autem hæc omnia, quibus facultatis eſſentiam contineri aliquando ſcripſit Galenus 11. *Method c.* 1. & 3. nimirùm ſubſtantia carnoſa, ſpermatica, & ſpiritus atque calor innatus. Quę tria, vt facultati inſeruire poſſint, neceſſariò debitam ſubſtantiam, quantitatem, & qualitatem habere debent: Calor verò etiam præter hæc, debitum motum, intrò, & foras, ſurſum, & deorſum, antè, & retrò, vt ſit in ſubſidium facultati, poſtulat.

Indicationes à virtute ſpecifica.

His verò in hunc modum ſeſe habentibus, patet indicantia vitalia, eſſe non ſolùm partis proportionem, ſeù proprietatem, ſed & debitam ſubſtantiam, quantitatem, & qualitatẽ, partium carnoſarum, ſpermaticarũ, ſpirituum, & caloris innati, & præterea motum eiuſdem caloris. Quid verò vnum quodque horum indicet pro ſui conſeruatione, per ſingula diſcurrentibus manifeſtum fiet.

A propor-tione. Quantum igitur ad *proportionem* attinet, cum hæc ſit recondita, & incognita, indicat remedium ſimili proportione donatum, quod experientia ipſa eſt notum, & communitèr appropriatū, *Vide de his 5 ſimpl. cap.* 24 vocatur, & varia habet nomina pro varietate partium: quib appropriatum eſt. Ratione ſi quidem capitis Cephalicum, reſpectu cordis. Cardiacum reſpectu pulmonis Pulmonarium, reſpectu ſtomachi Stomaticum dicitur, & ſic de alijs. Iam *ſubſtantia* eorum, quæ ad conſtitutionem Organi referuntur, indicat præſidium 11. *Meth cap.* 3. 1. *de rat. vict* 44. ſubſtantificum, quod; ſpecialius conſideratum alimentum vocatur, & modò tenuius, modò craſſius, modò mediocris ſubſtantiæ eſt, prout ſcilicet quod tenuius ad calorem & ſpiritus, quod craſſius ad partes ſpermaticas, quod verò mediocre, ad partes carnoſas refertur. *Quantitas* eorundem indicat præſidium 11. *Meth. cap.* 1. maioris, & minoris nutrimenti, prout partes carnoſæ & ſpermaticæ ſunt maioris, vel minoris quantitatis, & prout etiā ſubſtantia caloris eſt maior, vel minor. Eſt verò hic ſermo de quantitate continua, non autem diſcreta, debetque remedium ſubſtantificum in ea quantitate indicari, quæ poſſit ſubſtantiam iam dictorum conſeruare. *Qualitas* indicat remedium ſimile, ſecundum qualitatem 11. *Meth cap* 3 5 *&* 12. 9 *Meth* 13 non ſolum alimentoſam, ſedetiam medicinalem, vt facilè hinc pateat materias, quæ ſatisfaciunt indicationibus vitalibus, non tantùm ex fonte Diętetico, ſed etiam Pharmaceutico deſumi, ideo temperies partis, ſicuti, & qualitās calidi innati indicant qualitatem medicinalem, vt e.g tēperies calida indicat remedium calidum, ita qualitas calidi innati requirit remedium calidū moderatè, ſed, & vaporoſum, quod in ſuppurationibus maximè conuenit. Poſtremò *motus* ipſius caloris indicat ſui conſeruans. Talè autem eſt vniens, ſeù concentrans, & roborans, ſeù adſtringens 11 *Meth cap.* 15. *&* 13. *cap.* 15. Vnde notandum roborantia non in partem affectam, ſed vnicum motum caloris natiui referri. Atq; ſic indicationes omnes, & omnia indicantia, vt ego arbitror, plenè explicata ſunt:

Ab eorum quib virtus continetur ſubſtantia.

Ab eorundem quātitate.

A qualitate.

Materia vitales non ſola Dietetica

A motu caloris innati.

Verùm quoniam in conſultationibus, quantùm fieri poteſt, breuitatem affectare, & profiteri oportet: idcircò excogitaui modum, quo indicationes, ſaltem vitales, breuiùs poſſint proponi. Puto igitur indicationes vitales à duob tantum capi poſſe, nempè à proportione, & calore innato partis laborantis. A proportione quidem, tanquā à medio; quo facultas animæ ad partem aliquam corporis, velut ad proprium Organum, contrahitur, a calido verò innatò, tanquam ab inſtrumento, quo mediante facultas contracta operatur. Licebit tamen aliquando vna cum calore temperiei ipſius partis, tanquam Organi immediati facultatis ipſius animæ mentionem facere. Nam Organum, quod inſeruit facultati operanti primum; eſt partis temperies: deindè calor innatus, qui, tanquam viuificans temperiem, eſt neceſſariùs. Quid verò indicent partis proportio, & calor innatus dictum eſt ſuperius; quid autem poſtulet temperies, non eſt difficile intellectu & ex dictis patet. Nam temperies eſt indicās vitale. Omne.a talè indicat ſui conſeruationē per ſimilia. Quare & tēperies indicabit, ſimile 8. *Meth. vlt.* Verùm illud hoc in loco non eſt prætermittēdū, proportionē partis indicare, vt dictum eſt, vel potiùs re-

Alia, & breuior rō proponēdi indicationes vitales.

quirere

Remediũ appropriatum non ſolum conſeruat partis proportione, ſed etiam morbum à pooprietate debellas.

quirere remedium appropriatum; hoc verò non ſolum proportionem illam conſeruare, verùm etiam, & qualitate quadam ſecreta, & arcana, morbum debellare, & expugnare; qua ratione dicimus dentem apri conſeruare pleuram, atque ſimul etiam morbum Pleuriticum profligare. Quo fit, vt exiſtimem ego, quæcunquè agunt contrà morbum a proprietate occulta, hæc etiam proportionem partis conſeruare; non tamen, quæ cunquè conſeruant proportionem, hæc etiam contrà morbum a proprietate agere. Sed hæc tandem de indicationibus ſatis ſunto.

Quomodo in conſultatinnibus medicis, penes ſecundam methodum à nobis excogitatam, quarto loco ſit prognoſticãdum. Cap. XIX.

Duo medico conſultanti prædicenda. Euentus, & eius Tempus.

Quæ circà euentum præſagienda medico.

QVARTVM caput in altera methodo conſultandi examinandum, erat de prognoſtico. Circà hoc .a. medicus conſultans duo præcognoſcere, & prædicere tenetur *De conſt. art. cap. 18. quarto, de praſag. pulſ. cap. 11.* euentum morbi, & euentus tempus. Quantum ad euentum attinet, hæc medico præſagienda ſunt primò, an morbus, de quo agitur, futurus ſit ſalubris, vel inſalubris, an ſit citrà periculum, vel cum periculo; an tandẽ
1 (quod idem eſt) terminaturus ſit ad
2 ſalutem vel ad mortem: deinde vbi cognitum fuerit fore ſalubrem, an cum facilitate, vel difficultate ad bonum ſit finiturus. Porrò, hæc vnde, & quomodo præcognoſcenda ſint, ſi quæratur, certum eſt, nullam commodiorem viam ipſi medico occurrere, ad præſcienda illa, quam eam, quæ inhæret cognitioni victoriæ naturæ, & morbi, *Gal. ibidem, & primo, ad Glauc. octauo*. Ex hac enim aptè admodum euentus in morbis colligitur. Cæterum victoriam illorum ex vehementia, & magnitudine, ex imbecillitate, & paruitate tùm naturæ, tum morbi, elicit medicus. Vbi enim morbus vehemens, & magnus eſt, ità vt naturam ſuperet, procul dubio euentus inſalubris, & periculo plenus, vel ſaltem difficilis pro varietate latitudinis ipſius vehementiæ morbi, eſt expectandus. Quod ſi contrà natura tanquam valida, & robuſta, morbum ipſum vehementia ſua vincat, ſine dubio euentus morbi bonus erit; Cœterùm morbus, *Vid. lib. de conſtit. articulo 15. & 16. ſeptimo, Method. 12. quarto, Method. vlt. 11. Method. cap. tertio*, vehemens dijudicatur ratione ſui, ratione præſtantiæ partis affectæ, & ratione tolerantiæ facultatis totius corporis gubernatricis. Vbi ergò morbus ratione ſui erit magnus, & locus affectus præſtans, & nobilis, tandemquè facultas, nec benè, nec facilè morbũ ipſũ tolerauerit (quod ex virium languore deprehenditur quemadmodum hic ipſe, ex pigricia ad motum, ex pulſu paruo, & debili, animiquè defectu, & ex vrinis crudis, aliiſquè ſimilibus imminutionem actionum ad vitam ſpectantium oſtendentibus, cognoſcitur) colligendum eſt morbum vehementem eſſe, ſi verò contrà mitem. Dicitur verò ratione ſui morbus vehemens tribus modis ratione propriæ eſſentiæ, quatenùs morbus eſt cum maximo receſſu a ſtatu naturali; eſt in habitu, & non in habitudine. Ratione cauſarum, quatenùs pendet a cauſis inſignis actiuitatis, a quibus, etiam grauiora, & maiora mala impendent, quæ & ſi prædicat medicus, maiorẽ ſibi gloriam comparat.

Euentũ & vnde præcognoſcatur.

Morbus vehemens quomodo dijudicetur.

Morbus ratione ſui vehemens tribus modis 1

Ratione Symptomatum, quatenùs cum ea plura, & grauia coniunguntur Symptomata, à quibus maximum vitæ periculum impẽdet. Contrario modo ſe habet morbus mitis & placidus.

Circà tempus quæ præcognoſcenda, & vnde.

Quod ſpectat ad tempus circà illud præcognoſcendum eſt medico, an citò, vel tardè ſit morbi euentus expectandus. Hoc verò colligere medicus poterit, ex morbi ſtatu, & materiæ morbificæ conditione. Ex morbi *quarto Method capitulo ſexto,* quidem ſtatu; quoniam vbi morbus in habitu erit, tardiùs finietur; quod ſi in habitudine, citiùs. Ex materiæ morbificæ *ſecundo de Criſ. capit. 11 4. aph. 44.* conditione; quoniam morbus, qui fit à materia frigida, craſſa, & lenta tardiùs, qui verò à calida, & tenui, citiùs terminari conſueuit.

Materiæ medicæ, circà quas poſtremo loco in conſultationibus penes alteram methodum digrediẽdum eſt proponuntur. Cap. XX.

POSTREMVM caput, quod in conſultationibus medicis, penes ſecundam methodum inſtitutis, occurrit, pertinet ad materias medicas quibus curatio ipſa perficitur Hæ materiæ *Galen primo, acut. com. 6. & de par. art. medic capitulo primo, Celſ. lib. primo, in proœm.* ſunt triplices, Chirurgicæ, Pharmaceuticæ, & Dieteticæ, Hæ verò omnes, cum ſint materiæ præſidiorum vnius ſanitatis gratia reparandæ inuentorum, procul dubio, ità comparatæ eſſe debent, vt *primo Local cap primo quinto, Epid com. . tit. 50* proſint.

Duo circà materias præſidiorũ præſtanda medico.

Porrò vt proſint duo circa eas medico præſtanda *ſexto, Local. cap primo,* ſunt. Primò, vt eas ſeligat, & inueniat. Secundo, vt inuentis rectè vtatur quippe cum nequaquam ſatis ſit materias accomodatas curando morbo habere in promptu, niſi rectè illæ, & cum ratione adminiſtrentur, ac in vſum ducantur. *Quoad ſelectionem, ſeù inuentionem,* ſeligentur, & inuenientur facilè, ſi priùs indicationes cum ſuis indicantibus, & præterea materiæ hæ ſecundum propriam naturam notæ fuerint, & exploratæ. Quare duo medico rectè ſelecturo erunt neceſſaria, vt nimirùm non tantùm in cognitione affectum *ſecundo, de comp. per genera cap. primo,* qui tractantur, & proprijs indicationibus, verùm etiam, & in materierum præſidiorũ notitia, valde verſatus ſit, id eſt, diligentèr cognoſcat naturam; *Lib. de Theriac. ad Piſon capitulo quarto, ex Hippocr 2. Epid.* & facultatem illarum materierum, atquè etiam earundem aliquarum rectam, & concinnam compoſitionem.

Pro ſeligẽdis materijs quæ neceſſaria.

Quoad rectum vſum is in quatuor *Vide Gal. l. de def medic. fol. 46. primo, ad Glauc. primo in Art. Med capitulo 85. ſexto, Epid com. 2 tit. 33.* cõſiſtit. Vtendum ſi quidem ijs eſt in debita quantitate, ſecundum debitum modum, tempore opportuno, ac ſecundum locum decentemquæ & ſingula idcircò medicum de ijs nouiſſe neceſſarium eſt. Nanciſcetur autem horum cognitionem per ſuas indicationes. *Quantitas* enim, ſeù quantum per iſtas materias ſit agendum, indicatur ab actione, ſeù actiuitate *nono Method. cap. 14.* & læſione indicantis. Quia ſi inſignis ſit actio, & læſio materias prædictas in magna quantitate, & doſi adhibere opporet, ſi verò contra, in parua. *Modus agendi* inſinuatur à maiori, & minori paſſione *quarto, Method ſeptimo, exemplo vlceris gulæ.* & reſiſtentia indicantis. Vbi enim indicans non ità facilè materijs medicis cedit, ſed illis valdè reſiſtit, nulli dubium eſt, quin medicus

Rectus vſus materierum in quatuor conſiſtit, & ſingulorum indicãtia.

dicus eo modo agere debeat, quo materia medica maiorem vim, & efficaciam habet. *Tempus agendi*, ſeù ipſius vſus materierũ, prędictarum, deſumitur à *Libro ad Traſyb. cap. 37. & 38.* præſentia indicantis. Quocircà ſi morbus nunc pręſens ſit, hoc tempore, & hac ipſiſſima hora agẽdum eſt. *Locus tandem*, ſeu Vbi agendũ a ſubſiſtentia 12. *Method. cap. vlt.* & loco indicantis deſignatur. Prout .n. in tali, vel tali loco morbus ſedẽ habet, ita huic, vel illi applicãdæ ſunt præſidiorũ materiæ.

Ratio huius numeri.

Cæterum harum indicationum, & ſimul indicantium earum huius numeri, ea afferri ratio poteſt. Nam, cum in quolibet indicante duo ſint nimirùm eſſentia, atquè accidentia, quæ eſſentiam conſequuntur; eſſentia indicat 3. *Metho. cap.* 1. quid agendum, ſeù auxilium, pręſidium, ſcopum, opus medicum: (hęc enim omnia ſunt ſynõyma) hęc accidẽtia verò indicant rectum vſum materierum, quibus pręſidia ad felicem ſucceſſum perducuntur, & quibus, quid agendum, ſeu opus medicum, perficitur. Cum .a. rectus vſus conſiſtat in quatuor illis *Sup. hoc cap.* conditionibus, Quantum ſit agendum, Quomodo, Quãdo, Vbi, neceſſariò accidentia illa eſſe, & ipſa quatuor debẽt, nempe actio, ſeù lęſio; paſſio, ſeù reſiſtẽtia; p̃ſentia; & ſubſiſtẽtia ſeù locus. E quib. lęſio; indicat quantũ, paſſio modum pręſentia quando ſubſiſtẽtia locum agẽdi. Verùm hęc omnia exemplo declarata faciliora erunt, & manifeſtora. Sit igitur caput refrigeratum intenſe, nulli dubium eſt quin indicetur calefaciens intenſum, cuius materia erit v.g. oleum de piperibus. Hucuſquè habemus quid agendum, & materiam medicam. Quid agendum eſt calefactio, materia eſt oleum illud. Calefaciendum eſſe dicimus, quia

Materierum medicarum recta ſelectio, & inuentio declaratur exemplo.

cognito caput eſſe refrigeratum, ex vi methodi medendi, ſi ſanari debet, oportet contrarijs vti. Nam contraria contrarijs curantur; calefactio .a. refrigerationi eſt contraria. Eſſe verò calefaciendum hac materia, oleo ſcilicet dicto, facilè intelligit is, qui in tractatu ſimplicium medicamentorum, ac compoſitorum verſatus fuerit. Iſte enim procùl dubio nouit, inter medicamenta calefacientia oleum de piperibus inſignem habere facultatem. Cognito igitur quid agendum, atquè cognita materia medica, ad hoc vt materia hæc proſit, rectum eiuſdem vſum cognoſcere oportet. Eum ergò ſic aſſequi licebit. Capitis refrigeratio eſt inſignis actiuitatis, & lęſionis; igitur oleum illud vehementèr calefacere debet; hoc .a. commodè pręſtabit, ſi in magna doſi vſurpetur. Nam in maiori quanto eſt maior virtus: idcircò oleo predicto rectè vtemur, ſi doſin illius maximè augebimus. Rurſus illa capitis refrigeratio non ità facilè patitur à quolibet calefaciente, ſed huic valdè reſiſtit, & non cedit; indicat ergò, oleum illud ſecundum eum modum adminiſtrandum eſſe, quo magis ac magis agit; modus autem hic erit, vt ex ſe patet, ſi actu calidum adhibeatur. Pręterea frigiditas illa capitis hoc tempore, & hac hora vrget, idcircò nunc, & hac eadem hora, oleo pręcdicto vti debebimus. Poſtremò caput eſt refrigeratum, ergò capiti eſt applicandum oleum illud, potiſſimùm vero ſecundum partes illas, per quas cranium eſt peruium 13. *Met. vlt.* vt nimirum hac ratione vis medicamenti ad cerebrum perueniat Quare cum cranium ſit peruium per futuram coronalem, idcircò illud ſecundum hanc futuram oleo pręcdicto erit prefun-

dendum; atque ſic vi propriorum indicantium aſſequuti ſumus rectum vſum materiæ illius medicæ.

Concluſio huius libri.

His verò omnibus hunc in modum declaratis hactenus, exactè ni fallor conſtat, vniuersè tamen quid medico ad ægrum ingreſſo, ſiue ſolus curam eius gerat, ſiue cum alijs, de eodem reſtituendo ſibi, agat, diſcurrat què propoſitum eſſe debeat; & quibus animum adhibens, quàm optimè hoc munere perfungi poſſit: reſtat, vt quæ generica quadā ratione deſinita ſunt, ea in particulari magis conſideremus, & quomodo ad vſum exercitiumq; ducenda ſint, quod alterum erat ex ijs, quæ ſub initium explicanda ſuſcepimus, docere aggrediamur. Id quod ſequenti libro commodiùs præſtabitur.

Libri primi finis.

IVLII CAESARIS CLAVDINI

MEDICI BONONIENSIS.

DE INGRESSV AD INFIRMOS

LIBER SECVNDVS.

PRÆFATIO.

Quid tractandum, & quo ordine exponitur.

VNIVERSALEM methodum, ſine particulari exercitatione, mancam eſſe, & ſuprà ſub initium huius tractatus *l. 1. in Præfat.* dictũ eſt, & loquitur ipſa experiẽtia; vt iure Galen' ſcriptũ *9. Meth. cap. 6.* reliquerit, ſine aſſidua in particularibus exercitatione, fieri vix poſſe, vt quis medici finem aſſequatur. Quare, cum ſuperiori libro vniverſali quadam ratione, & communi, partes omnes medici ad infirmũ ingreſſi, & ex tempore medicinam facturi, ſiue ſolus eum curare velit, ſiue de curando eo cum alijs diſcurrere, breuitèr, accuratè tamen, ni- fallor, ſimus perſecuti: nũc, ne quid illi deeſſe poſſit, ad eſſequendum hunc finem ſuum, eas ipſas methodo magis, particulari conſiderabimus, ſeu, quod idem eſt, eorum, quę dicta ſunt communitèr, particularem exercitationem inſtituemus. Intelligo autem per methodum, ſeu exercitationem particularem, nequaquam eam, quæ ad indiuidua vſquè deſcẽdit, & indiuidualis dicitur: ſed eã, quæ in ſpecie infima ſiſtit. Prior nõ. n. ex libris, ſed circà ægros exercitatione quotidiana adiſcitur. Hãc verò, meo iudicio breuiori, & faciliori via cõſequi nobis nõ licebit, q̃ ſi pſingulas materias medicas, Chirurgicas ſcilicet, Pharmaceuticas, & Diæteticas, ſigillatim digreſſi fueri-

Propoſitũ huius libri.

mus

Ordo in hoc libro ſeruãdus.

mus, cùm, vt ex ſuperioribus *li. 1. c. vlt.* conſtat, in hoc tota curationis ratio ſit poſita, vt materiæ medicæ ſeligantur, & rectè adminiſtreutur. Hoc igitur præſenti libro præſtabimus, & per materias ſingulas diſcurrentes circà quamque duo hic conſiderabimus. Primo propriam eius naturam, & quæ huic conſectaria ſunt, eiuſdem indicantia, permittentia, prohibentia. Secundò rectum vſum, & adminiſtrationem. Id verò breuiter, quantum poteſt, faciemus, ita tamen, vt habita hac, quam traditusi ſumus, cognitione, per omnes affectus tractandos, liceat poſtea ipſi medico, oblata, occaſione, tutiùs, commodiùſque circa indiuidia particularia agere. Sed ad rem ipſam aggrediamur.

SECTIO PRIMA.

Particularis exercitatio citrà materias Chirurgicas inſtituitur.

HOC EST.

Quomodo materię Chirurgicę ſeligendę ſint, & rectè adminiſtrandæ, ſigillatim oſtenditur.

Materiæ Chirurgicæ omnes enumerantur, & ad capita reuocantur.

Cap. I

Materiæ Chirurgicæ aliæ cõmunes, aliæ propriæ.

EXORSVS igitur à materijs Chirurgicis, omnium earum multitudinem reuoco ad duo ſumma capita, & alias conſtituo communes, alias proprias. *Communes* voco eas, quæ in omnibus, aut ſaltem quaſi omnibus, affectibus præternatum locum habent. *Proprias* illas appello, quæ affectibus quibuſdam certis, & determinatis dicatæ ſunt. Circà communes, quæ primò occurrunt, illud imprimis notandũ, rectè omnes eas euacuatorias conſtitui, ità vt quęcunq; illarum, materia remedij euacuatorj dici poſſit. Euacuant autẽ earũ aliæ ſenſibilitèr, aliæ verò inſenſibilitèr. Quæ ſenſibilitèr euacuant, vel euacuant ſanguinem, vel ſuccum diuerſum à ſanguine. Quę ſanguinem euacuãt, ſunt quatuor, ſectio venę, cucurbitulę ſacrificatę, hirudines, ſacrificationes. Quę verò ſuccum diuerſum à ſanguine educunt, ſunt cauteria, & veſicantia. Quę inſenſibilitèr euacuant, quinque ſunt, cucurbitulę ſiccę, picationes, frictiones, vincula, & lotiones. De his omnibus ordine, quo ſunt propoſitę, & ratione, qua explicatum eſt, per ſequentia capita.

Materiæ cõmunes omne sũt euacuatoriæ.

Diuiſio materiarum Chirurgicarũ communium.

Agitur de natura veneſectionis.

Cap. II.

INTER materias Chirurgicas communes, ſiue dignitatem earum ſpectes, ſiue vſus frequentiam,

ſiue

ſiue difficultatem, prima eſt abſquè dubio venæ ſectio. De ea igitur ante alias, & primò. De venæ ſectione igitur, quoad eius naturam attinet, dico imprimis, eam reſpondere remedijs, magnis; *Galen 2. aph. 29.* & propterea etiam conuenire magnis morbis; deinde illius naturam eſſe vt ſit *materia præſidij euacuans ſanguinem ſenſibilitèr, per ſe, & ſubitò.* Dicitur *materia præſidij* ad differentiam remedij, auxilij, ſeu operis medici. *euacuans* ad differẽtiam alterantis. Quia tametſi interdum refrigerandi quoq; cauſa adhibetur, tamen hunc effectum præſtat non niſi per accidens, quatenus ſcilicet detrahit ſanguinem, qui eſt materia calida *euacuans ſanguinem*, ad differentiam medicamenti purgantis. Per ſanguinem .a. maſſam ſanguineam intelligimus, cum venæ ſectio, ex *Galèn. 2. aphor. 17. & 4. aphor. 2. Auicen. 4. 1. cap. de Phlebotom.* omnes humores æqualitèr educat. *ſenſibilitèr* ad differentiam inediæ, quæ euacuat ſanguinem inſenſibilitèr. *per ſe* ad differentiam exercitij corporei, balnei, frictionis, quæ omnia ſanguinem euacuant, 4. & 13. *Meth. 6.* ſed per accidens, nimirùm illo attenuato, & conſumpto. *ſubitò*, ad differentiam cucurbitularum inciſarum, hirudinum, ſacrificationum, quæ ſanguinem euacuant ſed ſenſim. Ex his verò de natura venæ ſectionis ità conſtitutis, non difficile fuerit, de venæ ſectionis *indicantibus*, permittentibus, & prohibentibus decernere, *Nam ſi de indicantibus ſermo ſit*, cum venæ ſectio, vt patet ex dictis, duo includat, primò euacuationem ſanguinis ſenſibilem, ſeù quod idem eſt, miſſionem ſanguinis, quæ eſt auacuatio ſenſibilis omnium humorum, ex æquo: 2. *aph. 17.* ſecundò miſſionem ſanguinis factam tali modo, præſidio ſc. magno, & ſubitò euacuante; quorum illud. Quid agendum, hoc Quo agendum reſpicit, neceſſariò etiam erunt duo indicantia, quorũ alterum ad Quid agendum, alterum ad Quo agendum pertinet. Quod igitur ad Quid agendum, ſeù ad venæ ſectionem, quatenus includit miſſionem ſanguinis, attinet, eius indicans non poteſt eſſe aliud, quã vitium sãguinis. Id quod patet tùm Galeni auctoritatibus; tùm ratione. Ratione, Quia ſanguinis euacuatio eſt materia iuuans, ergo euacuat, quod nocet. At euacuat ſanguinem. Eſt ergo neceſſum nocere, & peccare ſanguinem. Auctoritatibus. Galeni. Is. n. imprimis 1 *aph. 23.* in maximis doloribus diſtinguere iubet, vtendumne venæ ſectione ſit, an Pharmaco. At diſtingui non alitèr hoc poteſt, niſi cõſideretur ſanguiſne peccet, an ſuccus à ſanguine diuerſus: deinde docet 4 *de rat. vict. com. 111.* in nullo hydrope præterquam anaſarca, & eo, qui ex ſuppreſſione menſium, aut hemorrhoidum oritur, ſanguinem eſſe detrahendum. At hoc nullam ob cauſam aliam, niſi quia in his ſolis, non in alijs hydropis generibus, sãguis peccat: deniquè expreſsè multis in locis dicit, 4. *de Tuen. Sanit.* 4. 4 *Meth. vlt. lib de curand. rat per ſang miſſ cap. 8. & lib. de conſt. art. cap.* 19 ſi ſanguis peccet venæ ſectione, ſi alius humor à ſanguine, vtendum eſſe Pharmaco. Nec eſt quod aliquis obijciat, non rarò, etſi nullum ſit vitiũ ſanguinis, mitti tamen ſanguinem, vt in Apoplexia pituitoſa, in paralyſi, in concluſione, & in obſtructionibus; de quib. loquens Galen. 5. *Meth.* 4 apertè affirmauit, etiam ſi non redundet ſanguis, venam ſecandam; vt ex his omnibus liqueat ſanguinis miſſionem non indicari à vitio ſanguinis; Quæ obiectio diſſoluitur.

Venæ ſectionis definito, & definitionis explicatio.

Venæ ſectio quatenus includit miſſionem ſanguinis indicatur à vitio ſanguinis.

Indicantia venæ ſectionẽ.

Solutio.

ſoluitur quod ſanguis etiamſi in hiſce malis non peccet vti cauſa illorum præcipua, ſubpeccat tamen atq; facilè poteſt principaliter peccare. Et quam quam hoc ſanguinis ſubpeccatum in eo potiſſimum conſiſtat quod idè ſanguinis cũ alio humore, qui eſt cauſa præcipua miſceatur, nihilominus refertur, & ad copiã illius in toto corpore, & ad vitium ex obſtructionibus contractũ, ſolent n. obſtructiones medio prohibito trãſpiratu ſanguinem ineptũ reddere nutritioni, ac ipſum ad putredinam pręparare; vt niſi illi conſulatur, per eiuſdem euacuationem, (quod, & de copia & de miſcella cum cauſa pręcipua intelligẽdum) facilè etiam fieri poſſit, vt medicamentorum calefacientium vſu quę ſunt neceſſaria pro morbis ſupra ennarratis, atquè obſtructionibus natis à lentore, & craſſitie humorum profligandis ſanguis contaminetur, ac rationem cauſę pręcipuę acquirrat, & proindè morbum excitet ſanguineum: ergo ſanguis nunquam mittitur niſi medico ſaguinis vitium aliquod occurat; verùm hęc omnia paulò poſt magis, ac magis explicabuntur: quòd ad quo agendum attinent, vt venę ſectionem includit, quę eſt materia remedij euacuatorij vehementis, indicatur à morbi magnitudine: cuius ratio eſt. quia proportio eſſe debet inter morbum, & remedij materiam. Extremis. n. morbis, extrema remedia ſunt optima 1. *aph* 6. ex Hippocrate: & ex Philoſophorum ſententia, omne agens agit in determinatum. Cũ igitur venę ſectio magni ſit remedij materia *Gal. 2. aph com.* 19 non poteſt, niſi à magno morbo indicari. Cui rationi etiam Galeni accedit auctoritas *4 acut com* 19. *lib. de curat. per ſang. miſſ. c.* 8. & 13. qui ſimul cum Hippocrate, magnitudinem

Vena ſectio quatenus eſt euacuatio facta tali materia indicat, à magnitudine morbi.

morbi inter ſcopos venæ ſectionis enumerat: & alibi reddens cauſam, cur Hippocr. in Pleuritide quadã venam non ſecuerit, dicit, id factũ fuiſſe: quia pleuritis illa erat debilis: *6. Epid. ſect. 3. circa fin.* & tandem in methodo ſua medendi *4. Met. c.* 6. clare affirmat ſecandam venam, non tantùm ob vitium materiæ ſanguineæ, ſed etiam ob robur morbi.

Obiectio.

Nec dicat aliquis, ex Galeno *lib. de opt. ſect. ca* 45. idem quod indicat remedium, indicare etiam aſſumpta differentia, remedij differentiam: & ideò Quo agendum, ſeu an remedio magno ſit agendum, id eſt venæ ſectione, cum magnitudo remedij differentia ſit remedij, non indicari poſſe à morbo magno, ſed à vitio ſanguinis magno.

Solutio.

Nam quando cũ Galeno indicati dicimus, magnitudinem remedij euacuantis ſanguinem, à morbo magno, per morbi magnitudinem intelligimus, non morbi magnitudinem quamcunq; ſed magnitudinem à ſanguinis vitio protectam, quo ſanè modo vitium ſanguinis magnum, & morbi magnitudo, in idem incidunt. Adde, quod per Quo agendum non differentiam remedij, ſed materiam remedij ſignificamus.

Vitium, ſeu peccatum ſanguinis quotuplex.

Porrò circà vitium ſanguinis (nam de morbi magnitudine ſupra actum eſt) *lib. 1. c.* 19. tria ſunt notanda. *Primum eſt.* Vitium hoc non vnius eſt generis, ſed multiplex. Peccat ſi quidem, & in vitio eſt ſanguis, vel ſubſtantia, vel quantitate, vel qualitate, vel ſecundum Vbi. *Lib. Art. Med. c.* 99. Peccat ſubſtantia, quatenus vel putreſcit, tum ſimplici putredine, tum putredine cum venenata qualitate coniuncta, vel ſine putredine ad alendum ineptus redditur. Peccat copia, quatenùs plenitudinem inducit. Porò cum plenitudo attendatur, vel penes qualitatem, vbi citrà

affluxum

affluxum materiæ, ſola qualitas intenditur: *lib. de diff. morbor. c. 5.* vel penes quantitatem, idquè tùm cibi, quæ ſatietas dicitur, grece *2 aphor. 4.* πλησμονή: tùm humorum, quæ Plethora dicitur, & eſt omnium humorum in corpore redundantia; hic poſtrema tantùm intelligenda eſt. Eſt verò hæc duplex, *Gal. li. de plenit. li. 2 de Nat. hum. li. de ſect. vena contra Eraſiſtr. c. 3.* alia ad vaſa, quæ ex tenſione venarum, & tumore cognoſcitur: alia ad vires, quæ ſc. aggrauat facultatem, ità vt actiones eius lędat, ſine vaſorum reple-
3 tione. Peccat qualitate, tùm prima calida ſcilicet, vt in obſtructionib. frigida vt in hydrope; tùm ſecunda, lentore, craſſitie, tenuitate, acrimo-
4 nia, &c. Peccat ſecundum Vbi, vel ratione motus, vel ratione quietis, Ratione motus, quatenùs fluit ad partes indecentes Ratione quietis, quatenus fluxus eſt. *Notandum ſecundo*, quocunque modo peccet ſanguis, (quia vt ſic, neceſſariò euadit cauſa morbifica, quippe cum tanquam vitioſus neceſſario lædat. omne n. quod lædit, induit rationē cauſæ morbificæ) eum tripliciter lædere, vel vt cauſam principalem, vel vt cauſam adiuuantem, vel vt
1 cauſam ſine qua non. Lædit vt cauſa principalis, in morbo ſanguineo, e.g. in febre Synocha, & in inflam-
2 matione. Lædit vt cauſa adiuuans, quando ſubpeccat cum cauſa principali e.g. in eryſipelate phlegmo-
3 node; vbi cauſa principalis eſt bilis, coadiuuans ſanguis cum bile mixtus. Lædit vt cauſa ſine qua non, quando. ſ. morbus, qui tractatur, fit ab humore diuerſo à ſanguine, ità vt nullo modo ad eius generationem concurrat ſanguis; vitium tamen aliquod ſanguinis illi morbo coniungitur, cui niſi proſpiciat medicus morbus, qui tractatur; curari ab ipſo nequaquam poteſt.

Sanguis quocunq. modo peccet, tripliciter lædit

Fit autem ſanguis talis cauſa dupliciter, vel ratione copiæ, quatenus ſc. redundat in corpore ægrotantis; vel ratione formæ, & ſubſtantiæ, quatenus non quidem eſt putridus, ſed plus q̃. par ſit, calefactus. *8. Meth. c. 4.* & ad putredinem paratus, cuius cauſa, veluti ineptus ad nutriēdum redditus eſt. Declaro vtrũ q. exemplis. Pro exemplo igitur prioris, Sit Socrates repletus in toto corpore ſanguine, corripiaturq. febre tertiana ex bile, abſquè mixtione ſanguinis. Hoc in caſu, ſanguis ad morbum propria ratione nullo modo concurrit, vt patet, & tamen nulli dubium eſt, copiam illam ſanguinis, quæ in toto eſt, niſi venæ ſectione minuatur, febrem hanc, quippe quæ indiget deobſtruentib. ac proindè excalefacientibus medicamentis, tutò nequaquam curari poſſe; vt propterea manifeſtum ſit, ſanguinem, ſua copia, cauſæ ſine qua non rationem habere, eamquè neceſſariò, ſi curari morbus debeat, prius eſſe remouendam. Exēplum poſterioris. Sit iuuenis qui laboret febre ephemera, nata ex obſtructionibus, factis à craſſitie, & lentore humorum: certum eſt rurſus hic ſanguinē ipſum, nec vt principalem cauſam, nec vt coadiuuantem morbum creare. Quia tamen in hoc ſubiecto ſanguis neceſſariò deſtituitur ventilatione, & diſflatione, ob obſtructiones illas tranſpiratum prohibentes, & proinde aptus ad putredinem, & ineptus ad nutritionem redditur, vt ab eo arceatur putredo, & vt aptus ad nutritionem reddatur, omninò ſanguinis euacuatione opus eſt, vt potè qua omiſſa non tantùm febris ephemera non curabitur, ſed etiam occaſio maioribus malis dabitur, adhibita

Sanguis duobus modis peccat, vt cauſa ſine qua nō

Exemplũ modi prioris.

Exemplũ modi poſterioris.

antem

autem, ſanguis refrigebitur; ventilabiturquè, & proinde nutritioni aptus reddetur. *Notandum tertio*, à quocumque vitio ſanguinis prædicto, euacuationem ſanguinis, & ſi cum morbo magno ſit, euacuationem perfectam venam indicari: hoc tamen diſcrimine, vt pro diuerſitate vitij, quod in ſanguine eſt, diuerſa etiam ſit, & diuerſa nomina ſortiatur, ipſa ſanguinis miſſio, ſeù venæ ſectio. Nam ſi adhibeatur gratia vitij ſecundum ſubſtantiam, reddetur, & vocabitur euacuatoria eradicans; (quæ tamen quõ, & quando in peccato ſubſtantiæ locum habeat, de eo alibi *in tract. de miſſione ſanguinis.* fusè) ſi ad copiam, euacuatoria minuens, ſi ad vitium qualitatis, refrigeratoria, vel euentatoria, (nec.n. aliud qualitatis vitium, quam caliditatem, in ſanguine, venę ſectio corrigit, ſi quidem aliarum qualitatum vitia medicamentis tolluntur) ſi poſtremo ad vitium ſecũdum vbi, retractoria, eaq; tùm reuulſoria, tùm deriuatoria. Nam cũ in ipſo Vbi, contineatur vitium, & ſecundũ quietem, & ſecundùm motum, quieti deriuatoria tantũ, motui, & reuulſoria, & deriuatoria debetur. Cæterũ indicari poſſe ſanguinis miſſionem, a quocumque iſtorum vitiorum, paſſim ex Galeno colligitur. De peccato quidem ſecundum ſubſtantiã, cum ait 11. *Meth cap.* 15. in omnib. febrib. putridis ſaluberrimum eſſe mittere ſanguinem: & cum in iuuene laborante diaria febre ex obſtructionibus, in ſangnine etiam non putreſcente, ad putredinem tamen diſpoſito, venam aperit. 8. *Meth c.* 4. De copia, cum dicit. *Gal. ibid.* mittendum eſſe ſanguinem, etſi non adſit plenitudo, quaſi velit plenitudinem vnum eſſe ex præcipuis indicantibus euacuationem ſanguinis; item, cum paſſim in affectibus, qui à ſanguinis copia oriuntur, vt Synocho, inflammationibus, venam iubet pertundere. 13. *Meth.* 10. 4. *de Tuend. San.* 4. 9. *Meth.* 4. *&* 3. 1. *aphor.* 23. De vitio qualitatis, cum ait, miſſionem ſanguinis refrigerare. 1. *aphor.* 23. *&* 9. *Meth.* 5. De vitio ſecundum vbi, cũ ait, miſſionem ſanguinis, & reuellere, & deriuare. 9 *Meth.* 11. Sed hęc de indicantibus venæ ſectionem.

A quocũque vitio ſanguinis ſi magno cum morbo indicatur venæ ſectio.

Venæ ſectio diuerſa pro diuerſitate vitij ſanguinis.

Quoad prohibentia, & permittentia, proponuntur ab Hippocrate Virtus, & ætas. 11 *acut. com.* 19. Proponitur. a. ætas non tanquam diſtinctum, prohibens, & permittens à Virtute. Vt enim vnum indicans eſt vnius rei, ità & vnum prohibens, & permittens, adeoquè ætas ad Virtutem refertur, eiuſq. tenorem indicat, ſed fit mentio ſeparatim ætatis à Virtute, qa ætas ſecũdũ aliqua tãtùm requiſita ad virtutem, & non ſecundum omnia ſtatum virtutis indicat. Longè enim plura virtus, vt virtus, requirit, quàm indicatur a tali, aut tali ætate. Porrò permittit virtus venæ ſectionem, vt robuſtas, 11. *Meth.* 4. 9. *Meth.* 4 *&* 11. prohibet vt debilis; idquè vario modo, prout robur eius, & debilitas ſunt varia. Nam, ſi robuſta ſit virtus ſecũdũ omnia, quæ ad eius eſſentiam (intellige quantum ad operationem) requiruntur, 21. *Meth c.* 1. ſpiritus ſc. & calorem innatum, ſubſtantiam carnoſam, particulas ſolidas, de quibus actum eſt ſupra *li.* 1. *c a.* 18. omnino permittit, ſi contrà, omnino prohibet: ſi ſecundum aliqua tantum robuſta ſit partim permittit, partim prohibet. Nam ſi robuſta ſit ſecundum partes carnoſas, & ſpiritus, debilis verò ſecundum partes ſpermaticas, & calidum innatum, prohibet: ſi cõtra, ſecũdũ partes ſpermaticas, & calidum innatũ robuſta, debilis ſecundum partes car-

Prohibentia, et permittentia venæ ſectionem, Ætas nõ eſt diſtinctum prohibens à Virtute.

Virtus quomodo prohibeat, & permittat venæ ſectionẽ.

c-noſas, ſpiritus permittit. Vnde Galenus aliquando in muliere etiā emaciata ſanguinem miſit, *Galenus 6. Epi. com. 30. tex. 29. 82. & 111. & 3. aph. 29.* quia, licet robur in ea nō adfuerat ſecundum partes carnoſas, adfuit tamen ſecundum ſpermaticas. Rurſus, ſi langueat ſecundum ſpiritus, vel ob contractionem languet, & permittit, & hòc modo in pulſus carentia Galenus venam ſecat 24. *acut.* 23. vel ob diſſipationem, & prohibet ex eodem Galeno 5. *Meth.* 13.

Virtutis robur pro venæ ſectione nō præſens tantum requiritur, ſed etiam futurum.

Vnum tamen notandum eſt, robur hoc virium, & languorem, non ex præſenti tantùm, ſed ex futuro etiam metienda eſſe. Nam vires debiles non præſentes tantùm, ſed futuræ quoquè venæ ſectionem prohibent. Vnde non iniuria Galenus *lib. de cibis boni, & mali ſucci.* in morbis peſtilentibus, vt potè in quibus languor virium, ſi non adeſt, ſaltem imminet, reformidat venæ ſectionem, & ob eandem cauſam, iubet alibi, 1. *aph.* 23. vt detrahatur ſanguis ægris decumbentibus, ne animi deliquium incurrant.

Virtutis robur quæ indicent, & per hoc venæ ſectionem permittāt vel prohibeant.

Cæterum robuſtæ, an debiles ſint, vel futuræ ſint vires, cognoſcitur ex triplici rerum genere, naturalium, nonnaturalium, & præternaturam; quæ & ideò, ſaltem mediatè, ratione ſciſicet virtutis, quam oſtendunt, prohibentium & permittentium naturam induūt. Ex naturalibus, quæ huc maximè faciunt, ſunt ætas, habitus corporis, ad quem temperies referri poteſt; Vteri geſtatio. Ex nonnaturalibus aer, fluor menſium, qui ad excreta, & retenta; ægri timiditas, quæ ad animi affectus pertinet: Ex rebus præternaturam fluxus alui, & ſuccorum cruditas. Quæ omnia diligentiſſimè perpendenda ſunt.

Aetas.

Aetas igitur pro vena ſectione requiritur florens, quæ incipit ab anno quatordecimo, *lib. de cur. rat per ſang miſſ. ca.* 13. 8. *Meth. d.* 4. excluditur puerilis, & ſenilis. Quia in ſola florenti virtus ordinariè robuſta eſt, & ante, & poſt venæ ſectionem, In puerili enim, tametſi nunc robur virium adſit, tamen ob humiditatem, ac molliciem caliditatemquè temperamenti, ob quæ diſſoluitur calidum innatum, non præſtat in futurum: 4. *acut.* 6. in ſenili verò, etiam ante ſectionem venæ virtus eſt debilis, quia deficit quantitas partium viuentium, & viget ſpirituum frigiditas. Licet tamen in ſenibus etiam ſeptuagenarijs, quandoquè ſanguinem detrahere *lib. de cur. rat. per ſang miſſ. c.* 13. ſi robuſti, venis latis, boni habitus, & ſanuinei fuerint: in pueris verò ante quatuordecimum nunquam. Nec obeſt, quod interdum benè ceſſerit venę ſectio ante illud tempus, & Auenzoar, ac Celſus eam vſurparint, Nec enim quod ſemel, aut iterum, benè ceſſit, ob ægrotantium robur, ſtatim in exemplum trahi debet; maximè cum ſæpius malè ceſſerit; & rationibus potius quam auctoritatibus ſtandum eſt.

Habitus corporis.

Quo ad habitum corporis, conuenit venæ ſectio in habitu ſanguineo, ſeu carnoſo, & rubicundo, cum venis amplis, aut etiam gracili, ſed nigro, compacto, duro, & cum venis latis: noxia eſt in gracili cum venarum anguſtia, in molli, raro, albicanti, obeſo, 11. *Meth.* 14. 4. *acut.* 25. qualis fere eſt in Eunuchis, fœminis, pueris; in quibus rectius vſurpantur cucurbitulæ, hirudines, ſacrificationes, inedia, imò ex Galeno 4. *de Tuen. Sanit. ca.* 4. ſubductoria quoq. pharmaca.

Vteri geſtatio.

De vteri geſtatione magna eſt controuerſia, ſed vt breuitèr res decernatur; Dico conuenire venæ ſectionem in grauidis, etiam poſtre-

poſtremis menſibus, duobus in caſibus. Primò, Si mulier nimiam ſanguinis copiam coaceruet, merito cuius conceptus ſuffocatur, & ſequitur abortus, quo modo ſecta vena complures mulieres abortire cõſuetas ab abortu præſeruaui. Secundò, ſi grauida corripiatur morbo acuto. Quinimo ex Auerroe 7. *Col. lect. c.* 4. tutior eſt venæ ſectio purgatione: Tùm quia hęc magis agitat, & humores prauos ad vterum perducit, Tùm quia deleteria etiam facultate infeſta eſt. Nec quicquam contra hæc facit Hippocratis auctoritas 5. *aph.* 31. Ne quaquam enim ibi venæ ſectionem abſolutè, prohibet in grauidis; ſed id tantum vult, religioſè, & cautè illa vtendum eſſe, quod colligitur, tùm ex modo loquendi Hippocratis, qui conditionatus eſt, & comparatiuus *maximè ſi fœtus ſit grandior*: tùm ex cauſa, ob quam prohibuit, quæ ex Galeno eſt, *in commento*, ne alimentum fœtui ſubtrahatur. Vnde facilè conſtat, ſi ſanguinis copia adſit, aut ſi ità parcè is ſubtrahatur, vt eius, quod timet Hippocrates, nullum ſit periculum, nihil obſtare, quo minus vena pertundatur, ſuperior tamen, non ea quæ in talo eſt, ob periculũ abortus. *Aer inter res nonnaturales*, maximum ad venæ ſectionem habet momentum. Vnde nec calido ſummè, & ſicco, nec intenſè frigido ea inſtituenda. 4. *acut.* 19. 11. *Meth.* 14. 1. *ad Glauc.* 14. *de ſect. ven.* 6. *&* 20. Ratio eſt, Quia eſto ſub eiuſmodi conſtitutionibns vires in præſenti robuſta ſint, ſecta tamen vena paulò poſt, debiles euadunt: in priori quidem ob æris caliditatem digerentem: in poſteriori verò ob frigiditatem, tùm eam, quæ venæ ſectionem per ſe conſequitur; tùm præcipuè ambientis, quæ ſpiritui ac calido innato ità aduerſantur, vt, quamquam ſub hyeme, ob concentrationem robuſtiſſimum ſit, nihilhominus tamen ea tempeſtate, quia aer frigidior ad coctionum loca penetrat, plurimum pituitæ generetur.

Aer.

Menſium fluor.

1. *de Nat. hum.* 1. 36. *Menſium* fluor, ſi ſecundum naturam obeatur, & recto more menſes prodeant, nequaquam venæ ſectionem permittit: permittit tamen, ſi prauus ſit, & diminutus: non quidem in brachio, ſed in talo. Debet enim medicus, vt miniſter naturæ, id in quo ea deficit ſupplere, & corrigere. *Animo timido* ſi eger ſit, & omninò à venæ ſectione abhoreat, inhibenda ea eſt, locoque eius ſubſtituendæ cucurbitulæ inciſæ, hirudines imò ex 4 *de Tuen. San.* 4. 12. *Meth. c.* 8. Galeno larga alui deiectio, qui & illud addit, tantundem valere, ſi hæmorrhoides reſerentur ſacrificentur malleoli, aut prouocentur in fœminis menſes. *Cruditas humorũ.* minimè poteſt, *lib. de ven. ſect. ca.* 13. *&* 9 cum virium robore conſiſtere, & ideò nec venæ ſectionem tolerare, Ratio eſt, Quia ſub crudorum ſuccorum redundantia ſanguis deficit, vtriuſque alimento deſtituitur, & corpus euadit frigidum. Per humorem a. crudum non intelligenda eſt pituita. Hæc enim, cum à ſanguinis natura parùm diſtet, & facilè in eum conuerti poſſit, non neceſſariò venæ ſectionem prohibet; imò venæ ſectione euacuãtur ab ipſo Galeno 6. *aph. tex cõ.* 22. Differta. humor crud⁹ à pituita, quia q̃ pituita eſt craſſior: min⁹ flatulent⁹, in vrinis ſubſidet, non neceſſariò generatur, & cum generatur, generatur non tantùm ex cibo pituoſo, vt pituita ſed ex quacũq; occaſione, maximè crapulæ, voracitatis, demum in ſanguinem verti nequit, quæ omnia ſecus habent in pituita: *Circa alui fluorem* videtur eſſe Galeni ſententia.

Animi timiditas

Humorum cruditas.

Fluxus alui.

tentia, 4 *acut.* 116. & 1. *ad Glau c.* 14. fluente aluo omnino non detrahendum eſſe ſanguinem, etſi non fluat pro quantitatis ratione: cui & Auicenna videtur adſtipulari, 4. 1. *c. de Phlebthomia.* & præterea ratio; Quia qui fluxu alui laborant, ferè cacochymia tenentur, quæ purgatione, non venæ ſectione tollitur. Sed res ſano modo intelligenda eſt. Nam in dyſenteria, ſi virium robur adſit, nihil vtiliùs venæ ſectione, & ego plures tempore quo populariter illæ vagabantur, per eam ſanitati reſtitui. Dico, ſi Virium robur adſit. Nã verè indicantia nunquam deſiderantur. Saltem.n.ſecundum motum hic ſanguis peccat, & præterea ferè malo huic febres, inflammationes, vlcera, dolores, iecoris intemperies feruidior iunguntur. Illud tamen notandum, ſi vti expediat venę ſectione, vtendum ea, non progreſſo iam morbo, & cum frequentèr aluum deijcere ægri coguntur, & alia Symptomata habent, quæ viriũ ruinam in futurum minantur; ſed ſtatim à principio: nec confertim, & ſemel, ſed per vices euacuandum eſſe ex Aetij, & Alexandri conſilio. Nam ſic & vires minus diſſoluũtur, & reuulſio redditur *Galen. de ſect. ven cap.* 12. efficacior. Quod ad Galeni, & Anicen. anctoritatẽ, illæ nihil obſtant. Nam id tantùm volunt, ſine virium conſtantia non deueniẽdum ad hoc remedium; vt clarè ſeipſum Galen. interpretatur 4. *acut.* 116. Dici etiam poteſt, Galenum ſub fluore aluui non complecti Dyſenteriam, vt quæ ſit fluxus ſanguinolentus, qui hoc remedio potiſſimùm curatur. Sed nec ratio allata militat. Nam cacochymia illa non eſt pura, ſed ſpuria, in qua, ex omnium conſenſu, etiam venæ ſectioni ſuus eſt locus. Et hæc de venę ſectionis natura, indicantibus, permittentibus, prohibentibus; rectus iam eius vſus explicandus eſt, ſed, ne hoc nimium excreſcat, in ſequenti capite.

Explicatur rectus venæ ſectionis vſus. Cap. III.

CIRCA rectum venæ ſectionis vſum, vt & cuiuslibet alteriùs materiæ medicæ, hæc conſideranda veniũt, qua quantitate ſanguis extrahendus ſit, qui modus in vena ſecanda ſit ſeruandus; quo tempore eam adminiſtrare conueniat, & quo in loco, ſeù quæ vena aperiri debeat.

Quoad quantitatem igitur, quantitas extrahendi ſanguinis, alia eſt continua, circà quàm quæritur, qua menſura ſit extrahendus ſanguis, ad libraſnè, vel vncias: alia diſcreta, circà quàm perpenditur, vnicanè vice, an pluribus, ea menſura ſit detrahenda. *Continua*, quoad venæ ſectionem ſpectant (nam de medicamentis alia eſt ratio, vt diximus *in Meth. noſtra medendi.* alibi) partim ad quid agendum ſpecificum, pertinet, & indicatur ab eſſentia ſpecifica, v.g libra ſanguinis euacuanda, à ſanguine peccante ad libram, eſtq; ea, quàm Galenus quãtitatis nomine comprehendit, dùm dicit 1. *ad Glauc c.* 1. rationem curãdi contineri qualitate, & quantitate remediorum, & modo vſus preſidiorum: partim ad rectum vſum, & indicatur ab eo, quod eſſentiam cõſequitur, comprehenditurq; à Galeno *loco citat.* ſub modo vſus. De hac ſola hic agendum, Ea igitur *indicatur* à læſione maiori, vel minori indicantis, permittitur, & prohibetur à virib. & ijs, quæ ad vires referuntur. Quoad indicans læſio ea conſideratur, vel rõne materiæ ſanguineæ, vel rõne magnitudinis morbi,

Quantitas extrahendi ſanguinis cõtinuá, & Diſcreta.

Indicantia quantitatem continuã.

Materia,

bi. Ratione materiæ. Sic in Plethora, id eſt in Plethora, quæ eſt in corpore ſanguineo, quia maximè lædit, conuenit ſanguinis detractio maxima, ad animi deliquium exemplo athletarum, 1. *aphor. com.* 3. & febrium Synocharum, 1. *aphor.* 23. 9. *Meth. cap.* 4. & *de cur. rat. per ſang. miſſ. cap.* 12. in Plethora ſpuria, id eſt ea, quæ in corpore eſt non ſanguineo, ſed bilioſo, pituitoſo, melancholico; minor: in cacochymia ſpuria, id eſt in cacochymia cum ſub dominio ſanguinis, adhuc minor.

Morbi magnitudo.

Ratione morbi magnitudinis. Sic in genere, in morbo maximo v. g. in dolore intentiſſimo; euacuatur ſanguinis vſque ad deliquum animi 1. *aph.* 23. in ſpecie, in inflammatione, & in omni affectu, in quo humores mutationem aliquam penes ſubſtantiam, & qualitatem determinatam ſuſcipiunt, itàvt ſanguis difformis euadat, & alius ſit in toto, alius in parte, vſq; ad coloris 2. *acut* 10. mutationem; vt ſc. non ſolùm ſanguis fluens euacuetur, ſed etiam fluxus, vt habet Galenus. *Ibidem in com.*

Error quorundam medicorũ

Ex quo obiter colligitur, peccare medicos qui in omni ſanguinis euacuatione, expectant mutationem coloris: cum fieri poſſit, vt in toto corpore ſit ſanguis vniformis,

Prohibentia & permittentia quantitatem continuam.

Quoad prohibens, & permittens, ſi de viribus ſermo ſit, vbi fuerit virtus valida ſecundũ omnia ſua requiſita, ſanguis educi poterit ad vnc. xvj. aut xvj. ad mutationem coloris, imò ad defectum animi. Vbi tamen notandũ, ad hanc euacuationem non temerè 9. *Meth. c.* 10. & *li. de cur. rat. per ſãg. miſſ. c.* 9. deueniendum;

Sanguis non temere mittendus ad animi defectum.

ſed obſeruandum præceptum Auicenæ *Auicen* 4. 1. *c. de Phlebotomia*, dicentis, diminuas in Phlebotomia quantum poſſibile eſt. Periculoſa n. eſt cùm ob alia, tũ quia punctualitèr, & exactè virium hanc tolerantiã cognoſcere vix poſſumus. Cognoſcitur .a. ex duobꝰ potiſſimũ, quorũ primũ ſtatim in principio venæ ſectionis obſeruatur, & eſt, ſi ſanguis è ſecta vena cum impetu, & quaſi ſaliendo exeat, ſine caligine oculorum, & faciei pallore. Secundum in progreſſu ſpectatur, & pertinet ad pulsũ. Si n. qui magnus erat, fortis, celer, dum ſanguis extrahitur, euadit contrarius, virtutis non tolerantis ſignũ præbet. Quod ſi virtus valida fuerit ſecũdũ quid, quia ſ. rõne duorum requiſitorum ſit robuſta, ratione vnius debilis, tolerabit ſãguinis miſſionẽ ad vnc. viij. ad librã: ſi contrà fuerit rõne vnius robuſta, debilis rõne duorum, non traſcendendæ ſunt vnc. vj.

Quæ ad vires referuntur.

Si de ijs loquamur, quę ad vires referuntur. Ex rebꝰ naturalibus ætas, quò magis diſtat ab externis, tantò copioſiorem ſanguinis euacuationem tolerat; quantò magis ijs eſt vicina, vt in principio adoleſcentiæ, & ſub primũ ſenium, tanto minorem. Rurſus qui tempore calida ſunt, & ſicca, habitu raro, molli, & laxo; qui non conſueti ſanguinem mittere, qui genus vitæ exercent laborioſum, & quòd valdè exhauriat, vt balneatores, ij oẽs, contrarijs ſuis, moderatiorem ſanguinis detractionẽ amant. 11. *Meth.* 14. *li. de ven ſect. c.* 14. Ex rebus nõ naturalibus aere temperato largior, calidiori, & frigidiori parcior, inſtituenda eſt venæ ſectio *Gal. ibid.* id quod ẽt in caritatibus annonę, bellis, & militia, ac ſimilibꝰ caſib. obſeruãdum eſt. Ex rebus pręter naturã, ſi infeſtet dolor intenſiſſimus, & alia Symptomata, quæ vires proſternunt, copioſam, & ipſæ euacuationẽ interdicunt. Nec obſtat, quod Galenus in inteſiſſimis doloribus ſecat venã ad animi deliquiũ 1. *aph.* 23 23. Ibi enim de dolore loquitur cõſiderato ſecũdũ vi propiã, hic verò de

eodem

eodem ſermo eſt vt relato ad virum tolerantiam. *Diſcreta* quantitas, id eſt, an vna, vel pluribꝰ vicibꝰ detrahendus ſit ſanguis, colligitur tùm à virib. tùm a morbo, & materiã ſanguinea. A viribus. Nam validæ vires perferunt vna vice factam euacuationem; debiles renuunt, adeò, vt, etſi ad deliquium animi conueniret euacuatio, ea tamen virib. labaſcentibus iteranda ſit *li de ſect. ven. cont. Eraſiſt c. 7.* Idem eſt de ætate. Nam in adoleſcentibus quatuordecimũ. annum primùm ingreſſis, non vnam, ſed repetitam euacuationem Galenus approbat, *l de ſect. ven ca.*13. A

Vnde ſumatur diſcreta quãtitas.

2 morbo, & materia ſanguinea. Vehementiori enim morbo, vnica vice euacuandum, exemplo febrium Synocharum. *l. de ſect. ven. c.* 12. minus vehementi, partienda euacuatio. Rurſus, morbus ſi actu affligat, vnica vice facta, ſi potentia, iterata

3 venæ ſectio conuenit. *Gal. ibd.* Rurſus, ſi motu immodico peccet materia, iterata venæ ſectio, & per plures dies repetita, magis laudatur: contrà ſi copia. *Gal ibid. ca.*21.

Ad modũ quo indicetur, prohibeatur, permittatur.

Ad modum in ſecanda vena obſeruandum, duo pertinent, modus ipſe ſecandi venam, & quædam illi annexa Per modum nil aliud intelligitur, niſi an foramen magnum, vel paruum faciendum ſit. Annexa ipſi modo omnia ad id diriguntur, vt operatio hæc adhibeatur, tutò, citò, & iucundè. *Modus indicatur* à maiori, vel minori ſanguinis reſiſtẽtia, permittitur, aut prohibetur à viribus, & ijs quæ vires conſequuntur. Materia igitur ſi fuerit craſſa, quia valdè reſiſtit exitui, foramen amplum; ſi tenuis, arctum, ſi mediocris, mediocre requirit. Vires validiores, ætas florida, amplum foramen facilè fuerint: vires debiles ætas adoleſcentiæ immediatè poſt quatuordecimum annum, & ſenilis immediatè ante decrepitam, arctum requirunt: quia ſub amplo foramine, maior, ſub minori minor fit ſpirituum diſſipatio. Et quod de viribus debilibus, idem de temperatura calida, habitu non denſo, aere calido, & cæteris, de quibus ſuprà *cap.* 2. dictum eſt, quemadmodum de contrarijs contrarium.

Annexa modo à quibus deſumantur

Annexa modo pertinent.

Annexa modo ab iiſdem indicantur, permittuntur, prohibentur, à quibus modus, & pertinent, vel ad materiam euacuandam, vel ad venam incidendam, vel ad medicũ, vel ad Chirurgum, vel ad patientem.

Ad materiam euacuandam.

Materiæ, quantùm poteſt, debet reddi fluxilis. Ideò antè venæ ſectionem pars fricanda lineis calidis, vel fouenda aqua calida, tùm ſub forma fotus, cum ſpongia; tùm ſub forma lauacri.

Ad venã incidendam.

Circà venam incidendam opera vnicè danda, vt in conſpectum ſe det, & appareat. Ideò adhibẽdum vinculum paulo ſuprà, & infrà locum ſectionis, & ſi ſecandæ ſint venæ frontis, vel in angulis occulorum, vel ſub lingua, collum faſcia, & linteo ſenſim conſtringendum: quod ſi vinculum non proficiat, perfundenda pars aqua actu calida: id quod maximè in venis manuum, & pedum faciendum eſt.

Ad medicum.

Ad medicum hæc attinent, curet, vt vena ſecetur ægris decumbentibus, vt iubet Auicenna, ne deliquium animi incidant, quod facilè ſedentibus accidit, 1. *aphor.* 23. vt, ſi timidus ſit æger alio faciem auertat, ſermoque eò tempore habeatur, de rebus animum diſtrahentibus, vt, ſi idem bile facilè circà os ſuperius ventriculi corripiatur, vnde metus deliquij, os colluat aqua frigida, vel aſſumat tùm micam panis infuſam in vino granatorum, aut poſca; tùm fruſtum limonis aut arantij in aqua maceratum, & ſacharo aſperſum.

Ad Chirurgicum.

Chirurgus primò accuratè ſciat, an venæ ſecandæ ſubſit neruus, aut arteria. Nam puncto neruo conuulſio, arteria ſecta aneuryſma ſuboritur. Secũdò ſecans venam in parte dextra, ſcalpellum manu dextra, ſecans in ſiniſtra, ſiniſtra apprehendat; ea tamen ratione, vt pollice alterius manus vena detineatur, ne ſubterfugiat, & acumine ſcalpelli venæ ad latus infixo, deorſum ſurſum verſus tranſuerſim venam aperiat: tametſi venæ ſub lingua potiùs per longum ſint aperiendæ aliàs difficilè ſanguis ſupprimeretur; ex Auicenna 4. 1. *cap. de Phlebotomia.* Probatur a. pro ſcalpello magis lãceola, quam moſquetta dicta. Quia cum hoc ſecet venam digito percuſſa, ſæpè fit, vt neruus, aut arteria vulneratur, quãdoquè etiam; vt venam, ſi profunda ſit, non attingat. Tertiò, cùm non eſt iteranda ſanguinis euacuatio, labia vulneris exprimat, deinde ſuperdato linteolo duplicato, frigida imbuto, vel viſto goſſypio, & ligatura adhibita, conſolidationem procuret: ſi cũ repetenda eſt, deterſo vulnere, & ſanguine repurgato, oleo id, aut pinguedine, aut butyro illinat. *Patientis hæ ſunt* partes, vt à ſecta vena iaceat in dorſum, & conquieſcat ſaltem per dimidium horæ, vt reſtaurentur ſpiritus, & partes inanitæ repleantur: vt ne ſtatim eo die conſuetis munijs vacet: vt ſomnum non ineat à venæ ſectione, ne ſubitò ſpiritibus reuocatis ad interiora, detrimentum patiatur innatus calor: vt abſtineat à Venere, balneis, & alijs huiuſmodi non illo tantùm die, ſed & ſequentibus: vt cibum aſſumat poſt vnam, vel alteram horam, quì conueniens ſit, pro ratione virium, & ipſius quoque morbi.

Ad patientem.

Indicans tẽpus ſecandæ venæ.

Tempus ſecandæ venæ indicatur à præſentia indicantis, materiæ ſcilicet ſanguineæ peccantis, & morbi magni, atque abſentia prohibentis. Quæritur. a. vel pro præſeruatione, vel pro curatione. *Quoad præſeruationem*, vel morbi inuaſio incerta eſt, vel certa. Si incerta, Ver, & Autumnus præſeruationi optima ſunt tempora, maximè ſi quis aſſuetus temporibus his ſanguinem mittere, magis tamen Ver. *lib. de ſec. ven. c. 7. & 19.* His enim duobus temporibus & maximè Verno, magis temperatus eſt aer. Item in Vere ſanguis veluti effloreſcit, Autumno veluti effrænis erodit. Si certa, duobus, tribus, vel quatuor etiam diebus, ante tempus, quo ſolet ingruere, vena ſecanda eſt. Hinc Galenus in mulieribus ad mouendos menſes, quatuor ante tempus periodi diebus sãguinem ex malleolis detrahit. *Curationis gratia* conſiderantur dies, & hora. Dies dupliciter in conſiderationem venit. Nam vel ſemel eo vena aperienda eſt, vel pluribus vicibus. Si ſermo ſit de die, quo ſemel ſecanda vena eſt, in genere ſciendum, maximè expedire, vt ſtatim à principio morbi vena ſecetur, quod, & Hippocrates in habitu athletico, 1. *aph. 3.* & Galenus in Synocho cum putredine, faciendum monet, 9. *Meth. c. 5.* idq. propter tres, vt exiſtimo, cauſas. Quia vires in dies fiunt debiliores. 10. *Meth. cap. 2.* Quia, ſecta vena, augumentum morbi prohibetur. Quia ſublata multitudine per ſectionem venæ, quod reliquũ eſt, facilius à natura euincitur. Si tamen omiſſa ſit occaſio in principio, licebit nihilominus, & in progreſſu id facere, præſentibus tamen indicantibus, & abſentibus prohibentibus ex Galeno, qui eos reprehendit, *libro de ſect. venæ capitulo vigeſimo*, qui tranſacto quarto die numquam venam ſecabant. In ſpecie verò, dies aperiendæ

Tempus ſecandæ venæ ratione præſeruationis.

Tempus ſecandæ venæ ratione curationis.

Dies mittendi ſanguinis cũ ſemel vena aperiẽda in genere.

In ſpecie.

ſiendæ venæ opportunus, ex materiæ, ſanguinis ſcilicet peccantis; ex morbi, tanquam indicantium, & ex virium, tanquam prohibentium, aut permittentium conſideratione, in hunc modum eligitur. Quoad materiam, ſi ſolus ſanguis peccet, ſtatim vena pertundenda eſt; ſi vna cum eo cruditas in ventriculo adſit, quod quandoque fieri ſolet, ne poſt ſectam venam crudi humores tracti a venis, obſtructiones pariant, tantiſper differenda eſt venę ſectio, *Gal 9. Meth. 5 & 14 Meth 14.* dùm ij concoquantur, modò in mora non ſit periculum. Ratione morbi, morbus magnus, tametſi, quatenus res pręternaturam, indicat ſtatim agendum eſſe, cum medicus non ſolùm facilè & tutò, ſed citò etiam curare debeat: tamen, ſi minùs ſit vehemens, & cruditas ventriculum obſideat, priùs hęc concoquenda eſt: *9. Meth c. 5.* ſi vehementiſſimus, etiam neglecta cruditate, ſtatim ad venę ſectionem accedendum, quod innuit. Auicen. *Auic. 41. c. de Phlebotomia* dùm ait, dari tempus in venę ſectione, & coactum, & liberũ. Ex quo obitèr patet, hallucinari eos qui ſemper venę ſectioni leniens pręmittendum eſſe exiſtimant. Habet enim hoc tantùm locum, cum plus poteſt ſuperfluitas in ventriculo, quam morbus, ideſt, in morbo, qui dat inducas. Quantum ad vires, validiores, in morbo vehementiſſimo ſtatim agendũ ſuadent: in minus vehementi, dilationem patiuntur. (Conſentiunt enim cum morbo:) debiles, maximè ratione alicuius Symptomatis vires proſternentis, vt morſus ventriculi, doloris maximi, vigilarum intenſarum, niſi Symptoma tale ſit, vt venę ſectione tollatur eius vehementia, ne in vehementiſſimo quidem morbo permittunt agere, non priùs ſedatis Symptomatis v.g. roborato ventriculo, conciliato ſomno (Diſſentiunt enim vires tales a morbo.) & huc reſpiciens Auicen dicebat, cum ad diuerſa trahere volueris, ſed a dolorem: mediocres vires, tùm in vehementi morbo, tum in non vehementi nihil differendum eſſe dictant, ſed quam primùm ad auxilium deſcendendum, quia dilationis tempore euadere poſſunt imbecilles. Quod ſi de die tertio ſit, in quo iteranda venę ſectio, hic ex iiſdem, ex quibus ſuperior innoteſcit. Ex vitio materię. Nam ſi copia peccet, eodem die iteranda eſt venę ſectio, ſi motu, ità vt reuulſione opus ſit, diuerſis. Sic enim maior fit reuulſio. *Lib. de ven. ſect. c. 20.* Ex morbi vehemẽtia. Quia in vehementiſſimo, eodem die, bis, aut ter etiam, interpoſitis quibuſdam horis, repetenda ſanguinis detractio, in minùs vehemẽti poteſt ea fieri diuerſis diebus. Ex viribus. Validiores enim eadem die iterationem permittunt, debiliores verò ſiuę proprię, ſiuę alienę ſint, vt in pręgnantibus, non niſi diuerſis. *Quantum ad horam* ſecandę venę, ſi pręſeruationis cauſa ſecetur vena, ſumitur hora motus materię ſanguineę, & eſt matutina, poſt vnam, vel alterã horam à ſomno. Hoc enim tempore faciliùs ſanguis ab intimis ad exteriora reuocatur. Si verò ſecetur cauſa curationis, reſpiciendum tùm ad morbum, tùm ad res non naturales: De morbo. *In morbo* vehementiſſimo, quailibet hora vena ſecanda eſt, etiam noctu, ſi neceſſe ſit: *lib de cur. rat. per ſang. miſſ. cap. 12 & 21.* in minùs vehementi ſecari poteſt a ſecunda hora vſque ad quintam. *Gale. ibid. & Auicen. cap. de Phlebotom.* Tunc enim æger eſt expergefactus, cibus concoctus, fæces excretę. Rurſus, in morbo, qui vniformitèr augetur,

Dies mittendi ſanguinẽ, cũ iteranda vena ſectio.

Hora ſecandæ venæ cauſæ præſeruationis.

Hora ſecandæ venæ cauſæ curationis.

qualis eſt Synochus, quælibet hora: in difformi, ſi continuus ſit hora minoris afflictionis; in intermittente, tempore intermiſſionis, octo, vel ſeptem, vel ſaltem quinque, ante acceſſionem, horis, conuenit venæ ſectio. Quoad res non naturales. *Aere temperato*, ſecanda vena hora ante prandium, vel cœnam: in calido, hora minùs calida v. g. matutina: in frigido, minùs frigida v. g. meridiana eligenda eſt. *Cibo crudo* in ventriculo exiſtente, differenda venæ ſectio, ne in venas attractus ille obſtructiones exciret. *Quod* idem de fæcibus in inteſtinis dicendum eſt. Deponendæ enim eæ ante venæ ſectionem, qua natura, qua arte, v. g. leniente per os dato, clyſtere, balano. Sed & ex rebus nõnaturalibus *acceſſio* obſeruanda eſt. In hac n. prohiberi venę ſectionem ex expreſſe vult Galenus. *lib. de cur. rat. per ſanguin. miſſ.* Abſtinendum igitur tùm ab ea niſi ex Oribaſio immineat periculum aut mortis, aut morbi inſanabilis. Ratio verò, cur abſtinendum, eſt, Quia in Paroxyſmo natura expellit ad circumferentiam, ſectio venæ trahit à circumferentia, quos motus contrarios æger ſimul ſuſtinere non poteſt.

Locus venæ ſectionis, ſeù quæ vena ſecanda.

Reſtat locus ſectionis venæ, circa quem conſideratur, quænam vena ſecunda ſit. Intelligimus .a. per venas, non venas pulſantes, quo modo venæ nomen veteres 2. *Epid. com* 5. *&* 6. *de placit. ca* 9. Hippocrates, & Plato, vſurparunt: ſed venas veras, ſanguinem elaboratum ab hepate continentes. Sunt .a. venæ, quæ communitèr noſtris temporibus ferro aperiuntur, aliæ ſupernæ, aliæ infernæ. Infernæ dicuntur, quæ in partibus infrà renes cernuntur, & ſunt duæ, altera in exteriori malleoli parte, iſchiadica dicta, altera in interiori, Saphena vulgò, & matricalis. Venam poplitis, ex infernis vnam, non recenſeo, tanquam eam, quæ citrà periculum, ob neruum ſubſtratum, minimè ſecari poteſt. Præterea noto, cum inter venas infernas connumerentur venæ ani, hæmorhoidales dictæ, eas, quicquid dicat Maſſaria, & alij, tuto non poſſe ferro aperiri, *vide tract. noſtrum de ſang. miſſ.* quoniam vlcus imminet, quod ſæpiùs in fiſtulam degenerare ſolet, & propter hoc exiſtimo ego, tutius eſſe, vt venæ hę hirudinibus aperiantur: quanquam non deſinit, qui eaſdem reſerant frictione facta cum folijs ficus, aut pannis aſperis: imò ſi ſolita per eas euacuatio fuerit cohibita, Galenus eas *lib. de ſect. vena* 9. *&* 19. *& lib. de hirudinibus cap. vlt.* recludit ſectione venarum in cruribus, & cucurbitulis ibidem inciſis. Poſſunt .a. aperiri hæ venæ, non in conſuetis tantùm per eas purgari, ſed etiam, ſi neceſſitas poſtulet, in inſuetis. Secus .n. ſi inſuetudo harum venarum apertionem prohibere poſſet, nec vena brachij, nec alia vnquam aperienda eſſet. Et Gal 4. *aph.* 25. pro aperiendis hiſce venis non naturæ propenſionem, ſed ſanguinis nigri acumulationem deſiderabat. Aperiuntur tamen tutius in conſuetis. Item, poſſunt aperiri, non pro euacuando ſolùm ſanguine craſſo, & melancholico; ſed tenui etiam. Vtrumque .n. euacuant ex Hippocr. illum quidē, quia in melancholicis morbis ſummoperè ab eo cõmendatur earum fluxus. 6. *Epid.* 6. *tex. vlt. &* 6. *aphor.* 1. *ac.* 21. hunc verò, quia idem vult morbo laterali, & Peripneumonia, qui morbi à ſanguine billioſo oriuntur, non corripi eos, quibus fluunt hæmorrhoides. 6. *Epid.* 3. *tex.* Euacuant .a. vtrumque, quia tùm à ſple-

Quæ venæ communitèr ſecentur.

Venæ ani non tutò ferro aperiuntur.

Venæ ani aperiri poſſunt, etiam nõ aſſuetis p eas purgari.

Per venas ani expurgatur ſanguis, & craſſus, & tenuis

à ſplenico ramo, per quem expurgatur ſanguis melancholicus, tùm ab ipſa vena caua, quæ tenuis vehiculum eſt, habeant originem, quaſū illæ internæ; hæ verò externæ dicuntur. Sed hæc obitèr. *Venæ ſupernæ* vocantur, quæ in partibus exiſtunt ſuprà renes, & ſunt in capite, in cubito, & in manu. In capite habentur vena frontis, in angulis oculorum, & venæ ſub lingua. Quæ ex Auicena 4. *primi ca de pleb.* ſunt duplices, aliæ enim ſunt ſub lingua, aliæ ſuper occultum menti quæ, & ranulę dicuntur. In cubito ſunt. Primò Cephalica, aliàs humeralis, & externa. Secundò Baſilica, quæ, & interna, & iecoraria, & lienaris (in ſiniſtro tamen brachio) & axillaris dicitur. Tertiò media, ſeù cõmunis, quam, & nigram, & funem brachij vocant. In manibus duæ ſunt, vna inter pollicem, & indicem quā propaginem Cephalicæ: altera inter digitum minimum, & annularem i quam propaginem baſilicę nonnulli exiſtimant: quorum tamen ſententiam Anatomica *vid. Valuerd. li. 6. Anatom. c. 8. & Falop. lib 4. Inſtit. Anatom.* inſpectio refellit, quippe quæ vtramq; harū veniarum à vena cõmuni contrahere originē ad oculum oſtendit. Cæterùm duo hic notanda ſunt. Primò circà venas cubiti, tutiùs cæteris ſecari Cephalicam, eò quod baſilica comitem habet arteriam, communis neruum, quam ob rem cautè in eorum ſectione incedendum. Secundò circà venas tali, tametſi aperiri poſſint, tū infrà, tùm ſuprà malleolos, rectiꝰ tamē eas ſecari ſup. malleolos ꝙ ibi ſunt maiores. Porrò ex his, quæ ſecanda ſit, tametſi in genere iā ſubſiſtentia materię ſanguineę, & morbi magni indicetur; in ſpecie tamen, & particulariter magis, id inoteſcit ſi ad hæc quatuor reſpiciatur, ad materiam peccantē, ad morbū, ad venā ipſam incidendum ad vires.

Quæ vena ſit ſecanda cognoſcitur ex quatuor.

I *Ex materia peccāte.*

Quo ad materiā. Si adfuerit Plethora exquiſita, in qua ſanguis ſolùm peccat in quanto, laborantib. partib. inferioribus, diuerſio facienda per venas ſuperiores eiuſdem lateris: contrà laborātib. ſuperiorib. Hinc 13. *Meth.* 11. Galenus manu laborante, aut brachio diuertit per venas crurum, & contrà: in inflammatione genu 2. *ad Glau* 2. *&* 3. *Meth.* 5. ſacrificat venam cubiti eiuſdem lateris. Si verò ſpuria Plethora fuerit, aut Cacochymia, in qua materia peccat, tùm in quanto, tū in quali; partib. inferiorib. laborantib. diuerſio facienda per venā non ſuperiorē ne ſcilicet materia in quali peccās trahatur ad cor; ſed per inferiorē oppoſiti lateris. Hinc Galen. crure altero laborante, ſacrificat oppoſitū. 13. *Meth. c vlt.* Laborantib. verò ſuperioribus fieri põt diuerſio per venas inferiores eiuſdem lateris, quia minùs periculū eſt, materiā deſcendentem tranſire per mēbrū principale, quā aſcendentē. Rurſus ſi ſanguis fuerit minus copioſus, ſat erit vnā venā ſecare: ſi valde, duę aperiri poterunt, ambæ in partib. ſupernis, ſi in his tantū redūdet ſanguis: ambæ in infernis, ſi in illis: altera in infernis altera in ſupernis, ſi in vtriſque; plenitudine tamē à mēſibꝰ ſuppreſſis excepta. In hac enim, ſi inſignis ea fuerit, vtraq pedis numqnā vena brachij ſecanda, quēadmodū volunt Paulus, & Aetius: quia eius ſectione menſes ſupprimuntur. *Lib. de ſect. ven. c* 18 *&* 9. Rurſus materia prout vario loco ſubſiſtentiā habuerit, ita variæ venę ſecandę. Quare ſi ſubſiſtat in partibꝰ infrà renes, vel in ipſis renibꝰ ſecandæ venæ infernæ tali ſcilicet, hac tamē diſtinctione, vt ſi vitiū ſit in renibꝰ in inteſtinis inferiorib. vtero, genitalib. virorū

veſica, aperiatur ſaphena : ſi in co-
xendice Iſchiadica. Si verò ſubſiſtat
in partibus ſuprà renes aperiendæ
ſunt venæ ſupernæ, & quidem ſi re-
dundet in capitæ Cephalica, & ve-
na frontis.(Dico Cephalica. Quia,
quicquid alij dicant , hęc magis
quàm baſilica capiti reſpondet ob
ramum ſatis manifeſtum, qui a iu-
gulari exteriori ad eam protéditur,
ſeù ei potiùs innectitur, vt a recen-
tioribus Anatomicis obſeruatum
eſt) ſi in partibus capiti ſubſtratis,
vbi in faucibus ſit,& gutture, & par
tibus oris internis, venæ ſub lingua,
ſed cum hac diſtinctione vt quæ
verè ſub lingua, in linguæ grauitate,
& alijs eiuſdem affectibus quæ verò
ſuper occultum menti in angina, &
glandularum vtramquè, & aliarum
partium, oris malis aperiantur. vbi
verò materia ſuſiſtit in thorace, cir-
ca hepar, ventriculum, lienem, ie-
coraria vel alienaris, vbi vero,& in
partib⁹ capiti ſubſtratis, & in capite
ipſo, mediana, ſeù communis 8. *Lib.
de ſect. ven. c.* 16. Eſt verò diligentèr
conſiderandus medico locus mate-
rię. Sæpiùs enim fieri ſolet, vt cum
alia hanc, vel illam venam eſſe ſe-
candam indicent, ratione tamen
loci aliam aperire cogamur, vt in
febri contingit, cum ſuppreſſione
menſium aut lienis tumore. Tamet-
ſi enim his in caſibus, ratione febris,
ſecanda eſſet baſilica dextra; tamen
ratione menſium, ſaphenam, ratione
2 tumoris lienis, baſilicam ſiniſtram
Ex morbo pertundimus. *Quoad morbum*, in
morbo imminenti, quælibet vena
ſecari poteſt. *lib de ſect. vena c.* 7., &
19. in morbo ex toto facto, vacuan-
dum per locum affectum, vel illi
proximũ. 4 *acut.* 30 & *de ſect. vẽ* 19.
(Vnde in angina Galen. ſecat venas
ſub lingua. *c.* 2 *ad Glauc* & Alexan-
der in phrenitide venam frontis:)in
morbo partim facto, partim fiente
aperienda vena, nec admodum pro
xima læſe parti, nec admodum ab
ea remota. Præthereà in morbo to-
tiùs qualis eſt febris, ſecanda eſt vel
iecoraria, quæ à fronte deriuatur,
vel media, ſeù cõmunis lateris dex-
tri, & ſiniſtri in morbis partium de
terminatarum, ſecandæ venæ, vt di-
ctum eſt, vbi dę loco materiæ. Duo
tamen noto circà venas manuum.
Primum eſt, Oribaſium, Paulum,
Auicennam, in omnibus affectibus
ſuprà renes plurimùm illarum ſe-
ctioni tribuere: ſed fortè plùs quã
oporteat. Tum, quia maximè di-
ſtant a loco affecto. Tùm quia exi-
gua omninò ſanguinis copia per il
las poteſt detrahi. Quare, meo iudi-
cio, magis ſemper fidendum ſectio
ni venarum in cubito: quamuis in-
terim, vbi venæ cubiti non appa-
ruerint, *lib. de ven ſect. c.* 16 aut cubi-
tus malè fuerit affectus, aut vires de
biliores, aut maior reuulſio deſide-
retur, earum apertionem non om-
nino damnem. Alterum eſt Saluate-
lam in manu ſiniſtra ſectam mirifi-
cè probari a quibuſdam in febribus,
Chronicis, & erraticis; ità vt non
pauci a proprietate eam iuuare exi-
ſtiment. Cuius rei ratio mea ſenten-
tia non eſt alia, quàm quia in ijs fe-
bribus, ſanguis ob diuturnum calo-
rem, plurimum melancholicus eua-
dit; huius .a. ſanguinis lien eſt re-
ceptaculum, qui plurimùm ab eius
venæ ſectione iuuari creditus eſt a
Galeni, imò ab Hippocratis vſquè
temporibus, *Vide Hipocr. li. de morb.
c.* 10 *Galen* 3. *de anatom. admin. c* 5. *l.
de cur rat per ſang. miſſ. c.* 16. *Soran. E-
pheſ. Introd c.* 1 *Oribas.* 1. *Synoph.* 10. *et*
7. *Collect. c* 1. *Aët ſerm* 3. *c.* 12. & *ſer.*
16 *c.* 11. *Paul* 3. *de re medic.* 94 & *lib.*
6 *c.* 40. *Alex. li.* 8. *c.* 21 *Actuar* 3. *Met.
c.* 1. *Aui.* 3. *Fen* 22 *tit.* 2. *c.* 25 *Raſ.* 9.
ad Almans. c 60. nec iniura. Nã cum
venæ internæ, quæ in ſiniſtro cubito

Saluatela manus ſiniſtræ in febribus Chorneis & erraticis vtiliſſima apertio.

eſt.

eſt, ſaltẽ mediãte vena cõmuni propago ſit, cuius internę ſectionem toties *Galen. 13. Method. cap. 11. 2. ad Glauc. cap. 2. 1. de humor com. 3. 2. de rat. vict. 10. 3. de loc. aff. 7. de cur rat. per ſang miſſ. cap. 10. lib. de cur rat. per ſang. miſſ. cap* 16. Galenus in lienis affectibus commendat; cur non, vt Galeni verbis vtar, æquè lienem affectum; ac illa adiuuet? maximè ſi vel interna cubiti illius non appareat; vel cubitus ipſe malè affectus ſit; vel virtus debilis, internę, tanquã maioris apertionem, quippe qua, ſi non in maiori copia, ſaltem confertim magis euacuatur ſpiritus, prohibeat, vel deniq; reuulſionis alicuius maioris ſit neceeſſitas. Atque hęc vna ratio eſt, cur in ferbibus longis Saluatella prodeſſe poſſit, cui illa etiã addi poteſt, quod vires in his febribus neceſſariò debiles magis hanc, quam illam, quæ in cubito peragitur, ſectionem ſuſtinent. Porrò, quoniam non ſemper apparet Saluatella, eius vice propago aliqua aperiri poteſt illius venę, quę inter digitum minimum, & medium intercurit.

3. Saluatela rectè ſecatur in lienis affectibus.

Ex vena ipſa incidenda.

Quoad venam incidẽdam, ſitus eius, & apparentia conſideranda, & ſecanda ſemper, quę in conſpectu magis exiſtit, ſeruato tamen perpetuò τὴν κατ’ ἴξιν eſt partis rectitudine *3. Prothet 33, & de ſect vene* 15. vnde quantùm ad venas ſupernas, pro vena iecoraria, ſi ea non appareat, media, & hac non conſpicua, Cephalica; qua, & ipſa non apparente, aliqua in manu aperiri poteſt; & ſic de alijs. Quantum ad infernas, ſi non appareat iſchiadica, Saphena, aut ſecundum Auicen. ram⁹ iſchiadicę vicinus, & viciſſim occultata Saphena, Iſchiadica incidi poteſt. Ex his verò obitèr patet innanè eſſe eorũ opinionem, qui affecto iecore, eodem cum fructu ſiniſtri, ac dextri cubiti aperiri baſilicam, ſeù internam venam, contendunt; eò quòd ab eodem venę cauæ ad iugulum trunco, æqualitèr vtraquè exoriatur. Nam tamen ſi hoc verum eſſe poteſt, ratione exortus, & diuaricationis vtriuſquè venę huiꝰ ramorum: tamen, quia non hęc ſolùm, ſed pręter eam in eligenda vena rectitudoquoquè partis, vt ex dictis conſtat, eſt ſpectanda, ideò conſiſtere minimè poteſt. *Quantum deniquè* ad vires hę, ſi robuſtę ſint nihil variant circà electionem venę incidendę hactenus propoſitam, ſi debiles prohibent ſectionem venæ magnę, & vicinę cordi, quales ſunt illę quę in cubito, vt potè per quas nimia ſpiritum copia euacuantur. Vnde pro ijs ſubſtituendę, quę in manu, iecorarię quidem Saluatella, Cephalicæ ea, quæ inter pollicem, & indicem perreptat. Et hęc de ſectione venę in præſenti, quibus qui plura volet, is ea ex noſtro poterit de ſanguinis miſſione tractatu petere.

4. Ex Virib.

Agitur de Cucurbitulis ſcarificatis. Cap. IV.

POST venę ſectionem conſiderandę veniunt cucurbitulę ſcarificatę, hirudines, & ſcarificatio malleolorum: Cucurbitulę aliæ ſiccę ſunt, aliæ ſcarificatę, vtrịụquè varii penes, tum materiam ex qua fiunt tùm quantitatem, tùm figuram. Penes materiam. Fiunt enim ex vitro, ligno, cornibus, cucurbitis, metallo, terra; inter quas omnes vitreę commodiores ſunt, poſt has autem fictiles. Penes quantitatem Prout enim maiori, vel minori euacuatione egemus, ità etiam alię paruę ſunt, alię mediocres, alię magnę, imò maxima ex Hippocr. 5 *apho.* 50. *& Gal. 12. Meth. vlt.* Penes figuram,

Cucurbitulatũ varietas.

Quę

Quædam ſiquidem circulares ſunt, quędam oblongæ, vulgo cornetti dictæ. Item quædam orificiũ magnum habent, quædam paruum. Omnes tamen rotundę quodammodo ſunt, circulares; quæq; ſunt maiori orificio, trahunt fortiùs. Vires earum accuratè deſcribũtur à Galeno *libello proprio, & in 3. Meth. cap. 19.*

Cucurbitularum vires.

De vtriſque .n. agere videtur. Nec .n. ſiccas tãtùm, ſed prætereà ſacrificates quoquè Galeno, & veteribus fuiſſe notas, quicquid alij in contrarium dicant,

Cucurbitulæ ſcarificata, nota Galeno & veteribus.

pręter Oribabij auctoritatem, *7. Collect. cap. 16.* patet etiam clariſſimè ex ipſo Galeno qui alibi in capitis grauitatib⁹ *lib. de ven. ſect. cap. 9.* & doloribus, ſcarificatam in occipitio cucurbitulam laudat; alibi *3. de loc. aff. 4* ex Archigenis quoquè ſententia, eas recenſet, & ſiccis efficaciores appellat. Sed de ſiccis alio loco, nũc de ſcarificatis

Definitio cucurbitularum ſcarificatarum.

Hæ igitur, quãtum ad earum facultatem, & naturam attinet, ſunt *materia medica ſanguinem euacuans, ſed ſenſim, & longo tempore.* Quæ definitio fere ex dictis de natura venæſectionis patet; illa tantùm in ea notanda, cucurbitulas ſacrificatas, eò quòd euacuant ſenſibiliter, & quidẽ ſanguinem, differre à cucurbitulis ſiccis, quæ euacuant inſenſibiliter, & potiſſimum flatus; eò. n. quod ſenſim, & lõgo tempore differre à venæ ſectione.

Cucurb. ſcarificatæ, materia variorum præſidiorum.

Adhibentur verò cucurbitulæ ſacrificatæ, vel vt materia remedij ſubſtituta venæ ſectioni: vnde ab Auicen. 4. 1. vocantur vicariæ vænæ ſectionis; vel vt materia principalis, & rurſus, ſi vt principalis, vel vt materia totũ euacuans, vel vt euacuans partem determinatam.

Cucurb. poſſunt euacuare totum.

Poſſe .n. cucurbitulas euacuarè totum, & proinde ſubſtitui venæ ſectioni, ſaltem cum numeroſæ, cum profundis ſacrificationibus; ac ſæpiùs repetitæ cruribus, natibus, femoribus adhibentur, confirmari poteſt pręter auctoritatem Celſi *lib. 2. cap. 1.* & Auicen *ibid. 4. 1.* (qui eãs, eò quia cutim etiam mundificant, quod non pręſtat venę ſectio, niſi *4 de Tuen. San 4.* repetatur, venę ſectioni anteponit;) etiam ex ipſo Galeno. Is enim malleolorum ſcarificationem totum expurgare, ac idem valere quod venæ ſectionem, non ſemel affirmat *4. de Tuen. Sanit. 4. lib. de ſect. ven cap. 11. 3. Method 5. & 2. aph. 17.* At cucurbitulas, eò, quo diximus, modo vſurpatas, ſcarificationem malleolorum æmulari manifeſtum eſt; Nec obſtat primò, quod Galenus nuſquam hoc affirmet; Secundò, quòd earum vſum non concedit *lib. Artis Med. 96. & lib. de cucurbitul. ac 11. Meth. 17.* niſi euacuato prius toto, vnde videntur totius euacuationem ſupponere potiùs quam eam preſtare. Nam quoad primum, tametſi id non expreſsè tradidit Galenus, colligitur tamen ex eò ſatis clarè, vt dictum eſt. Quo ad ſecundùm, loquitur ibi de cucurbitulis, vt ſunt materia principalis.

Indicãtia cucurbitularum ſcarificatarum.

Ex hac verò earum natura facilè patet quid de indicantibus eas, & permittentibus, & prohibentibus ſentiendum ſit. Quo circa, ſi de indicantibus ſermo ſit, cucurbitulæ, ſi conſiderentur, vt venæ ſectioni ſubſtitutæ, indicantur à vitio ſanguinis, & morbo magno, ſicut de venæ ſectione dictum eſt, ea tamen ratione, qua vires venæ ſectionem à vitio ſanguinis, & morbo indicatam non permittunt. Si verò conſiderentur, vt materia principalis, quatenus quidem totũ euacuant, indicantur à vitio ſanguinis, & morbo, ſed minoribus tamen, quam ſint illa, à quibus venæ ſectio indicatur; & iure quidem, quoniam cucurbitulæ ſenſim, venæ autem ſectio ſubito euacuat: quatenus verò ad partẽ diriguntur, nõ tantum à partis morbo

bo

bo minori, ſed magno etiam, vna cum ſãguinis vitio indicari poſſunt cum in parte determinata, cũ morbus magnus, tùm ſanguis copioſus peccans non rarò reperiantur. Si verò de prohibentibus, & permittẽtibus loquamur, dicendum vniuerſè eas permitti à viribus, non æquè validis, ac robuſtis, vt in venæ ſectione requiruntur: item & ab ætate non tantùm florente, ſed etiam puerili, & ſenili, decrepita, nam decrepiti vel parùm, vel nihil ab earũ vſu refrigerantur: pueri verò vix ſecundum propriam eſſentiam diſſoluuntur, ſpeciatim autem, quæ materia ſunt principalis, partem euacuans, eas prohiberi à repletione totiùs, & ideò, niſi eò prius euacuato, nunquam parti eſſe admonendas.

Prohibentia, & permittentia.

Quantitas detrahendi ſanguinis per cucurbitulas.

Rect⁹ vſus cucurbitularum hiſce potiſſimùm continetur. Quoad *quãtitatem*, ea per illas ſanguinis quantitas detrahenda eſt, quæ actiuitati, & læſioni materiæ ſanguineæ, ac morbi vehementiæ respondet. Ideò in maiori læſione ſacrifi ationes infigendæ ſunt copioſæ, affigendæ cucurbitulæ plures, & maiores eæque iterùm, atquè iterùm poſt ſcarificationem repetendę, quò maior ſanguinis copia detrahatur; in minori autem ſanguinis læſione, paucæ, & minores cucurbitulæ, citra numeroſas ſcarificationes ſufficiunt, nec eas repetere opus erit. Quod tamen intelligendum, dum vires, ætas & cætera conſentiant. Nec enim tantundem, etiam per cucurbitulas detrahendum eſt ſanguinis in debilioríb⁹ decrepitis, & pueris, item in intemperie calida, & ſicca, habitu albo, raro, molli præditis, inaſſuetis, ſub cœlo admodum calido aut frigido conſtitutis, quàm in contrarijs. *Modus* obſeruandus in cucurbitularum adminiſtratione erit hic, vt in maxima ſanguinis reſiſtentia, non tantum loc⁹ ſcarificationib⁹ obducãtur, ſed ſcarificationes etiam illæ longè, ac profundæ adhibeantur: imò verò, ſi ſanguis ob ſui craſſitiem attenuatione opus habebit, vt commodius euacuari poſſit, imperandum Chirurgo, vt locum ante illarum appoſitionem; & poſt ſcarificationem, ſpongia madefacta in aqua actu calida foueat vel pannis calidis fricet. *De tempore* vſus earum nihil aliud habeo dicere niſi primò, tunc adhibendas eſſe, vbi pręſens eſt ſanguinis vitium, & morbus vel magnus, vel minùs magnus, vt dictum eſt. Secundò, Si vna cum ſectione venæ adhibendæ ſint, quod non rarò accidit, ad reliquias ſanguinis diſcutiendas, ſemper venæ ſectionẽ debere præcedere. Tertiò, Quę partem euacuant, eas niſi toto prius vacuato, nunquam eſſe admouendas. Secus enim, cum a profundis trahant partib⁹, poſſunt trahere materiam ad locum affectum, malũ fouere, & augere, imò inducta agitatione ſanguinis non tantùm ad locum affectum, ſed etiam ad locum reſpirationis præcipitare eũ, & ſuffocationem inferre. *Quoad locum attinet*, adhibentur cucurbitulæ, vel ad motũ ſanguinis corrigẽdũ, reuellendo, vel deriuando: vel ad eundẽ euacuandum. Si igitur adhibeantur gratia deriuationis, parti proximæ membro fluxione tentato adhibendæ ſunt: quo modo Galen⁹ *l. de ſect. venæ c. 19.* in capitis grauitate, & dolore cucurbitulã occipiti admouet: ſi gratia *lib. de Cucurbitulis.* reuulſionis, parti, & remotę, & contrarię: Si gratia euacuationis, id diſcriminis obſeruandum, quod, ſi loco ſectionis venę adhibeantur, ex Oribaſio, Aetio, Auicenna neceſſe ſit adhibere illas, non dorſo, vt medici triuiales faciunt, maximè in febribus, cum ita

Modus adminiſtrãdi cucurbitulas.

Quandò adhibẽdæ cucurbitulæ.

Vbi adhibendæ cucurbitulæ.

ita neceſſariò materia ad cor traha-
tur morſica: ſed partibus ignobili-
bus,atq; extremis,brachijs, maximè
verò natibus, femoribus,ſuris ſi ve-
rò admoueantur,vt remedium prin
cipale, ſi ſanguis in toto peccet,par
tibus infernis,ſi in parte, parti aſſe-
ctæ,euacuato tamen priùs toto. De
prægnãtibus tamen animaduerten-
dum,nunquam in ijs partibus infer
nis ſed ſemper brachijs humeriſquè
affigendas eſſe: id quod faciendum
in ijs quoquè,quibus partes infernę
malè ſunt affectæ ſicuti partibus ſu
pernis, malè habentibus affigendæ
infernis.

De Hirudinibus. Cap. V.

Hirudines quæ, et quales.

HIRVDINES animacula
quædam ſunt oblonga, par ua
in aquis degentia, virulenta omnia,
ſi Galeno credimus, *lib. de Hirudi-
nibus* magis tamen, & minùs Qua-
les eligendæ ſint, & quibus dotibus
præditæ, accuratiſſimè Rhaſes *lib.
28. Continentis*, explicat, qui à quouis
legi poteſt, quemadmodum, & Aui-
cenna, qui ex Rhaſi omnia tranſcri-
bit. *Quod ad naturam* earum, & fa-
cultatem attinet, cum cucurbitulis
conueniunt. Sunt enim, non ſecus
ac illæ, materia medica euacuans
ſanguinem ſenſibilitèr, & ſenſim:
differunt tamen in eò à cucurbitu-
lis, quòd hæ dolorem aliquem, &
cruciatum inferunt: illę verò, citrà
moleſtiam ſanguinem proliciunt. Vt
verò in dictis cum cucurbitulis co-
gnationem habent, ità etiam in hoc
cum ijs conueniunt, quòd adhiben-
tur, & ipſæ, tùm vt ſubſtitutæ venæ
ſectioni, ſaltem ſi numeroſę appli-
centur, & venæ magnæ, qua totum
euacuari ſolet; tùm vt materia prin-
cipalis. Poſſe autem ſubſtitui venæ
ſectioni hirudines, vel ex eò clarum
eſt, quòd non a partibus tantùm cu-

Earũ natura, et facultas.

Hirudines poſsũt ſubſtitui venæ ſectioni, & euacuare totum.

taneis, ſed è profundis etiam, & à
toto euacuant. Quod præter au-
ctoritatem Auicennę, qui id apertè
faſſus eſt; his etiam rationibus pro-
bari poteſt. Primò enim animalcu- 1
la hæc morſu aperiunt non tantùm
venas capillares, ſub cuti ſparſas,
ſed etiam magnas, vt docet experiẽ-
tia. Quid ergo obſtat, quò minus ad
hibita venæ, qua totum euacuatur,
quales ſunt venæ brachiorũ, & cru-
rum, è toto ſanguinem educant? Se- 2
cundò, per hemorroides euacuatur
totum *4 de San. Tuend 4 6. Epid ſect.
2. com. 2.* At hirundines commodiſſi
mè his venis applicantur. Tertiò, 3
Hirudinibus applicitis, tàm copio-
ſus interdum ſanguis euacuatur ex
Galeno *lib de ven ſect* 19. vt pro eo
ſiſtendo ad cauſticorum, & empla-
ſticorum vſum deueniẽdum ſit, imò
vt cachexia, & hydrops ſubſequan-
tur. At tantum ſanguinis quomodo
fieri poteſt, vt euacuetur ab illis, niſi
ex toto trahant? *Ex qua ratione*
etiam illud obitèr contra Maſſariã
conſtat, non tantùm tenuem, ſed
etiam craſſum ſanguinem educere.
Id quod & experientia conſtat, ma-
xime ſi, ſeparatis iam hirudinibus,
ex pręcepto Oribaſij *lib. 7. Collectan.
cap. 17.* locus ſpongia aqua calida im
buta foueatur; aut inſideat patiens
vaſculo aqua calente ſemipleno, aut
cucurbirtula magna, cũ multa flam-
ma applicetur, quanquam non raro
ipſe ſãguinis impetus vulnus ab hi-
rudibibus, licet peranguſtum, infli-
ctum plurimùm laxat, & dilatat.
Quod ſi Galen *lib. de hirudinib. &c.*
aliquando dixit ſubcutaneum tan-
tum ſangninem hirudines educe-
re, is de ijs loquutus eſt, vt ꝓ vacua-
tione locali, & particulari, cuti, nulla
habita ratione venarum, ſicut & cu-
curbitulæ, adhibentur. *Ex his verò
conſtat ſimul, quid de indicantibus,*
permittentibus, & prohibentibus hi
rudi-

Hirudines non tantùm tenuẽ ſed craſſum et iam ſanguinem educunt.

Obiectionis diſſolutio.

Indicētia permittentia, prohibentia hirudines.

rueines ſtatuendum ſit. Sunt enim eadem quæ in cucurbitulis: illud tātùm notandum, hirudinibus loco venæ ſectionis potius; quàm cucurbitulis nos vti, cum has prohibet, vel vitium aliquod in partibus, quibus adhibendæ erant; vel ſi patiens ijs non ſit aſſuetus, & eas deteſtetur. Quò etiam pertinet, vteri geſtatio, in qua cucurbitulis, quod hæ agitationem ſanguinis quoquomodo inferunt, hirudines tutiores ſunt.

Quātitas detrahēdi ſanguinis per hirudines.

Quoad rectum vſum hirudinum, ſi de *quantitate* ſermo ſit, conſtat in maiori læſione ſanguinis, & morbi, dummodo vires, & cætera, nihil obſtent, pro maiori detractione ſanguinis, plures: in pauciori, pauciores hirudines eſſe applicandas. Vbi illud obſeruandū ſi, vt non nunquam euenire ſolet, immodica euacuatio ſuccedat; ſiſtentia medicamenta adhibenda eſſe.

Nimia p hirudines euacuatio vt ſiſtēda.

Qua in re Galenus *lib. de hirundinibus*, vtitur farina cum cumino impoſita, cui ſuperdat lanam oleo imbutam, & deligatam. Ad eundem vſum valent linteolum aceto infectum; allium maximè ob venenum ab hirudine communicatum; gallæ combuſtæ vino, aceto, aut muria extinctæ: ſpongia prius pice liquida imbuta, deindè cremata, & puluereta 11. *Simplic. in fin. tit. Spongia.* Noſtri Chirurgi vtuntur fuligine, precipuè quæ ſartagini inhæret, goſſypioquè viſo cum albumine oui exceptis; quòd efficatius redditur, additis telis aranearum refertis farina. Ego alijs non conferentibus, ad inducendam cruſtam, vtor oleo ſulphuris cum melle, vel oleo calchanti, cum ſucco porrorum; vel ipſa aqua porri deſtillata, cui ſuperdo linteolum atramento ſcriptorio prius intinctum.

Modus applicandi hirudines.

Modus reſpicit ea quæ ſunt facienda ante applicationem, in applicatione, & poſt applicationem. Ante applicationem, duo facienda. Nam, & ipſæ hirudines præparandæ ſunt, & locus, cui applicari debent.

Quæ ſint facienda ante applicationem.

1 Circa primùm, non vſurpandæ ſunt hirudines ſtatim, ac fuerunt captæ, vt Aloyſius Mundella voluit, ſed per plures dies aſſeruandæ. Quare, vbi primùm captę fuerint, mucor earum, & virulentia ſpongia, vel linteolo detergēda eſt: deindè immittendæ ſunt in vaſculum amplum, acqua puriſſima, & dulci repletum, cui tantillum ſacchari admixtum ſit, eaquè frequenter permutanda. Sic enim à virulentia fiunt immunes, nec inferunt damna, quæ ab Auicenna recenſentur. Circa ſecundum, Orbaſius 1. *Synopſ. cap. 15.* & Aetius 1. *Tetrabib. ſerm. 3. cap. 22.* locum nitro perfricant, ſed illæ præterea, tùm ex ſanguine illitum, tùm lotionē ex aqua dulci, hic verò fotum ex eadem aqua addit: alij præter nitri affricationem locum ſcalpunt digito, vſquè ad ſanguinis eruptionem aut ſaltem cutis ruborem, priùs tamen deterſis ſordibus: alij lacte partem oblinunt, Rhaſis cœnum, & lutum adhibet propter conſuetudinem ſcilicet animaliū, quæ in luto degunt: Galenus vult partem inungi, quòd puto eùm intelligere, de illitione cùm ſanguine, aut aqua tepida. Omnes hi modi concedi poſſunt; ego tamen exiſtimò hunc maximè eſſe accommodatum, ſi abſterſis ſordibus, locus foueatur ſpongia aqua calida imbuta, vel permittente parte, cutis pars incidatur, vt ſanguis effluat, ac vena diſcoperiatur.

Quæ in applicatione.

1 In applicatione ipſa, partes fouendę ſunt linteis calidis, vel etiā ex Galeno oleo calido immerſis, ne impediatur exitus ſanguinis a frigore ambiētis.

2 deindè obſeruandum, an ſatis trahant vel non, & ſi trahant, totum illis negotium permittendum; ſin, ex *libro huic rei proprio.* Galeno cauda forfice

ce

ce amputanda, idquè tùm vbi ſugere cœperint, & reſecta cauda, digitis ſæpiè modeſtè pertractandæ ſunt (ſed reſectio hæc noſtro tempore non eſt in vſu:) tandem attractio eorum ſi ſiſtenda ſit, cinis, aut ſalis ori illarum imponendus. Poſt ſeparationẽ hirudinum Galenus ad veneni extractionem adhibet cucurbitulam.

Quæ poſt ſeparationem.

Græci, & Arabes fouent locum ſpongia imbuta tepida, aut etiam calida, maximè ſi copioſior ſanguinis fluxus deſideretur, qui tamen, quomodo prouocari poſſit, ſuprà dictum eſt. *De tempore, & loco,* nihil habeò quod dicam, pręterea, quæ ſuprà de cucurbitulis dicta ſunt; hæc duo tantùm circa locum noto. Primùm, circà hirudines quatenùs totum reſpiciunt, gratia euacuationis à toto, etiam venis ani, dummodo pars ea non ſit affecta, (exceptis tamen prægnantibus in quibus ſemper adhibentur brachijs) rectè hirudines applicari: quamuis hæc apertio veteribus fuerit incognita, aut ſaltem non vſurpata, quippè qui alijs modis, & maximè ſecta vena *lib. de hirudin cap. vlt. & de ſect. ven. 9 & 19.* inferiori, eam perficere conſueuere. Secundum circà eaſdem, quatenus particulari euacuationi inſeruiunt, eas nunquam admouendas hæmorrhodibus dolentibus, & tumentibus; niſi vbi materia fluxa ſui præſentia vincat alia indicãtia, quod cõtingit, vbi in toto non amplius redundat materia, quæ ad venas has fluere poſſit, Secùs enim materia potiùs in contrarium trahenda. Cæterum circa vbi agendum in vſu hirudinum, oritur inſignis difficultas, nullo modo hic negligenda. Certum enim eſt hæmoroides alias externas propagines venæ cauæ, alias internas ramos venæ ſplenicæ eſſe; modo cum hirudines applicitæ tantùm attingant externas, ergo à vena caua tantùm, non autem à ſplenica, imò nec ab hyppocondrijs euacuabunt, vt in affectione hyppocondriaca vſus illarum videatur ſuperfluus: Hanc difficultatem memini me aliquando in Conſultatione pro quodam Sereniſſimo Principe propoſuiſſe, atquè eam deſolutam fuiſſe bifariam, primùm quidem per id, quod à venis ramaſculi veluti luxuriantes diuaricantur, qui ſibi ipſis obuij faciunt Anaſtomaſim, & ſibi inuicem materiam communicat, vt hac ratione venis ſedalibus externis apertis facilè per ramulos illos communes, etiam internis paſſit fieri euacuatio ab omnibus venis hęmorhoidalibus; Secundò additum fuit à ſplenico vaſe ramum (id Anatomica inſpectione docente) deſcendere per inteſtinum colum, ad partem ſimam poſticam inteſtini recti, vt ſi parti huic curet Medicus Chirurgum adhibere hirudines euacuationem etiam fieri à ramo ſplenico pro certo ſit habendum. Et hæc de hirudinibus.

Quando, ac vbi, adhibendæ hirudines.

Inſignis difficultas de adhibendis hirudinibus venis ani.

Solutio.

De ſcarificatione malleolorum.

Cap. VI.

SCARIFICATIONEM perperam nonnulli eandem eſſe putant, cum cucurbitulis ſcarificatis, è quorum numero ſunt Auicenna, Cardanus, Capiuaccius, & quæcunque Galeni loca. *Vide infrà hoc capitulo.* quibus ait, ſcarificationem malleolorum vicariam eſſe venæ ſectioni, accommodant cucurbitulis.

Scarificatio diuerſa à cucurbitulis ſcarificatis.

Eſſe enim hæc duo diſtinctas reme-

remediorum materias, Tùm ex modo adminiſtrationis vtriuſque diuerſo; Tùm vel ex eò manifeſtiſſimum eſt, quòd *Oribaſ primo, Syn. cap.decimoquarto, & ſeptimo Collect. cap.decimooctauo, decimonono, & vigeſimo, Galen. lib.proprio cap quarto, Aetius 1. Tetrabib ſer. tertio, cap 21.* & cæteri, ſeparatim de vtriſquè tractant. Adminiſtratur autem eò inſtrumento, quod vulgò raſorium, Latinè nouacula dicitur; idquè triplici ratione. Fit enim alia breuis, ac ſuperficiaria; alia longior, & profundior; alia inter has media; quarum omnium hæc eſt differentia, quòd ſuperficiaria non trahit à longinquo, & vix quicquam reuellit, & deriuat, ſed humorem tantùm in ſumma cute exiſtentem euacuat; contra longæ ac profundæ faciunt, quæ tantùm ſanguinis educunt aliquando, vt animi deliquium inducatur: media medio modo ſe habet.

Scarificatio quomodo fiat, & quotuplex

Scarificationis natura, & facultas.

Quod ad naturam ſcarificationis attinet, Galenus varijs in locis eam partim reuulſoriam, partim euacuatoriam conſtituit: & hāc rurſus aliam, quæ partis determinatæ, aliamquè totius euacuationem molitur. Reuulſoriæ meminit, 13. *Meth. cap* 5, vbi laborante manu iubet ſcarificare crura, & contrà Sub hac autem deriuatoria etiam continetur, qualis eſt ferè ea, qua crura in hydrope inciduntur. De euacuatoria parti determinatæ accomodata loquitur libello proprio *cap* 4. & alibi paſſim. Conuenit autem in phlegmone, vt inhibeatur ſuppuratio, induratioq; in tumoribus flatuoſis; in hydrope, in quo memini feliciter me illa in cruribus tumidis vſum; in gangræna, anthrace, bubone peſtilenti, morſu venenato, item in vlceribus antiquis *Galen 4. Met 6 ex Hippocrate lib de Vlceribus*, quæ non ſanantur, quia ſanguis in illis contentus pernicioſa eſt qualitate affectus. Euacuatoriā totius proponit omnibus ijs locis 2. *aph.* 17. 4 *de Tuen Sanit. cap.* 4 *lib de vene ſect. cap* 11. quibus ſcarificationem malleolorum idem ait valere, quòd venæ ſectionem, potiſſimùm ſi ſanguinis redundātia in corpore aceruata fuerit ob euacuationem ſolitam, per hæmorrhoides, aut vterum, cohibatā quib⁹ in caſibus non expedit ſæpiùs in anno venam facere. Ex his omnib⁹ ſcarificationem generibus, omiſſis alijs, de ea ſola agemus quæ totius euacuationem molitur, idque breuiſſimè tanquam de ea, quæ noſtris temporibus omninò in vſu eſſe deſijt, & cui ferè cucurbitulæ ſcarificatæ ſubſtituuntur.

Scarificatio euacuatoria totius quid.

Eſt igitur ſcarificatio hæc materia euacuans ſanguinem, ſenſim, & longo tempore ſed immediatè, & tū aliqua moleſtia. Cum aliqua moleſtia, ad differentiam hirudinum; immediatè, ad differentiam cucurbitularum inciſarum, quæ præter ſcarificationem, media etiam cucurbitula, cum flamma admota, ſanguinem proliciunt.

Indicantia huius ſcarificationis.

Indicantia ſcarificationis ſunt eadem illa, quæ cucurbitularum venæ ſectionis vicariarum, ſanguinis vitium, & morbus ab eo magnus. Vbi tamen illud notandum circa ſanguinis vitium, indicari à ſanguine præcipuè tenui. Id quòd ex Galeno ſatis clarè colligitur, dū ait *libro de ſect. ven capitulo* 11 ſcarificatione hac vtendum eſſe, loco ſectionis venæ in fœminis, quibus ſuppreſſi menſes, albidioribus tamen, vt quæ ſanguinem magis tenuem colligunt: in nigrioribus verò, vt quę ſanguine ſcatent craſſo, & melancholico, ſecandam eſſe venam: item dum ſcriptum reliquit *ibidem capitulo* 18. non ità iuuari iſchiadicos à ſcarificatione, vt à ſectione venę, eò quòd craſſum habeant in articulo femoris

ermitiẽs. ris ſanguinem. Permittens ſunt vires, ſed debiliores quàm vt venę ſectionem tolerare poſſint, quales ſunt in fęminis albidioribus, pueris, ſenibus, &c.

De loco cui adhibenda varię ſententię.

Quoad rectum vſum *circa locum* cui adhibenda ſit ſcarificatio hæc, maxima eſt controuerſia. Alij ſiquidem, vt *Cent. 1. curat.* 18. Amatus Luſitanus, & brachijs, & cruribus adhibent. Aegyptij, & Syri apud Ioan. Iacobum Mannum, & Proſperum Alpinum *de Med. Aegypt. lib.* 3. ſuram incidunt, longis, & profundis ſcarificationibus, & inde citiſſimè, & largiſſimè ſanguinem detrahunt, idquè citrà magnum dolorem, quòd eò fieri credit doctiſſimus Alpinus, quia pars ante ſcarificationem, ita contunditur, & verberatur, omnem vt ſenſum amittat. Galenus ferè ſemper malleolorum meminit, id eſt partium malleolis proximarum, vnde, & paſſim ſcarificatio malleolorum dicitur. Sed inciſio harum quomodo cum fructu, & tutò poſſit adminiſtrari, difficilè eſt intelligere. Cum enim nerui; multis præditæ ſint, & quidem vnò inſignis magnitudinis, non videtur, qua ratione citrà doloré ingentem, & cõuulſionis periculum poſſint ſcarificari. Adde ꝙ itá ſint aridæ, & exangues, vt tantũ ſanguinis, quantũ vult Galenus, & veteres medici, ex ijs extrahi poſſe nequaquam ſit credibile.

Sententia propria.

Ego de hac re tota ita exiſtimo, imprimis ex Galeno nihil de ea haberi poſſe certi, vt potè qui, licet malleolorum frequẽtèr meminerit, tamen, & crurum quoquè, & brachiorum ſcarificationem proponit, vt ſuprà dictum eſt, Deindè ita ſtatuo, tùm Galeni, tùm prædictorum medicorum auctoritate motus, obiri poſſe ſcarificationem hanc, neceſſitate poſtulante tùm in cruribus, tùm in brachijs, & vtramq; quidem ad euacuationem totius facere, ſed illa tamen, quæ in cruribus adminiſtratur, maximè euacuari plenitudinem, ex ſuppreſſis menſibus, & hæmorrhoidibus ortam, vt ſuprà ex Galeno dictum eſt: ea autem, quę in brachijs fit plenitudinem citrà has occaſiones coaceruatam.

Modus adminiſtrandi.

Modus autem adminiſtrandi erit, vt pars ſcarificanda priùs in calidam immergatur, ac vehementèr fricetur, manibuſquè contrectetur, arctè deligetur; & tandem incidatur, ea ſeruata inciſionis ratione, quàm ex Antillo profert *loc. ſup. citato* Oribaſius, id eſt inciſionibus profundis, & longis. Ad dolorem pręcauendum, qui ex inciſionibus eiuſcemodi neceſſario oritur, quid Aegyptij faciant, iam explicatum eſt. Et hæc de ſcarificationibus, quarum tamen rectam adminiſtrationem, ad Galeni, & veterum mentem, ſummoperè ab alijs edoceri cupio.

Tractatur de materijs Chirurgicis, quæ ſenſibilitèr euacuant, ſed ſuccum diuerſum à ſanguine, id eſt, de cauterijs, & veſicatorijs; Et frictionibus. Cap. VII.

Cauteriorum, & Veſicatiũ indicẽtia permittentia, & prohibentia.

MATERIAE, quæ ſuccum diuerſum à ſanguine euacuãt duorum ſunt generum, vt dictum eſt, Cauteria, & Veſicantia. Vtrumquè horum ichorem ferè ſemper euacuat. Vnde, & vtrumquè indicatur à copia, & motu prauo ipſius ichoris, eſtquè vtrumquè materia tùm euacuatoria, tùm reuulſoria, ac deriuatoria. Permittitur verò à partibus ſanis, & prohibetur ab infirmis. Nunquam enim audax eſſe debet medicus in affigendis cauterijs, vel veſicantibus parti alicui vel dolore, vel tumore, vel aliquo alio affectu laboranti, niſi affectus ſit inueteratus, & maximè perticax. Prohibe-

hibetur etiam vtrumquè hoc remedium; ab vlcere in aliqua parte exiſtente. Pars enim vlcerata, nec cauterium, nec veſicans admittit.

Quātitas anteriorum.

Quo ad rectum vſum attinet, ſi de cauterijs ſermo ſit, *vide de cauterijs Reſp. noſt. med. reſp. vltim. Item Galen paſsim, ſed præcipuè 5. Simpl. c. 15 et 27. 10. Sympl. c. de Sero. de Theriac. c. 16. 13. Meth. c. 6. de quantitate*, ità decerno, eo plura, & magis profunda eſſe paranda, quò materia morbifica in corpore magis lædit. *De modo.*

Modus inſigendi cauteria.

Parantur cauteria pluribus modis. Primò traiecto filo ſerico cum acu, per cutem duplicatam, tenaculis apprehenſam, & ferro acuminato ignito perforatam, quæ cauteria communitèr vocari ſolent ſetacea.

Setaceum

Cauteria potentialia, & actualia.

Secundò igne, vel actuali, cùm ferro ſcilicet candenti, vel potentiali, nempè cauſtico, parato ex aqua ſaponis ad ſpiſſitudinem cocta, cui in fine modicum butyri adiectū ſit. Circà quòd tamen ſecundùm cauterijs genus, ſciendum eſt, ignem actualem magis probari, duobus in caſibus.

Igne actuali quib' in caſibus magis vtēdum.

Primus eſt, ſi pars, cui cauterium inſigendum eſt, ſit præcipua ac nobilis, vel ſaltem roboratione indigeat; quo nomine capiti ſemper cauterium actuale eſt adhibendum. Alter caſus eſt, ſi cita purgatione, & euacuatione, exiccationequè indigeamus. Cæterùm quocunquè horum modorum excitetur cauterium, ſiue ignè potentiali, ſiue actuali, ſiue cùm, ſiue ſine fili traiectione, oportet vſquè ad putrefactionem, & ſeparationem eſcharæ inductæ apponere butyrum cum folio braſſicæ, eouſquè, quouſquè eſchara ipſa ſeparata fuerit.

Quomodo tractādu cauteriū factum cum filo.

Deindè, ſi cauterium factum ſit, cum filo ſerico, adhibenda eſt petia linea duplicata, in cuius medio ſit folium hederæ, vel adhibendum eſt ceratùm diachylon gummatum, vel ceratum ex minio, vel quòd ſacrum dicitur. Si verò paratum ſit ſine filo, immittenda eſt in foramen pila cerea, vel granum ciceris albi, aut piſorum maiorum, vel pila ex radice hederæ, aut etiam argento perforato parata, & ſi materia attrahenda ſit, vt in aridis cauterijs, à quibus nihil eſſluit, pila cerea cum puluere agarici, colocyntidis, ellebori vtriuſquè, & diagridij, cauterio autem repleto pila, ſiue grano aliquo ſuperdanda papyrus bibula, vel petita linea cum folio hederæ, vt dictum fuit: & ſi cauterium irritetur à pilis, & granis iam dictis, poterit ipſum placari vnguento albo Pauli, vel ex ſuccis.

Sine filo.

Tempus inſigendorum cauteriorum.

Tempus idoneū parandi cauteria eſt, vbi præſens eſt materia, per cauteria euacuanda: & idcircò etiam tamdiù conſeruanda ſunt, quamdiù perſeuerat præſentia illius materiæ, & cauteria ipſa materiā euomunt, & euacuant: imò in aliquibus vſquè ad finem vitæ neceſſarium eſt cauteria geſtare. Vbi tamen notandum, quòd cauteria in parte principe, & ob id in capite, non niſi ad annum ſint detinenda.

Locus ſetaceorum.

Quoad locum ipſorum cauteriorum, ſtatuo ſetacea ceruici, abdomini ad hypocondria, ſcroto ac tandem omnibus partibus cutaneis, quæ tenaculis apprehendi queunt, alia verò cauteria ferè cuilibet parti adhiberi poſſe, potiſſimùm verò ſyncipiti, occipiti, humero, regioni ad hos ſacrum, articulationi femorum, femoribus in parte domeſtica ſuprà genù, nec non, & cruribus, ea tamen ratione, vt ſi adhibeantur gratia euacuationis, excitentur ſuprà locum affectum; ſi deriuationis ſuper partem propinquam loco affecto: ſi reuulſionis, ſuper partem diſtantem, & oppoſitam. Et de cauterijs quidem ità breuitèr; de quibus qui plura

Cauteriorum aliorum.

volet, is Reſponſiones noſtras medicas 43. *fol.* 140. *& tractatum de catharo* adeat, vbi de ijs pleniſſimè.

Veſicantium materia, & formula:

Veſicantia, *quorum meminit Gal. 6. Local cap. 25. Local. &c.* tametſi ex pluribus medicamentis parentur, nimirum ranunculo, flammula Iouis, euphorbio, thapſia, ſynapi, ſtercore columbino, & cantharidibus: nihilominus mihi vſitata ſunt, quæ parantur hoc modo. *Recip. cantharid. præpar. drach. vi. Synapi drach. ij. fermenti acris unc. ß. caricarum pinguium num. vi. ſem. ameos drach. i. M. & cùm aceto ſcyllino, vel aqua ardenti f. paſta:* cui extenſæ ſuper corium, vel linteum ad vigorandum medicamentum ſuperdari poterit puluis cantharidum. De horum verò vſu hæc notanda ſunt. *De quantitate.* Quò maior eſt læſio materiæ morbificæ indicantis, eo & plura, & maiora ſunt adhibenda veſicantia.

Quãtitas.

Modus adhibẽdi.

Quoad modum agendi certũ eſt paſtam illam extendi debere ſuper corium, vel linteum, vt dixi, ad formã, & figuram coronati argentei.

Tempus.

Tempus accommodatum horum veſicãtium, deſumendum eſt ex præſentia materiæ morbificæ indicantis.

Locus cui applicantur.

De loco verò ita ſtatuendum eſt, adhibenda eſſe cruribus ſupra talum, & femoribus ſupra genu in parte domeſtica, brachijs verò paulò ſuprà carpum, humeris, ſcapulis, occipitio, ſyncipiti, tandemq; cuilibet parti corporis, dummodo ab vlcere, & tumore ſit immunis.

Frictiones ac earum vſus.

Frictiones ſenſibilitèr euacuantes conueniunt in mouendis ſudoribus, & fiunt toti corpori per manus, aut madefactas ex Auic. in aqua, & vino, aut illitas oleo aliquo relaxanti, ac rarefacienti, quo ſpectat ſpongia madefacta in decocto camomelli, anetri, quæ omnia actu calida admouenda.

Agitur breuitèr de materijs Chirurgicis euacuantibus inſenſibilitèr.

Cap. VIII.

Materiæ Chirurgicæ inſenſibilitèr euacuãtes quinquè.

MATERIAE Chirurgicæ inſenſibilitèr euacuantes, vt dictum eſt, quinque numero ſunt, cucurbitulæ ſiccæ, picationes, frictiones, vincula, & lotiones. Dicuntur verò hę materię euacuatorię, quia trahunt ab vna parte ad aliam. v. g. cucurbitulę ſiccę euacuãt, quia trahunt a centro ad circumferentiã, necnon indifferentèr à qualibet parte. Pręterea aliquę ex hiſce materijs euacuãt inſenſibilitèr, quia diſcutiunt, & vaporoſam digeſtionem moliuntur, vt cucurbitulę, picationes, frictiones, & ligationes.

Cucurbitula ſicca.

Quod igitur ad cucurbitulas ſpectat, cũ adhiberi poſſint, & ad euacuandum, & ad reuellendum, & ad deriuandum, *Vide Galen lib. de hirudinibus cap. 3. & 13 Metho 19 &c.* illud circa locum earum notandum eſt, eas, ſi adhibeantur vt euacuatorię, applicandas eſſe parti affectę: ſi verò veniant in vſum, tanquam deriuatorię, loco vicino parti affectę: ſi tanquam reuulſorię, loco diſtanti.

Picationes.

Picationes potiſſimùm fiunt ad attrahendum alimentum, ad partem aliquam corporis emaciatam. 14 *Meth. cap.* 16. Fiunt autem hunc in modum. Accipitur corium; deinde ſuper illud extenditur pix naualis ſula, & liquida; tùm corium illud parti emaciatę circumuoluitur, & poſtquam firmitèr hęſerit, maxima vi à parte illa ſeparatur, & euellitur. Hoc verò genus remedij, ſingulis diebus repetendum eſt, quouſquè pars rubeſcat, & intumeſcat, & vbi medicus cognouerit alimen-

tum

tum ſufficientèr attractum fuiſſe, ab vſu illius deſiſtendum. Sed circa modum agendi notandum eſt, partem illam priùs abradi debere, & à pilis immunem reddi. Prætereà imperandum, vt pars oppoſita obducatur faſcia, non tamen valdè arcta, & adſtricta, vt hac ratione ſimul alimentum ab hac parte ad emaciatam pellatur, & motus attractionis, qui fit à picationibus, iuuetur, & vigoretur. Tametſi Picatio apud antiquos, alio modo vſurpata fuerit, nam picem in oleo liquabant, mox ea calida partem antea fricatã illiniebant, atq; eam tamdiù, detinebant quouſque frigeret, mox auferebant, rurſusq; aliam adhibebãt, quamdiù pars ruberet, & turgeret, quod genus medicamenti communitèr Dropax ſimplex dicitur. Huc cognatione quadam referri poſſunt, percuſſiones cum ferulis factæ in certis partibus, ἐπικρούσεις, & καλακρούσεις, veteribus dictæ. Eundem enim cum picationibus vſum habent, vt fusè docet Galenus 14. *Meth. cap.* 14 exemplo pueri cuiuſdam, cui hac arte, nates excarnes, à mangone breui tempore reſtitutæ fuere.

Frictiones. Frictiones *Galen. 2. de San. Tuend. cap. 3. & 4. & lib 3. ibid cap. 2.* duplices fieri ſolent, ſiccæ, & humidæ. Siccæ, *quoad modum* agendi, adminiſtrantur, vel manibus ſolis, vel pannis aſperis, vel ſacculo repleto ſimplicibus moderatè calidis & detergentibus, aut aliquibus alijs, pro diuerſitate indicationum, quibus per frictiones ſatisfacimus. *Quoad locum* ſolent adhiberi modò cruribus femoribus, dorſo, ſcapulis, humeris, brachijs, pectore, ventri, & proinde toti corpori: modo alicui parti determinatæ. Ad quas meo iudicio, aptè referri poſſunt pectinationes, ſeù capitis frictiones factæ cum pectine. Frictiones humidæ, adhibentur locis prædictis, vel per manus oleo aliquo inunctas, & liquore aliquo accommodato madefactas, vel per ſpongiam vino, aut decocto aliquo imbutam. De quibus frictionibus omnibus noto reuulſorias, deriuationes, ac euacuatorias eſſe poſſe pro diuerſitate partium, quibus applicantur, vt de cucurbitulis dictum eſt. hinc e.g. in ſuperpurgatione quæ fiunt artibus reuulſoriæ dicuntur.

Deligationes. Deligationes fiunt in artubus parum ſuprà articulos *Vide Gale com. 2. lib de ijs, quæ in medicatrina fiunt,* Quę ſi fuerint arctæ valẽt in ſopore facultatis.

Lotiones. Lotiones fiunt vel cum aqua ſimplici calefacta, vel cum aqua decoctionis, aliquorum ſimplicium, prout indicationum diuerſitas hortari videtur, & adhibentur modò partibus extremis. vti cruribus, & brachijs, modò etiam ipſi capiti.

Circà omnes verò has, quę dicta ſunt, materias, illud in communi notandum eſt, vt ſcilicet adhibeantur vbi præſens eſt indicans, ea tamen conditione, vt abſit prohibens; ſicuti eſt cibus in ventriculo, & vlcus, vel tumor, vel aliquid aliud ſimile circà partes quibus ſunt adhibendæ.

Materiæ Chirurgicæ certis affectibus propriæ enamerantur.

Cap. IX.

MATERIAE Chirurgicę, quæ aliquibus præternatu-

ram affectibus propriæ ſunt cum ſint variæ, ne nimiùs ſim, illas tantùm in medium proponam, abſquè eo, quòd diffuſè natura, & rectùs illarum vſus, explicetur. Nam prę terquàm, quòd hæ potiùs ad Chirurgum attinent, infrà etiam, inter materias Pharmaceuticas, non pauca, quæ ad illarum cognitionem, & rectam vſurpationem, conducunt, proponenda venient, idquè ſumma cùm ratione, quoniam materiæ Chirurgicæ huius cenſus, ferè à Pharmacis ſeparatæ adminiſtrari nequeunt. *Vid. huc ſpectantia apud Galen. in comment. ad lib. Hippocr. de fractur. de articulis, de officina med. lib. 6 prioribus, & poſtremò Metho libro de Tumor. præternat.* Omnes igitur materiæ hæ, in capita redactæ, diriguntur vel ad tumores præternaturam, vel ad fracturas; vel ad luxationes, vel ad vulnera; vel ad cicatrices, poſt ſanata vulnera, remanentes. Sunt & aliæ materiæ ſimiles quæ & ad ſananda, & exploranda varia corporis mala faciunt. *Quæ ad tumores* ſpectant, ſunt duæ ferrum, & cauſticum. Ferrum adhibetur vel ignitum, vel incidens. Per cauſticum verò, intelligo omnem materiam medicam quæ vrit, & partes etiam profundas attingens eſcharam inducit, partemquè ipſam corrumpit, ad differentiam earum, quæ inſignitèr calefaciunt, ſed non corrumpunt. *Quæ ad fracturas* referuntur: materiæ Chirurgicæ, duplices ſunt Vel. n. referuntur ad fracta, quæ nondum cohærent, ſeù, ad fracturas nondum accomodatas, vel ad fracta iàm coaptata, ſeù, quòd idem eſt, ad fracturas, accommodatas. Primi generis ſunt manus, funes, habenæ, item machinamenta. His. n. partes fractæ ſimul committuntur, quanquàm, & ſciam aliquandò lima etiam, ferro, & ſcalpello opus eſſe.

Materierum Chirurgicarũ certis affectib. propriarum ſumma capita.

Materia Chirurgica ad tumores.

Ad fracturas.

Ad hoc verò genus non ineptè mihi referri poſſe videtur perterebratio, capitis vulneribus, ſeù potiùs fracturis peculiaris. Et item Abraſio, vbi vulnera capitis ſibi adiungant ſedem teli in oſſe: illa verò ſit terrebra perforante, hæc ferramentis Abraſorijs. Quanquàm *de hac vide Hippocr. lib. de vulneribus capit. & Galen. lib. 6. Meth cap. 6.* de ea illud notandum eſt, à quibuſdam recentiorum eam non in fracturis tantùm capitis, ſed in pertinaci etiam, & rebelli capitis dolore, imò etiam in epilepſia adhiberi. Qua de re alibi fuſiùs, Secundi generis ſunt eę quas, medicus adhibet, vt partes commiſſas, & coaptatas conſeruet. Harum autem quædam conueninnt in fractura ſimplicitèr, vt faſciæ, plagulæ, ſplenia, & ſimilia: quædam. v. in fractura cùm vulnere, vti ſutura, & fibula. *Materia Chirurgica ad luxationem* pertinentes, aliæ ſunt, per quas luxatio amouetur, parſq; in ſuum locũ reponitur aliæ per quas eadem pars, iàm repoſita, in loco ſuo conſeruatur. Quę membrum reponit materia, ea multiplex eſt, nimirùm manus, funis, & habena, machinamentum, & aliquãdo etiam globulus, ex panno lineo paratus. Quæ conſeruat compoſitũ eſt faſcia, ferula, ex corio vel ex dẽſa, & craſſa papyro, vel alia materia ſimili. *Materia Chirurgica quæ* vulnus reſpicit, & ipſa varia eſt. Nam & ligatura, & fibria, & ſutura, & glutinum à Chirurgo vſurpanda ſunt. *Cicatrix derelicta* à vulnere ſanato, ſi turpitudinem inferat, aliquando ad eã remouendã medicus opus habet ſcalpello, & ferro inciſorio. Sed circa has materias proprias

Materia Chyrurgica ad luxationem.

Ad vulnera.

Ad cicatrices.

in

in ſpecie illud notandum eſt, ſi ob vulnus inflictum deperdatur aliqua pars, vti auris, naſus, & labium, ſic quoq; varias materias Chirurgicas occurrere; quę tamen, quoniam ad prędictas referuntur, atquè etiam ab his, qui de Chirurgia curtorum ſcripſerunt, pręcipuè verò ab Excellentiſſimo Taliacotio, feliciſſimę recordationis, fuſè proponuntur, idcirco conſulto à me interim etiã omittuntur, Alię verò materię Chirurgicę quoq; certis affectibus proprię remanent, vti in Vrinę retentione, & ardore, in illa enim ſicuti, & in difficili eius reditu probatur ſyringa argẽtea, ſtellus Plumbeus, & Candella, quibus etiam, & in caruncula in meatu vrinario, vel lapis, vel grumus ſanguinis, vel humor craſſus viſciduſq; exiſtat exploratur, quę & lapidem in veſica detegunt, verùm gratia grumi ſanguinis ad pręcauenda ſymptomata formidabilia ſectio in Perineo cõuenit. Paritèr in vrinę ardore laudatur Cathetar pro inijciendis medicamẽtis attemperantibus; Pręterea pro vteri deſcenſu candella immittitur in pudendum, vt ſurſum vterus impellatur, qui vt ſurſum paritèr attrahatur vmbellico cucurbicula magna eſt adhibenda. Pręterea in eiuſdem vteri, vel alterius partis vulnere, ac vlcere catheter paritèr conuenit pro inijciendis medicamentis ad hęc pro ſanandis, atq; explicandis varijs malis ani, & vteri, tùm ſpeculum vocatum, tùm eadem candella ſunt neceſſaria; ampliùs pro excitãda facultate ſopita frictiones aſperę, Cucurbiculę cùm multa flamma, tractionarium, & aurium, Punctio phantarum manuum, & pedum, euulſio pilorum Barbę in viris, pudendi in fęminis ſuffocatis conueniunt. Pro euacuando ſucco tùm aquoſo, tùm pituitoſo in hydrope plurimùm laudo inuſtiones in cruribus ſupra malleolos; itaut vlcus excitetur, quod diù apertum aſſeruetur. Paracenteſis, abdominiſq; perforatio in eodem mali probatur à Medicis. Poſtremò ſunt materiæ ſanguinem ſupprimentes de quibus in inferiori cap. xxxv. ob commodiorem doctrinam. Atq; hęc ſunt, quę in communi & ſub typo veluti, de materijs Chirurgicis in medium mihi adducenda putaui. Reliquum eſt, vt deſcendam ad Pharmaceuticas.

SECTIO II.

Particularis exercitatio circà materias Pharmaceuticas inſtituitur.

HOC EST

Quomodo materię Pharmaceuticæ ſeligẽdę ſint, & rectè adminiſtrandę, ſigillatim oſtenditur.

Materie Pharmaceutica omnes per capita ennumerantur, & ordo in ijs tradendis conſtituitur.

Cap. I.

Ordo tradẽderam.

IN tradendis materijs Pharmaceuticis vt ne, ob immenſam earum multiplicitatem ſuboriatur cõfuſio, ordine hæc duo præſtabimus. Primùm varietatem illarum omnẽ, & multiplicitatem ad genera redactã, ſub vnum veluti oculorum intuitũ ſubiciemus: deindè de vnaquaquè illarum ſigillatim, quantum ad propriam facultatem attinet, & rectum vſum, pertractabimus De primo. Pharmaca omnia, vel dirigũtur *ad Glau c.1.* ad res præternaturam, vel ad res ſecundum naturam. Quæ ad res ſecundum naturam referũtur, ea vitalia dicuntur. *De his ſectionis huius cap. 2.*

Pharmacorum diuiſio.

Pharmaca reſpiciẽtia res ſecundum naturam.

Quæ ad res ſpectant præternaturam, ea in triplici ſunt differentia. Vel enim cauſam, *De conſtit. art. ca. 15.* morbificam reſpiciunt, vel morbum, vel Symptomata. Quæ cauſam reſpiciunt, ea ad hæc capita *de his à ca. 3. vſque ad c. 24.* reuocantur, ad Lenientia, Præparantia, Purgantia, Alterantia, Alexipharmaca, Deriuantia, Reuellantia, Repellentia, Intercipientia, expellentia, impellentia, & attrahentia. Ratio huius numeri eſt. Quia cauſa ſeù materia morbifica, conſideratur vel vt iam genita, vel vt generatur, ſeù, quòd idem eſt ſecundum generationis ſuæ principia. Si conſideratur, vt iam eſt genita, vel lędit ſubſtantia, v. g. putredine, & euacuantia poſtulat, & ſi ſubſtantiæ vitio, putredini, adiungatur pręterea qualitas venenata, vt fit in febribus peſtilentibus, etiam Alexipharmaca: *vide inf. c. 22.* vel copia, & rurſus euacuantia probantur: vel motu, & eadem conueniunt: Quatenus deriuantia, ac reuellentia ſunt, & præter ea repellentia, atquè intercipientia, vel tandem eadem materia conſideratur, vt quietè lædit hinc ex vſu erant expellentia per partes vicinas magis, aut minùs: impellentia, atquè attrahentia, qua dolorem, & calorem inducunt: *de his capitulo 23.* Euacuatio autem omnis tribus perficitur. Lenientibus, Præparantibus, Purgantibus, purgationis ſcilicet vocabulo latè accepto. Nam materia euacuanda vel ſtatim cedit medicamento euacuanti, & huc pertinent Lenientia: *de his c. 3. 4. 5.* vel non cedit, ſed requirit, antequàm cedat, apparatum, & huc ſpectant præparantia, *de his c. 6.* quæ ſubſequuntur. Purgantia latè accepta, vt infrà explicabitur *Vid. inf. à ca. 7 ad ca. 21.* Si conſideratur, vt generatur, ſeù ſecundum generationis ſuæ principia, ſic alterantia poſtulat, quæ corrigunt varias viſcerum *de his ca. 22.* intemperies, tanquam cauſas effectrices ipſius materiæ morbificæ. Medicamenta, quæ reſpiciũt *de his à ca. 14. ad 33.* morbum, corigunt vel intemperies; vel morbos in mala compoſitione, vel conformatione nimirum magnitudine, numero, ſitu: vel ſolutam vnitatẽ. Quę reſpiciunt Symptomata, ea trium ferè *de his à ca. 33. ad fin huius ſect.* ſunt generum. Vel enim circà dolores verſantur, vel circà ſtuporem corporemque facultatis corporis rectricis, vel tandem circà fluxum immoderatũ. Ex omnium enim Symptomatum congeriè, hæc ferè ſunt ſolã, vel ſaltèm præcipua, quæ medici operam ſeorſim a cauſa, & morbo exigunt. Atq; hæc

Pharmaca reſpiciẽtia res præter naturam.

Cauſam morbificã.

Morbum.

Symptomata.

hæc ſunt ſumma omnium medicamentorum genera, de quibus, tractare nobis propoſitum eſt: ſequitur, vt ſingula ordine, quò diximus, perſequamur, exordio ab ijs facto, quæ res ſecundum naturam reſpiciunt, & Vitalia dicuntur, idq; eam ob cauſam, quòd res ſecundum naturam, & dignitate, & naturæ ordine priores ſunt, rebus præter naturam.

De medicamentis, quæ ad res ſecundum naturam diriguntur, vulgò vitalibus dictis, agitur.

Cap. II.

Medicamenta vitalia triplicia. MEDICAMENTA vitalia, ad tria conſeruanda redigũtur, ad proportionem viſcerum: Ad debitam ſpirituum, & calidi innati tùm quantitatem, tùm qualitatem, ac tandem ad eiuſdem calidi innati motùm.

Reſpicientia proportionem viſcerum. Medicamenta, quæ reſpiciunt proportionem viſcerum, ſola experientia adinuenta ſunt, & varia *de his Galen. 5. Sympl. ca. 24. & libro de Theriac. ad Piſon. cap. 4. & de comp. med. per gen. cap. 1.* ſunt pro varietate viſcerum, *Cæphalica* Cæphalica, *Ophthalmica.* Ophthalmita, Cardiaca, &c. Ratione igitur *capitis* frigidioris conueniunt ſaluia betonica, anthos, & ſtechas: ratione calidioris, roſę, violæ, lactuca, & nymphea. Ratione *oculorum* proſunt, ſi ſint plùs iuſto excalefacti, roſæ, rubræ, plantago, vinum granatorum; aliàs verò euphragia, chelidonia, verbena, ſemina rutæ, & feniculum: ſed & viperæ præparatæ mirùm in modum valent. *Pulmon.* Ratione *pulmonum*, probatur pulmonaria, tuſſilago adiantum: probantur iuiubæ, ſebeſten, liquiritia. Cornu cerui prępar atũ, & pulmo vulpis præparatus. *Cardiaca* Ratione *cordis* calidoris, laudantur violę, roſæ, ſmaragdus, hyacinthus, coralliũm, ebur, camphora, ſantali, margharitæ: ratione frigidioris, borrago, bugloſſum meliſſa, ſpica nardi, roſmarinus, caryophilla, nux muſcata, maſtix, cortex, & ſemina citri, moſcus, & ambra. *Thoracica.* Ratione *Thoracis* in affectu frigido locum habent, heleniũ, marrubium, ſcabioſa, botris vrtica, iuncus odoratus, iris, ſemen lini, liquiritia, Origanum, Terebinthina, ammoniacũ, & aromata: in affectu calidiori hordeum, atquè alia ſuprà, vbi de pulmonibus, enumerata. *Stomatica.* Ratione *ventriculi* calidi in vſu ſunt roſæ, violæ, intybum, plantago, ſantali: ratione frigidioris, menta, abſynthium, maſtix, aloè, aromata. *Hepatica.* Ratione *hepatis* frigidi abſynthium, eupatorium, ſpica nardi, aſarum, rhaponticum habent vſum: ratione calidioris, cichoreum, ſemina frigida maiora, & minora. *Splenica.* Ratione *lienis* calidi conueniunt acetum, pomum cotoneum, corallium, inthybum, & ſanatali: in frigido capparis, tamariſcus, ſcolopendrium, rubea tinctorum, cyclaminum, filix, vitex, amygdalæ amaræ. *Nephritica.* In *renibus* calidis probantur, Tragacantha, myrtus, ſemina maiora frigida, malua, gramen, nymphæa, in frigidis, radices aperientes, ſaxifragia, cicere rubei, amigdalæ amaræ, nuclei pini. *Hyſterica.* Gratia *vteri* calidi probatur acacia, medicamentũ ex ſantalis: gratia frigidis artemiſia, meliſſa, betonica, matricaria, nux muſcata, ſaluia. *Articularia.* Ratione *iuncturarum* calidarum conuenit cichoreũ, endiuia, bolus armena: ratione frigidarum hypericum, betonica, & iua. Ex his verò omnibus parantur medicamenta, tùm interna, tùm exterua, ſub varijs formulis, vt ex dicẽdis in progreſſu clarùm fiet, vbi veluti communia dabuntur præcepta pro hoc negotio.

Medicamenta, quæ quantitatem ſpirituũ reſpiciunt, quantitati quoquè calidi innati proſpiciunt, nam calidum hoc eſt ſubſtantia ſpiritu, & calore perfuſa, vt medicamenta eadem quantitatem ſpirituum, ac calidi innati vna reparent. Imò eadem qualitas calida in vtriſque pro ſui conſeruatione moderatè calefaciẽtia poſtulat Quę igitur quãtitatẽ ſpirituum illico reſarciunt ſunt odorata tùm ſimplicia, tùm compoſita.

Medicamẽta ſim. quantit. aequa ſpiritui, & calidi innati.

Simplicia quidem vti ſunt roſæ, violæ, ſantali, camphora, acetum roſatum, vinum creticum, & odoratum, aqua roſ. florum citri, & arantij, oleumquè ex eiſdem floribus, iaſminum, & ex nuce moſcata paratum, tandem moſcus, & ambra. Compo-

Compoſita.

ſita ſunt Gallia muſcata, & alephãgina, confectio alchermes, ex hyacintho, ac diamoſcum vtrumque, & diambra.

Doſis dict.

Doſis maior, & minor pro maiori, & minori noxa ſpirituum, ac calidi innati, ac variæ formulæ prout, & extra, & intra vſurpantur.

Modus, vſus, & locus externa.

Extra quidem varijs modis, & primum ſub forma odoramenti biſſariam, quatenus prædicta ferè omnia, & citrà aliquam aliam, præparationem ad odoratum afferuntur, & aliqua in puluerem redacta cum liquoribus prædictis excipiuntur, in Phyalaquè vitrea anguſtioris foraminis reponuntur, quæ quidem Phyala agitata naribus admouetur ſæpè. vt e. g. ℞. *ſandalorum omnium an. gr. iij. Galliæ muſ. gr. i. pro pauperibus Gallia alephang. gr. iij. vini cretici, aquæ roſ florum citri, vel arantij, vel iaſminum an. unc. j. s aceti roſ. unc ſ. m* pro vſu dicto, imò hæc eadem, & ſimilia cordi, & partibus pulſantibus extremorum, & ſcroto in viris, in mulieribus autem mammis applicita præſunt: & primum ſub forma perfuſionis factæ ex tribus partibus aquæ roſ. Vna & dimidia vini cretici, & vna aceti roſ, cum pauxilo pulu. croci, huc referuntur epithemata cardiaca comunia, in quorum ſeriæ hoc probo. ℞. *Quatuor aqu. cor. an lib. s quatuor florum cord. an. p. I. corticum citri unc s. cinnamomi drach ij. cariopb. drach. ʒ. m. bulli parum dd. f. coll. adde vini cretici unc iij. aceti roſ. unc. ij. ſpec. cord pro epitemate temperatarum unc. I. croci pulu. ſcrup.* I. quæ omnia actu calida adhibenda, perfuſio quidem per petias lineas, epithema verò per pannum, vel ſericum purpureum, quæ ſubinde mutanda vbi refrigeurint.

Illitio cordis.

Cordis quoquè illitio probatur ex oleo florum citri, aut iaſminũ cum gallia muſc. vel ex oleo nuciſ. muſc. pro pauperibus liquato in aqua, & aceto roſatis, quinimo in nobilibus, ad eundem modum valet confectio tùm hiacynthina, tùm alchermes cordi pariter illita; quæ confectiones cum maximo ſucceſſu ad ſcrup j. vel ij. per os dantur, &

Interna.

vbi caliditas horum medicamentorum timetur, conſeruis roſ. viol. accidi citri. borag. bugl. corrigatur: elixir vitæ ad guttas aliquot datum ex iure, vel vino odorato huc quoquè ſpectat. Atq; hæc ſunt medicamenta quantitatis, & qualitatis ſpirituum, ac calidi innati, quæ medicamenta ſi paulò calidiora videbuntur, frigidis, vt dictum eſt ad mediocritatem redigantur, & hæc eſt cauſa: quod theriaca mediæ ętatis ſerena ab. Andromaco, referente Gal. vocata, maximè ad calidum innatum non modò conſeruandum, ſed etiam vigorandum valet, voco autem theriacam mediæ ætatis aſſeruatam à decimo vſquè ad vigeſimum annum, hinc antè hanc ætatem recens; poſt vſque ad vigeſimum annum, antiqua vocatur, vltra quam ætatem inutilis pro corpore

pore humano cẽſetur theriaca, quæ ſicuti recens affectus frigidos producit, itá antiqua calefacit, ergò quæ mediæ ętatis in quadam conſiſtit mediocritate. Qui plura medicamenta modeſtè calefacientia in gratiam qualitatis ſpirituum, & calidi innati prçmanib. habere cupit, is ad tractatum de alterantibus paulò intrá cap. 21. proponendum, recurat, vbi fuſius illa proponentur.

Medicamenta ad motũ calidi innati.

Tandem ad motùm calidi innati in promptu ipſi medico debent eſſe medicamenta, quę in eo præcipuè conueniant oportet, vt ſint adſtringentia 11. *Meth. c.* 15. & concentrantia de quibus abundè *inf. c.* 26. dùm de medicamentis ad morbum in via attinentibus erit ſermò, pertractabitur, quò præcipuè theriacam cùm ſaccharo roſ. caſtigatam pertinere arbitror, ſed ad alia progrediamur.

Fit progreſſus ad medicamenta, ex reb. preternaturam, cauſam reſpicientia. Agitur de Lenientibus, quæ euacuant per os, id eſt de vomitorÿs.

Cap. III.

EX medicamentis, quę res prçternaturam reſpiciunt, ratio ipſa nos cogit, vt ea primùm tractemus, quę ad cauſam morbificam diriguntur, quippè à qua morbus ipſe proficiſcitur. Porrò hęc medicamenta cùm, vt dictum *c. 2. ſect. huius.* è ſeptem capitibus contineantur, Lenientium, Prçparantium, Purgantium, Alterantium, Alexipharmacorum, Repellentium, & Intercipientium; neceſſario rurſus ab illis tribus primis, & inter hęc, antè Præparantia, & Purgantia, à Lenientibus exordiendum eſt. Eſt exordiendum à tribus primis. Quia omnis curatio ab his, cum requirũtur, ſumit initium. Communia ſiquidem ſunt, & vniuerſalia quippè quæ totum corpus reſpiciunt. Ab vniuerſalibus autem procedere oportet ad particularia. Eſt inter ea ipſa tria dandus primus locus lenientib. quoniam hęc rurſus, ſecundum curam dogmaticã, in qualibet medicatione, antè illa vſurpantur: idquè duplicem ob cauſam, quia ſcilicet & morbi cauſam antecedentem detrahunt: & expiatis primis vijs ab excrementis craſſis, aditum commodiorem prçparantibus præſtant.

Lenientia quid, & eorum indicans.

Lenientia igitur ex ijs euacuantib. ſunt, quæ primas tantùm venas, nulla facta attractione à remotiſs. partibus, expurgant. Vndè ſtatim conſtant indicans Lenientis medicamenti, nempè materia in iſtis venis contenta, quæ prima ſuperfluitas dicitur.

Lenientia quotuplicia.

Porrò euacuant Lenientia modo per os, modò per aluum. Per os, ſi materia habeat inclinationem ad ſuperiora, quòd cognoſcitur ex nauſea, & ventriculi perturbatione. Per aluum, ſi materia inclinet ad partes infernas. Quæ per os euacuãt dicuntur Vomitoria. Quæ per aluũ duorum rurſus ſunt generum; prout materia hæc infeſtat, vel mediam, vel infernam regionem abdominis. Nam ſi mediam infeſtat, occurrunt Lenientia: quæ per os exibentur, ſi infernam, occurrunt ea, quæ per annum immittuntur, clyſteres ſcilicet, & ſuppoſitoria. Agamus de ſingulis, & primò de Vomitorijs.

Vomitoria duplicia.

Mitia.

Vomitoria, *vide Galen. de ſalubri Dieta à t. 17. ad 22. 4. aph. com. 12. & 13. Auic. 4. 1.* igitur, vel mitia, ſunt, vel fortia. Priora parantur ex aqua tùm ſimplici, tùm hordei, iure pulli, vel vituli pingui, cum oleo tùm cõmuni, tùm amigdalarum dulcium, cũ aceto; vel Syrupo aceroſo, ſimplici.

Fortia.

Fortia ſiunt ex decocto anethi,

thi, ſemina, rapæ, & erucæ, è floribus geniſtę, radice enulæ, aſari, & raphani, aut ex mulſa, cum oxymęli le ſimplici, vel compoſito, vel ſcyllino, cum ſucco enulæ, radicis raphani, &c. Verùm hic notandum primò circà oleum, illud non conuenire in ventriculo debili; quia valdè eum laxat. Vnde in febribus, in quibus perpetuò ventriculis læditur, abſtinendum ab illo, niſi maxima Cardialgia, & punctio ventriculi vrgeat, quo in caſu, poſt oleum aſſumptum, roborantibus ventriculus confirmandus eſt. Notandum ſecundò circà aquam, abſtinendum

Oleum nõ conuenit in ventriculo debili.

Ab aqua abſtinendum.

1 ab ea; in ventriculo frigidiore, ac ſubſtituendum ius, quod etiam ob-

2 ſeruandum eſt; in conſuetis aquam potare. Aqua enim in his, vt potè familiaris ijs, diutiùs retinetur. Doſis horum, prout maior eſt, vel minor materiæ læſio, ità varia eſt: ſumma tamen eſſe debet, qualis eſt in his exemplis. *Rec. aquæ ſimplicis lib. 1. Syrup. acetoſi ſimplici vnc. iij. M.* vel *Rec. decocti chamamel. radicum raphani lib. 1. Oxymell. ſimpl. vnc. iij. M.* Primùm vſurpandum eſt in ventriculo calido: ſecundum in frigido.

Quantitas vomitoriorum.

Quo ad modum agendi, vt magis ingratum ſit medicamentum, quò etiã faciliùs vomitus proritetur, tepidũ, ac affatim propinari debet, atquè vbi aſſumptum fuerit, detineri per octauam partem horę, deindè aut digitis, aut penna gallinacea oleo imbuta, vomitus excitari.

Modus exhibendi.

De Tempore. Vtendum eſt vomitorijs, cum materia pręſens eſt in parte ventriculi ſuperiore, quod cognoſcitur ex propenſione ad vomitum: ſubi, tamen reſpiciendum etiam eſt ad permittens, nempè ad virtutem. Quoniam ei, qui nunquam, aut ſaltem cum difficultate euomit, item qui mala thoracis, & capitis diſpoſitione affligitur, talia medicamenta nequaquam exibenda ſunt. Niſi in capitis mala diſpoſitione obducatur faſcia ex linteo arcta ipſimet capiti, rurſus, & qui oculorum affectione laborat arcendus à vomitu, ſolet.n. vomitus pupillæ dilatationem, ac oculorum mala inferre, ideòcautè agendum eſt cum vomitorijs.

Tempus.

De Lenientibus, quæ euacuant per aluum, ſed aſſumuntur per os.

Cap. IV.

LENIENTIA quæ per aluum euacuant, ſi per *de his vide Gal. 2. de fac. al c. 45. & 1. de fac. al c. 24. 5 de Tuend. c. 9. 2. de alim. fac. 31 6. Simpl. c. de Aloë.* os aſſumantur, varia ſunt, pro varietate humorum primas vias cum fęcali excremento obſidentium. In materia igitur bilioſa, ex ſimplicium ſerie, conueniunt caſſia, Tamarindi, & Manna, ex compoſitis Syr. tùm violarus, tũ roſ. ſolut. Electuarium quod Diacaſſia cum manna, Diaſebeſten lenitiuum, & Diaprunum lentiuum vocatur.

Lenientia quæ per aluum educunt bilem.

Horum medicamentorum doſis hæc eſt. *Caſsia extracta de hac Auer. 5. Collect. c. 5. Meſue ca. propr.* quę & flos caſſię recens dicitur, per ſe ſola datur ad vnc. j. ſs. cum alijs mixta ab vnc. s ad vnc. j. Sed vbi per ſe ſola datur, indiget corrigente. Quia ratione ſuæ viſciditatis, vertitur in flatus, qui tormina in ventre pariunt. Vnde corrigens illud, flatus diſcutere debet. Ego igitur, ſi non adſit febris, ſoleo drach. ſs. vel 1. aniſorum craſſo modo contuſorum addere. Notantèr autem dictum fuit contuſorum, & non puluerizatorũ. Quia ſemina hæc in puluerem redacta, ſtatim vias vrinę petunt, &

Quantitas horum lenientiũ.

Caſsia extracta.

ob id caſſiam diureticam reddunt, quòd omnino fugiendum eſt, ne ſucci ſcilicet praui ad renes ducantur. Si verò adſit febris, ego illam corrigo cùm ſeminibus citri puluceratis. Hęc enim pręter id quod flatum diſcutiunt, putredini etiam reſiſtunt. Quòd ſi medicus prætereà opus habeat aliquali adſtrictione, & roboratione, aſſirmo non poſſe prſtantius corrigens admiſceri, ſeminibus coriand. pręp. quorum doſis eadem eſt; ac illa aniſorum. Aſſumitur ab aliquibus etiam caſſia cum canna. Quòd ſi fit, doſis illius erit ad vnc iij. [illegible] dimidia, ac poſt eius aſſumpt[illegible]na coriandorum, vel a[illegible]media coperta ſunt deu[illegible].

Tamarindi.

Tamarindi habent eandem doſin, quam flos caſſię.

Syrupi violatus, & roſatus.

Syr. autem violatus, & roſatus, per ſe ſoli ſumpti, aſcendunt ad doſin vnc. vij. potiſſimùm tempore frigido, & in naturis quę aluum inobedientem habent: cum alijs verò ſumpti, vterquè ille Syrupus datur ad vnc iiij. Circà quos Syrupos illud notatu dignum occurrit, eos ſummè efficaces fieri, ſi tempore primi veris, loco aquę infuſio fiat roſarum, & violarum in ſuccis cichoraceorum, hepaticę, borraginis, &c.

Manna.

Manna, hanc proponit Gal. 3 de alim fac. c. 39. ſola ad vnc. iiij. cùm alijs ad vnc. ij. exhibetur. Sed circà Manna obſeruandum primò, quòd in naturis, morbis & tempore anni calidis, nunquam ea vtēdum ſola, nam in bilem facilè vertitur, & proptereà ſoleo ego eam dare cùm Syr. violato vel roſato, aut eam diluere cum ſero vel aliquo liquore refrigeranti.

Mãna in biliosis nũquam dã da ſola.

Manna quomodo ſumēda de [illegible].

Obſeruandum ſecundò, Mannam aliquando ob vſum al[i]quem peculiarem, admiſceri medicamentis quę dantur ſub forma boli, & tunc eam vnc. ſs. non debere tranſcendere, alioquin bolus nimis euaderet magnus. *Diacaſſia cum manna*, Diaſebeſten, & Diaprunum lenitiuum eandem doſin habent quàm, & caſſia, non indigent tamen corripentibus, quoniã ſunt compoſita.

Electuaria leniẽtia.

Modus exhibendi hæc leniẽtia.

Cœterùm, quoniam ex medicamentis propoſitis, alia ſub forma boli, alia ſub forma potionis vſurpari poſſunt; videre oportet, quando nã ſub hac, aut illã formula, ſint danda. Sciendum igitur, vbi materia paulò contumacior fuerit, & nõ ità facilè cedat, ſed medicamentis reſiſtat, tunc medicamentis propoſitis vtendum eſſe ſub forma boli. At ſi meteria non ſit pertinax, & contumax, tunc exhiberi eadem poſſe ſub forma potionis. Quoniam verò ad potiones parandas requiritur aliquis liquor, quo medicamentùm dilui poſſit, ego in hoc caſu ſuadeo aquas ſtillatitias, & decocta facta ex acetoſa, endiuia, cichoreo, ſoncho & hordeo. Vbi tamen notandum, ſi bilis euacuanda ſit in ventriculo frigido, abſtinere nos poſſe ab illis liquoribus frigidis, & præparanda potione diluere medicamentum, cùm iure pulli, hædi aut vituli; quæ quidem potio, vt citiùs actuetur, actu calida exhibenda eſt, quanquàm hæc in re ratione conſuetudinis, & proprietatis indiuidualis poſſit medicus ægro gratificari, & potionem actu frigidam concedere. Exempla porrò harum formularum poſſunt hæc eſſe.

Formula.

Pro bolo. *Rec. Flor. caſſ recentis vnc. j. pulpæ tamarind. drach. v. aniſor. cõfuſor. vel ſem. citri puluerizat. drac. ſs. M. & cùm ſaccharo f. b.* Vel *Rec. Diaprunis lenitiui vnc. I. mannæ elect. vnc. ſs. M. & cùm ſaccharo f. b.* Vel *Rec. Flor. caſſ. recentis drach. vi. Diaſebeſten. lenit. aut Diacaſſ. cum manna vnc. ſs. vel drach. v. M. & cùm ſaccharo f. b.* Pro potione. *Rec. Manna. ele. vnc. ij.*

vnc. ij ſs. Syr. roſ. ſolut. vnc. iij. cùm aq. endiuiæ, vel ſero lactis depurato f. p. Vel *Rec. Syr. viol. ſol. vnc. iij. Diaprunis lenit. drach. vi cùm aqua cichochorei f. p.*

Tẽpus exhibendi.

Quoad tempus exhibendi, dantur ſimilia lenientia, vbi in fundò ventriculi, & inteſtinis tenuibus præſens eſt materia euacuanda, bilis ſcilicèt, quòd etiam intelligere oportet, ſi in venis meſaraicis adfuerit, & repetuntur ſæpiùs, quia materia regeneratur, quæ niſi euacuetur, in venas deducitur. Cognoſcitur autẽ materia euacuanda eſſe in his partibus ex dolore in illis percepto. In tribus tamen caſibus abſtinendum eſt ab his lenientibus. Primò. Si non in die acceſſionis ſaltem in ipſa acceſſione. In hac enim, licèt humores fuſi ſint, & moti, & conſequentèr videantur indicare leniens: tamen natura à morbo vexata, & defatigata, nequaquam id perfert. Adde, quòd per ea diſtrahitur natura à pugna cùm morbo, quandoquidem medicamẽta non niſi impetu naturæ operantur. *lib. de opt. ſect. ca.* 41. Vndè ſi omnino neceſſitas in acceſſione auacuationem poſtulet, clyſteribus potiùs agendum eſt, aut vomitorijs leuioribus. Dixi verò *ſi non in die acceſſionis.* Quia aliquãdo materia petit ventriculum, ac inſignem moleſtiam in acceſſione adfert, ad quòd præcauendum, licebit vti in acceſſionis die, aliquo ex lenientibus enumeratis. Secundò exiſtente cibo in ventriculo. Nã præter id, quòd turbant coctionẽ, & eorum vis hebetatur, etiam in venas crudum humorem perducere poſſunt: imò ob rerum varietatẽ, cibi ſc. & medicamenti inſignis neceſſariò in ventriculo moleſtia excitatur. Hinc Auicenna 1. 4. c. 9. non miſcet ptiſanam cũ Syrupo acetoſo: & Hippocrates, ac Galenus 3. *acut.* 35. dant ſeparatim ptiſanam, & oxymel. Tertiò occurrente indicante, quòd magis poteſt, vt in ſanguinis vitio, & morbo, maximis. Tunc enim dimiſſo leniente, ſatisfaciendum ei indicanti, quòd plùs poteſt. Sed quicquid de his ſit, cùm exhibenda ſunt, boli tribus horis, potiones verò quinquè antè cibum dari debent, quæ potiones, vt citiùs actuẽtur admittere poſſunt aliquem leuem poſt ſui aſſumptionem ſomnum.

A lenientibus abſtinendũ.
2
In acceſſione.
2
Exiſtente cibo in ventriculo.
3
Occurrente potiori indicante

Lenientia pro pituita.

Lenientia, quæ in materia pituitoſa conueniunt, omnia ſunt compoſita. Sunt a[illegible]l roſatum, & violatum ſol[illegible] quorum cõpoſitione m[illegible] medicamẽta hæc conductura, ſi infuſio roſarum paretur ſuo tempore in ſuccis cicoreaceorum, boraginis, lupulorum, fumariæ, betonicæ, &c. hinc mel. ro. ſol. ex ſuccis. quòd etiã in affectibus diuerſarum partium, pro varietate plantarum ex quibus ſucci extrahuntur, conuenit. Electuar. Diacatholicum vocatum: & Hiera piera, ſeù ſimplex Galeni, ac pilulæ alæphanginæ, de diacatholico obſeruo, quod ẽt ſibilẽ ac melãcoliam ducant, nihilominus ratione rhabarbari, quòd ſecundariò pituitam euacuat, ad lienatia flegmagoga refferri poteſt. Sicuti & hiera, ac pilulæ alæphanginę, quæ & ſi ob aloem debent bilem euacuare, nihilominùs ob aromata addita, quæ attenuant pituitam quoque euacuant, atquè pilulæ in ventriculi intenta frigiditate præcipue probantur. *Quo ad doſin.* vtiumq; genus mellis ſoluentis, eandem habet cùm Syrupo roſ. ſolut. de quò ſup. Diacatholicon quoquè in eadem datur doſi, in qua elect. ſup. commemorata. De Hiera eſt aliqua difficultas, quandoquidem videtur Galenus in hac re varius. Vt igitur

De Hiera doſi Galeni loci conciliantur.

omnis

omnis ſcrupulus ſamoueatur, ſciendùm, nunc eſſe ſermonem de hiera, quæ in ſui compoſitione admittit maiorem doſin aloes, non autem de illa, in cuius compoſitione aſſumitur doſis aloes minor. Quæ varia doſis aloes fecit, vt Galenus, 7. *Method.* 11. *& ſecundò, de med. Local. cap. primò, & octauò*, fuerit ità varius in aſſignanda doſi hieræ, quippe qui reſpexit ad vtramquè compoſitionem. Loquens igitur ego de hiera priori, & quæ aluum ſoluit dico eam poſſe dari, vel ſub forma ſpecierum: vel ſub forma electuarij. Sub forma ſpecierum datur ferè ſemper cum alijs, & quidem ad drach. iij. Sub forma autem electuarij poteſt dari, & per ſe, & cùm alijs. Si per ſe dicit Galenus ſummam illiùs doſin eſſe ad vnc. ſs. ego tamen putò dari poſſe ad vnc. integram. Si cùm alijs datur ad drach. ij. vel ad vnc. ſs. Cauſa autem propter quā aliquando puluere hieræ, aliquando electuario vtimur, eſt hæc: quòd ſi materia euacuanda ſit in capacitate, & cauitate ventriculi, puluis conuenit: electuarium verò, ſi eadem ſit impacta tunicis ventriculi. Doſis autem Pilul. Alæphang. per ſe ad drach. iij. cùm alijs ad drach. 1. ſ. Quantùm *ad modum agendi, & tempus*, horamquè exhibitionis attinet, ea ex lenientibus, quæ bilem reſpiciunt, manifeſta ſunt: ſolùm circà modum notandum eſt, ad parandas potiones, vti nos debere liquoribus paratis ex betonica, menta, & ipſo iure, potiſſimùm verò columbino, & ſi ventriculus calidus eſſet, quòd in hoc caſu vix credi poteſt, aqua ſtillaticia, vel decocto cichorei: vbi tamen obſeruandum, hieram propter ſui amarorem noſtris temporibus, in potu minimè dari: quippè cùm virtus oris eam ſic vsurpatam prohibeat. Exempla autem formularum

Modus et tempus exhibendi hæc lenientia.

hæc ſunto. Pro bolo. *Rec. ſpec. hieræ ſimpl. Galeni drach. ij. flor. caſſ recentis vnc. j. M. & f. bolus.* Vel *Rec. elect. hieræ vnc. ſs flor caſſ. recent. drac. vi. M. & f. bolus.* Nec miretur aliquis, me, in prima ſuperfluitate pituitoſa vti caſſia, quæ propoſita fuit in biliosa. Quoniam, tametſi caſſia primò bilem educit, ſecundaria tamen quadam ratione, humores etiam mediocritèr craſſos euocat, & eò magis, ſi miſceatur cùm hiera. Quinimò experientia docet mixturam illam ita valere, vt ſemper felicitèr operetur. Id quòd ego credo contingere, quia illa duo medicamēta ſeſe inuicem corrigunt. Quòd ſi tamen caſſia non placeret, poteſt quis Diacatholicon ſubſtituere, in eadem doſi. Pro potione. *Rec. Mell. roſ ſol. lib ſs Cum aqua betonicæ f. p.* Vel *Rec mell roſ. ſolut. vnc. iiij. Diacatholici drach vi. Cum iure f. p.* Vel *Rec. ſpec. hier ſimpl. drach. ij. cùm melle roſ. ſol. f. bolus quo exhibito, ſuperbibantur vnc. iiij mell. roſ. ſolut. diluti in iure.*

Formulæ.

Caſſia feliciter cùm hiera miſcetur.

Iam de materia Melancholica. In hac verò conuenit Syrup. de polypod. ſol. Magiſtri Auguſtini vocatus conuenit & electuarium, quòd Diaſena Lenitiuum dicitur. Syrup. de polypod. habet eādem doſin, quàm habent Syrup. roſ. & mel roſ. ſol. Elect. lenit. eandem quàm Diacatholicum. *Quo admodum agendi*, liquores pro parandis potionibus, ſūt aqua ſtilaticia, vel decoctum borraginis, bugloſſi, & meliſſæ, Cætera quæ ad rectum vſum ſpectant, petantur ex ſuperioribus. Exempla verò formularum ſunt huiuſmodi Pro potione *Rec ſyr. de polyp. ſol. libr. ſs. cùm aq. borrag. f. p.* Vel *Rec. ſyr de polyp. ſol. vnc iiij elect. lenit. drach. vi. M. & cùm decocto cord f. p.* Pro bolo, *Rec. elect. lenit. drac. vi. floris caſſ. recētis drachm. v. M. & f. b.* Vel *Rec. ele-*

Lenientia pro Melancholia.

Doſis.

Modus exhibēdi.

Formulæ.

ctuar.

Actuar lenit drachm. x. cùm ſacch. f. b.

Quòd ſi triplex hæc materia in ventriculo miſceatur ſimul, miſcẽda etiam ſunt lenientia propoſita ea ratione, vt ſeruentur leges, ſuperiùs ad doſin præſcribendam propoſitæ. Sed de Lenientibus per os aſſumẽdis tantùm.

De Lenientibus, quæ immittuntur per aluum, id eſt de clyſteribus, & ſuppoſitorijs. Cap. V.

LENIENTIA immiſſa per anum, conueniunt, cùm prima ſuperfluitas infeſtat partem abdominis infernam, videlicet inteſtina craſſa. Immittuntur. a. vel iniectione, vt clyſteres; vel ſimplici impoſitione, vt ſuppoſitoria, ſeù glandes, & orbiculi.

Clyſteres quadripartiti.

Quoad clyſteres, *de his Galen. paſſimq. de ra vict. com. 1. t. 44. Art. Med. c. 89. 8. Meth. 5. 11. Meth. 9. Aet. lib. 3. ca. 153. Paulus lib. 1. 6. 44. Actuar lib. de comp. med. ad fin. Auicen. 4. 1. c. 17.* ſciendum eſt, ipſos in genere quadripartitos eſſe. Primò Euacuatorios, qui vel flatus euacuant, & carminatiui dicuntur: vel humores, & ſunt rurſus vel Lenientes, qui debẽtur humoribus exiſtentibus in inteſtinis: vel acres, & ſoluentes, qui cũueniunt humoribus exiſtentib' extrà inteſtina. Secundò alteratorij, calefacientes ſcilicet, & refrigerantes, ad quos alteratorios refero etiam detergentes, exiccantes, ſarcoticos, & agglutinantes. Tertiò Anodyn. Quartò Nutrientes. Cæterùm omiſſis reliquis, de quibus ſuis in locis, hic de lenientibus tantùm ſermo eſt.

Facultas clyſteriorũ euacuantium.

Eſt verò facultas horum clyſteriorũ aluum mouere, non ſolùm irritando; verùm etiam lubricando, humectandoquè. *Doſis clyſteriorum* aſcendit ad vnc. xx. Parantur. a. ex varijs materijs, pro varietate humoris infeſtantis.

Doſis, & materia ex qua.

In materia igitur bilioſa conuenit clyſter, vel hic, vel ſimilis. *Rec. ſeri caprini vel vaccini q. s. vel vnc. x. mell. viol. ol. violat. an. vnc. iij ſacchari rubei vnc. ſs ſalis communis drach. i vel ij. M. & cùm vitello oui. f. chlyſter.* In cuius cõpoſitione loco ſeri, ſubſtitui poteſt, vel cremor ptiſanæ, ſeù ſuccus hordei, vel decoctum hordei, maluarum, & violariæ, atquè vbi opus erit clyſtere paulò acriori, poterit addi vnc. i. caſſ. extr. pro clyſteribus, ac loco mell. viol. ſubſtitui ſyr. viol. ſolut: aut mel. viol. ſolut.

In materia bilioſa

In ſuperfluitate pituitoſa conuenit clyſter communis, qui ſic paratur. *Rec. decocti commun. pro clyſt. q. s. ol. communis mell. roſac. an. vnc. iij ſacchari roſa. rubri vnc. ij cũ ſale & vitello oui f. clyſter.* Decoctum. a. commune fit ex malua, violaria, beta, & mercuriali. Sed in hac ſuperfluitate loco decocti communis, poteſt ſubſtitui decoctum furfurum, chiamæmeli, anethi, fœni græci, quatuor herbarum capitalium, hiſſopi, iuæ, arteniſiæ, matricariæ, flor. cheiri, aniſorum, feniculi, & huiuſmodi. Per quatuor. a. herbas capitales intelligo ſaluiam, betonicam, rorem marinum, ſeù anthos, ſtæchadem. Clyſterem verò propoſitum, ſi fortiorem quis efficere voluerit, ei addet vnc. i. hieræ ſimpl. vel comp. & loco mell. roſ. ſimpl. ſubſtituet ſoluens.

In materia pituitoſa.

In ſuperfluitate Melancholica, paratur clyſter hoc modo. *Rec. decocti quatuor herbarum commun. borraginis, bugloſi, meliſſæ q. s. mell. viol. ſimpl. ol. violati, vel amigd. dulciũ vel communis an. vnc. iij. ſacchari rubri vnc. ij. cùm ſale & vitello oui f. clyſter.* Nec miretur quis, quòd mel violatum proponatur hic, quum reſpiciat pituitam, & etiam in bilę ſit propoſitũ. Quia nunc iſtud mel prę ter id, quòd ſiccitatem humoris melancho-

In materia melãcholica.

lancho-

lancolici retundit ſumitur, vt detergens, & irritans facultatem. Quod ſi clyſterem hûc reddere acriorē quis voluerit, poterit addere vnc. j elect. lenit. & ſubſtituere loco mell. viol. ſimpl. ſolutiuū, aut Syrupum de polypodio.

Modus iniiciendi clyſt.

Clyſteres *quod ad* vſū eorum reliquum attinet, injici debent tepidi, vt diù retineātur, quin imò, in febre ardenti licet eos actu frigidos injicere. Ampliùs vſurpādi ſunt, vbi ſuperfluitas educenda eſt in locis ſuprà dictis, abſtinendo tamen ab ijs, cū in ventriculo adeſt cibus: item in acceſſione, niſi ſub ea materia petat os ventriculi ſupernum, & ægri præ languore virium ſugere nequeant.

Tempus, ſeù quando iniiciēdi.

Sed circà cōpoſitionem eorū *notandum primo* circa ſalem, abſtinendum ab eo eſſe in ijs, qui ſtatim reijciunt clyſteres iniectos ad quod etiam cōducit vſus clyſteris frigidi actu: abſtinendū item ab eo, quemadmodū, & à ſaccharo rubeo, in eximio feruore: item in dolore, & tumore hęmorrhoidum. Hę enim ab eo exaſperantur. *Secundò.* In maxima inteſtinorum imbecillitate, paranda eſſe decocta, pro clyſteribus cum iure.

A ſale in quib. abſtinendū.

Suppoſitoriorū differentia.

Suppoſitoria *Vide Gal.* 8. *Meth* 5. 8. *Loc c.* 4. 10 *ſimpl. ad fin* ſeu glādes eaſdē ferè habent differentias, quas habent clyſteres. Sunt enim ſubductorię, detergentes, Sarcoticę, agglutinantes, anodynę. Sed omiſſis cęteris, quę huius loci ſunt, eę cōueniūt ſi ęger ſit imbecillis, vt non ferat clyſteres *Hip.* 1. *acut* 45 aut ſi clyſteres diutiùs in corpore morentur, vel humores detrahendi ſint in inteſtino recto, ac alia inteſtina vlcere, vel alio affectu laborent. Parātur verò ex melle cocto, & ſale. Ad maius robur loco ſalis vtimur nitro, ſale gēmeo, & ſpeciebus hierę Galeni accipiendo ſingulorum ſcr. ſs. vel 1 & 5. pro ſingulo ſuppoſitorio. Mulieres etiā parant ſuppoſitoria ex ſapone, ex felle porci ſiccato, quę omnia probo, dummodo priùs oleo illinantur.

Materia ex qua fiunt.

Orbiculi.

Quinimò ſunt aliqui pharmocopęi, qui parant orbiculos quoſdam paruos, ex ſaccharo rubeo, & ſpeciebus hierę, quorum tres oleo illiti, in anum immittuntur felici cum ſucceſſu.

Vſus ſuppoſitoriorum.

Quoad vſum, magnitudo ſuppoſitoriorum ſit ad magnitudinem digiti, *De modo*, immittuntur inuncta oleo, vel butyro, cum alligato filo. *De tempore* tam ſuppoſitorijs, quàm orbiculis vtendum; ventriculo ieiuno, abſtinēdum. v. ab ijs dolentibus, & tumentibus hęmorrhoidibus ano què ſciſſuris referta: vel ſaltem parandæ ſunt tùm ex ficubus, & paſſulis, exceptis terebinthina cocta. Illud verò vniuersè circà compoſitionem tùm clyſteriorum, tùm ſuppoſitororū, & orbiculorum noto, quòd, & nullo modo eſt negligendum. Hoc autem eſt, vt ſi patiens vermibus laboret, abſtineatur ab oleo, à ſale, à melle roſato, ab hiera, & alijs electuarijs, nec non etiā à decoctis factis ex ſimplicibus acribus. Quare in hoc caſu probantur lac, butyrum, & mel ſimplex. Sed iam ad præparantia accedamus.

Præparatium medicamentorum natura, & vſus explicantur.

Cap. VI.

PRAEPARANTIA medicamenta ſunt, quæ præparant, & diſponunt humores morbificos ad purgationem.

Præparantia quid, & vt ab alterantibus differant.

Differunt ab alterantibus; Quia præparantia etiam agunt ſecundis qualitatibus, alterantia verò primis tantùm. Porrò, cum humores præparandi, vel mixti ſint cum bonis, vel ab ijs ſeparati; hinc duplicia ſunt præparantia.

alia

alia quidem, quæ prioris generis humores reſpiciunt, alia, quæ poſterioris. *Præparantia prioris* ordinis dicuntur concoquentia, ſumpto vocabulo coctionis non propriè, ſed metaphoricè, vt infrà ſuo *cap. de purgatione in genere* loco dicitur. Adiumento enim illorum, humores excrementitij mixti cum bonis ſeparantur, & partim in alimentum conuertuntur, ſecundum portionem ſcilicet benigniorem, partim in mitiorem naturam vindicantur, & purgationi tanquàm inutiles redduntur idonei. Referuntur autem hæc concoquentia partim ad coctionem ipſam, partim ad impedimenta coctionis. Quæ referuntur ad coctionem, ea talia eſſe debent, vt foueant calorem innatum, à quo fit omnis concoctio, etiam excrementorum *2. de Fac. natur. cap. 4.* proindè moderatè calida. Hæc verò ſemper procedunt incraſſando. Incraſſando enim omnis coctio perficitur. Quę ad impedimenta referuntur, ea ſunt calefacientia, refrigerantia, incraſſantia, & præter hæc detergentia etiam, & attenuantia. Impeditur enim concoctio, vel à qualitatibus primis humorum, caliditate, & frigiditate; vel à ſecundis craſſitie, & tenuitate. Et ad hæc reſpiciens Galenſu, dixit alicubi, concoqui pituitam à calore febrili *4. aph. 57. Præparantia poſterioris* ordinis ſunt ea, quę remouent impedimenta euacuationis humorum iam ſeparatorum. Hæc autem ſunt ſolùm attenuantia. In vnam enim humorum craſſitiem omnia hæc impedimenta referũtur. Humor enim quò tenuior, eò ad euacuationem eſt paratior. *lib. Quos, & quando 3. Prog. tex. 23. 1. aph. 20.*

Præparantia duplicia.

1. Cõcoquentia humores nondum ſeparatos.

Remouentia impedimenta humorum iam ſeparatorum.

Et de his præparantibus loquitur Hippocrates, cum dicit, Corpora cum quis purgare voluerit, fluida ea facere oportet *2. aph. 9.* & Galenus, cum etiam turgente materia, aliquam præparationem primarum viarum, per attenuantia laudat *1. aph. 22.* eamquè indicatam fuiſſe ait ab Hippocr. dicente, purgationem in materia turgente faciendam eſſe cum præmeditatione *1. aph. 24.* imò de hac præparatione loquitur Galenus omnibus ijs in locis, quib⁹ vult, humores tenues citrà præparationem eſſe purgandos. Materię, præparantes humores, tradentur per ſingulos humores præparandos ſigillatim.

Quoad rectum vſum, is ex particulari præparantium tractatione magis eluceſcet: hic breuitèr tantùm noto *circà modum*, communitèr exhiberi præparantia ferè ſub forma liquida, iulepi, Syrup. Diluti: nihilominus tamen poſſe eadem dari, ſub forma etiam boli, & rotularum; non ſolum, vt gratificemur ægro, qui potiones renuit: verùm etiam, vt contumaciæ materię occurramus, quę à bolis, & rotulis magis vincitur. Porrò exhibentur Syrupi, ac diluta, vel ſeparatim, vel coniunctim, prout magis, vel minùs æſtuat, aut frigida eſt, materia præparanda. Sunt autem diluta. Primò ius aliquod, vt pulli: hoc enim materiam morbificam attemperat, & calorem innatum, ob conformitatem, quàm cum ipſo habet, adiuuat. Secundò aquæ ſtillaticiæ, quæ parandæ ſunt in Balneo Mariæ, in vaſe vel vitreo, vel figulino, non plumbeo; quia abraditur ſemper portio plumbi, quę maximè lædit, ac dyſenteriam adfert. Tertiò decocta. Quartò quæ fiunt ex varijs ſimplicibus maceratis in liquore. Conueniunt autem ex his aquæ ſtillaticiæ in maximò ardore, & tempore hyemis, cum ſimplicia pro parandis decoctis, & infuſis deſunt: infuſa in obſtructionibus pręcipuè valent: decocta in concoquendis

modus exhibendi præparantia.

Præparantia poſſũt dari etiã in forma boli.

Doſis præparantiũ. dit humoribus. *Doſis horum*, cum per ſe ſola exhibentur, eſt, Syruporum quidem, & Iulapiorum ad vnc. iiij. dilutorum ad libram. Cum exhibentur permixta, ea doſis ſeruatur ratio, vt diluta ſint in dupla proportione ad Syrupos, ità vt omnia ſimul non excedant lib. ſs quę tamen doſis variè mutari poteſt, pro maiori, & minori materiæ actiuitate, *Tempus exhibendi præparatoria*, eſt, cũ materia præparãda eſt præſens, modò abſint prohibentia; quę ſunt.

Tempus exhibendi præparantia.

Prohibentia exhibitionẽ præparãtiũ.

1 Primò. Materia excrementitia in primis ductibus. Hæc enim lenienti priùs euacuãda. Secus enim, vi pręparantium diſtribuitur in venas, & obſtructiones efficit.

2 Secundò Plenitudo. Præter id enim, quòd tranſitum præparãtibus impedit, ſæpiùs ijs ſanguis copioſus agitatur, & ſi præparantia ſint calida, ad putredinem diſponitur.

3 Tertiò. Portio materiæ excrementitiæ ſeparata ab alimentali. Huic enim purgans conuenit, non præparans.

4 Quartò. Cibus crudus in ventriculo. Hinc Galenus ante cibum ea exhibet, *3 acu. 35. & 6 de Tuend. 3.* & communitèr exhibentur. Quinquè, vel quatuor, aut ſaltem tribus antè cibum horis, idq; non tantùm manè, ſed hora quauis, licèt matutina ſit commodior

5 Quintò. Acceſſio. Hinc Hippocrates non dat aquam, dùm frigent pedes *3. acut. 10.* Defatigatur enim tunc natura, & vexatur a materia morbifica.

6 Sextò. Virtus debilis. Tunc enim cibationi inſiſtendũ eſt, quamuis tunc poſſint offerri iura alterata. Sed hæc de præparantibus in genere, & vniuerſè.

Præparantia pro materia bilioſa.

Præparantia in ſpecie varia ſunt, pro varietate humoris præparandi. In materia igitur bilioſa, conuenit Syrup. de roſ. recentibus, de ſucco acetoſæ, de acido citri, & limonis, de endiuia, de cichoreo ſimplex, qui ex ſucco cichorei tantùm paratur; qui Syrupi debent miſceri cùm aquis ſtillaticijs, vel decoctis paratis ex hordeo, acetoſa, & cichoraceis, quæ ſunt endiuia, cichoreum, ſonchus, quibus etiam hepatica addenda. Quòd ſi bilis paulò calidior fuerit, licebit propinare Syrupum violatum, de nymphæa, de papauere: ex quibus ſimplicibus, necnon ex lactuca, parantur aquæ ſtillaticiæ, & decocta cum Syrupis ijs permiſcenda. Si fuerit bilis paulò ſubtilior, poterimus vti Syrupo de plantagine, de portulaca, de roſis ſiccis, de myrto, cum ſuis dilutis appropriatis. Si verò erit paulò craſſior vtemur aceto, vel Syrupo acetoſo ſimplici. *De doſi ſuprà dictum eſt.* Sed peculiaritèr id notandum eſt, quòd in præparanda bile augeri poteſt doſis aquæ, & decocti vltrà conſuetudinem. Cuius ratio eſt. Quoniam omnia dulcia, & propterea Syrupi, in bilem facilè conuertuntur. Hoc autẽ euitatur, ſi copioſum dilutum, cùm Syrupo permiſceatur. Quin imò ego, propter hanc rationem, ſoleo tempore anni, morbo, & natura patientis calidis, omninò abſtinere à Syrupis, ac ſola decocta ſolaſque aquas ſtillatitias porrigo, decoctaquè in aqua communi, & in iure tenui pulli, vituli, aut hædi parari iubeo; & in caſibus prædictis, non ſum contentus, ſex vel octo vncijs, ſed ad libram etiam aſcendo.

Doſis. In præparanda bile augenda doſis aquæ, vel decocti.

Modus exhibendi.

Quantum ad modum exhibendi, in caſibus vltimo loco commemoratis iubeo pręparantia, quæ liquida aſſumuntur actu frigida exhiberi, quæ tamen hyeme aliquo modo calida concedo. Exempla verò formularum liquidarum poſſunt eſſe huiuſmodi.

Formulationum.

Pro bile in communi. *Rec decocti indiu. ſonchi, cichor. acetoſæ, hordei ſ. vnc. iiij. Syrup. de endiuia, de acetoſa an. vnc. i.*

an. vnc. j. M. Loco decocti accipi etiam poſſent aquæ ſtillaticiæ endiniæ, cichorij, an. vnc. ij. In materia bilioſa paulò calidiore. *Rec. decocti violar. lactuc. nenupharis, endiuiæ lib. ſs. Syr. de nymphæa, violati an. vnc. ſs. M.* Nec miretur quis doſin hic eſſe mutatam. Eſt enim cauſa iam ſupra expoſita. Hoc verò in caſu, ſi quis aquas ſtillaticias propinarè voluerit, aſſumet aquam violarum, & nenupharis. loco decocti, quamlibet ad vnc. iij. In materia bilioſa tenui. *Rec. decocti plantaginis, portulacæ, endiuiæ, acetoſæ vnc. iij. Syrup. de plantag. de endiu. de acetoſ. an vnc. ſs. M.* vel loco decocti ſubſtituantur aquę. In materia bilioſa craſſa. *Rec. decocti cichor quinquè fol. vnc. iij. Syrup. de cichor. ſimp. acetoſi ſimpl. an. vnc. j. M.* Boli poterunt parari, ex ſeminibus acetoſæ, ex floribus violar. ex ſpec. confect. trium ſantalorum, ac tandem ex omnibus ſimplicibus commemoratis, in puluerem redactis. Huius autem pulueris drach. ij. cum ſyrupo de ſucco citri, vel limonis, in bolum excipi poterunt, & dari. Poterit, & exhiberi drach. j cum vnc ſs. conſer. cichorei vel roſar. vel violat. Quinimò ex eodem puluere, cum ſaccharo diſſoluto, in vna ex aquis dictis, parare licebit rotulas, quarum doſis erit ad vnc. ſs. *Quoad tempus*, ſi inſignis ſit materiæ læſio, dabuntur, vt magis illi occurratur, non ſemel tantũ in die, ſed bis, & perſeuerabitur in eorum vſu tamdiù, quouſquè in vrinis appareat aliqua concoctio. *De loco*, certum eſt per os, non autem alia ratione illa eſſe vſurpanda.

Formulæ ſolidorũ.

Tempus dandi.

Præparantia pituitam.

Præparantia pituitam varia ſunt, pro varietate ſpecierem pituitę. Si igitur pituita erit *ſalſa*, conueniet Syrupus de ſucco betonicę qui ſimplex dicitur, Oxymel ſimplex, *de hoc accuratè Hippocr. 3. de ratione vict in acut. Galen. in conſil. pro puero Epilept. & 4. de Tuen. cap 6.* mel roſac. zuccarinum, atquè in inſigni calor eſt Syrupus violar. vel de iuiubis, vel de papauere, quibus pro diluto permiſcendum decoctum ex cichoraceis, & betonica. Quòd ſi pituita ſit non ſalſa, & proinde *frigida*, moderatè tamen, ſicut eſt *inſipida, atquè dulcis*, præparans concinnabitur ex Syrupo de ſucco betonicæ, oxymell. ſimpl. melle roſ. ſimpl. atquè hæc diluentur decocto betonicę, fœniculi, petroſelini, & huiuſmodi aliorum. Si verò pituita erit *ſummè frigida*, ea pręparabitur Syrupo de betonica compoſito, de ſtęchade, de hyſſopo, de calamentha, oxymelle compoſito, Syrupo acetoſo compoſito, ſeù de radicibus, Syrupo de duabus, aut quinque radicibus, byzantino cũm aceto, de menta, de abſynthio, ac tandem aceto, ac oxymell. ſcillinis. Et in hoc caſu pro diluto, vti poterimus aquis ſtillaticijs, vel decoctis factis pręcipuè in iure columbino ex menta, ex herbis capitalibus, ex hyſſopo, ſampſucho, pulegio, calamentha, & origano. *Quod ad rectum vſum, Quandò, & Vbi* agendum patent ex dictis *ſup. de præparantibus bilem.* Circà *doſin* illud ignorandum non eſt, quòd in hoc humore non eſt neceſſe tranſcendere doſin communem ſuprà traditam, niſi forſitan in pituita ſalſa propter calorem. Prętereà in pręparatione pituitę, nunquàm ſeparandę ſunt aquę, & decocta à ſyrupis. *Quoad modum* in præparantibus liquidis illud obſeruandum. Primò, vt ſemper actu calida dentur. Secundò, vt quantum fieri poteſt, abſtineamus ab aquis ſtillatitijs, quæ tamen in pręparatione pituitę ſalſę, & tempore hyemis, quo caremus ſimplicibus.

Doſis.

Modus exhibendi

Formula liquidorũ

cibus, poſſunt admitti. Cœterùm exempla liquidorum ſunt hæc. Gratia pituitę ſalſæ. *Rec decocti endiuiæ, ſonchi, cichorij. & in feruore maximè violar. betonicæ unc. iiij Syrupi de ſucco betonic de ſucco cichorij, violati an. unc ſs. Miſ.* Gratia pituitę, non ſalſę, ſed moderatè frigidæ *Rec. decocti betonicæ, feniculi, petroſelini unc. iiij. Syr. de ſucco betonicæ, oxymell. ſimpl. vel mell roſ ſimpl. an. unc. j. M.* Gratia pituitæ impensè frigidæ. *Rec. decoct beton. ſtechad hyſſopi origani oriẽtalis unc iiij. Syr. de beton. comp. de ſtechad. oxymell comp. an. unc. ſs. M.*

Formulæ ſolidorum

In omnibus verò his Syrupis, loco decoctorum, poſſunt ſubſtitui aquæ ſtillaticiæ. Boli parantur ex ſimplicibus commemoratis, ac puluerizatis. Ego tamen laudo, puluerem factum ex quatuor floribus capitalibus, quibus poterit addi, puluis mentæ, origani, cinamomi, atque cum aliquo ex Syrupis dictis parari bolus. Huc pertinet puluis cõfectionis aromati roſati, datus cùm aliqua ex conſeruis capitalibus, quæ parantur ex quatuor floribus capitalibus. Ex iiſdem pulueribus etiam fiunt rotulæ, cum ſaccharo diſſoluto, in aliqua aqua ſtillaticia appropriata. Sed præter hæc in officinis habentur electuaria, ex quibus boli poſſunt parari, vt eſt Diatrionpipereon, Diacalamenthum. Doſis autem puluerum, vel per ſe, vel cum conſeruis, item, & rotularum patet ex dictis. Electuariorum doſis erit à drach. j. ad ij.

Præparantia melancholiam.

Præparantia Melancholiam, variantur, & ipſa, pro varietate humoris. Si enim melancholia fuerit *exuſta*, probatur Syrupus de borragine, de lupulis, de fumaria ſimplex, & compoſitus, de pomis, & in inſigni calore Syrupˀ violatus. Meſues in hac melancholia ſummis, laudibus extollit Syrupum illum, qui Sabor Regis dicitur. Syrupi autem prędicti poterunt dilui, cum aquis ſtillaticijs, vel decoctis borraginis, lupuli, fumariæ, capillor. Veneris recentium, & buglоſſi. Si Melancholia *non fuerit exuſta*, conuenit Syrupus de corticibus citri, de fumaria, de borragine, de thymo, cum aquis ſtillaticijs, vel decoctis borrag. bugloſſi fumar. meliſſæ, thymi, & ſem. citri.

Rectus vſus.

Quoad rectum vſum cætera ex dictis patent: ſolùm de modo agendi ſciendum, potiones ſemper actu calidas exhibendas eſſe. *Sunt autem* earum exempla hæc.

Formulæ liquidorũ

In melancholia exauſta. *Rec. decocti borrag fumar capill. ven. recent flor. violar. unc iiij Syrup. de borragine de pomis, violati an. unc ſs. M.* In melancholia non exuſta. *Rec decocti bugloſſ. meliſſ. fumar. ſem. citri unc. iiij. Syr. de borrag de corticibus citri, de fumaria an. unc ſs M.* Loco v. decoctorum poſſunt, & hic ſubſtitui aquæ ſtillaticiæ.

Notandũ circà Syr. de corticibus citri & de mẽta.

Sed hoc in loco occaſione Syrupi de corticibus citri, atq; de mẽta, paulò ſuprà commemorati *notandum eſt* Syrupos iſtos in officinis haberi paratos, cum & ſine moſco, ac ambra, quorum hic ſimplex, ille compoſitus dicitur. Ex his verò ſimplex vſurpatur, in mulieribus, propter vterum; atq; in viris etiam propter caput, & iecur nimis feruidum. Solent enim moſcus, & ambra valdè partes iam dictas irritare.

Formulæ ſolidorũ.

Præparantia ſolida parantur ex varijs medicamentis. Nam in materia melancholica exuſta, fiunt pulueres ex floribus violar. borrag. bugloſſi, atq; ad drach. ij. cum Syrupo de pomis in bolos redacti, vel ad drach. j. cum conſer. borrag. aut bugloſſi datur; quibˀ conſeruis licebit aliquando addere conſeruas, cichoraceã, & violaceã. Ex pulueribˀ parantur etiã rotulæ, cũ ſaccharo diſſoluto, in ſucco pomorum dulcium,

& aqua, borraginis, violarumq;, & dantur a drach. ij. ad vnc. ſs At in Melancholia non exuſta, fiunt pulueres ez floribus borrag. & bugloſſi ex ſeminibus meliſſ. citri, ex corticibus pariter citri, qui pulueres excepti, cùm Syrupo de corticibus citri, vel cùm conſerua borrag. & bugloſſi, atquè corticum citri permixti; vel in rotulas, cùm ſaccharo diſſoluto, in aqua meliſſæ redacti, dantur doſi iam dicta. Et hæc dicta ſint de præparantibus. Circà quæ

Ab aquis ſtillaticijs quantum poteſt abſtinẽdum.

vniuersè duo remanent notatu digna. Primùm eſt, operam dandam, vt, quantum fieri poteſt, abſtineamus ab aquis ſtillaticijs, tanquàm ab illis, quæ ventriculo ſunt maximè infeſtæ. Tametſi aliàs ſi benè parentur ſint efficaciores decoctis, nã decocta ſupponunt materiam alienam, vti aquam, ius, in quibus parentur. Alterùm eſt, vt, ſi occurrat cacochymia, non ſimplex, ſed mixta præparanda, ità vt v.g biliosa, & pituitoſa ſimul iungantur, præparantia dicta permiſceamus, idq; variè, p varietate humorum copulatorum.

Species omnes medicamenti purgantis recenſentur, & ordo de ijs agendi proponitur.

Cap. VII.

Purgantium nõc quid intelligamus.

PVRGANTIS nomen, nequaquam ſtrictè & propriè hic accipimus, ſed latè, atq; in communi, quomodo accepit Galenus in ſimplic. 1. *Simpl.* 20. med. tractatu; pro omni eo medicamento, quòd materiam, quæ non ſtatim cedit, ſed opus habet, præuijs quibuſdam quaſi diſpoſitionibus, euacuat. Hoc verò modò acceptum purgans, multas ſub ſe, variaſq; ſpecies complectitur. Sunt n. imprimis duo eius ſumma genera. Alia ſiquidem ſenſibilitèr, alia inſenſibilitèr euacuant.

Purgantis latè accepti omnes ſpeciei.

Quæ ſenſibilitèr euacuãt, rurſus vel totum euacuant, idq; iterum, aut per ſeceſſum, *De his ca. ſeq. ad c.* 14. aut per vrinam, *cap.* 14. aut per ſudorem. *cap.* 15. vel partem determinatam, *cap* 16. & 17. ſuntq; vel Caputpurgia, vel Expectorantia, dicta vel vomitoria. Quæ inſenſibilitèr euacuant, materiam fluxam reſpiciunt omnia, & gemina ſunt. Vel enim debentur materiæ fluxæ quidem, ſed loco mobili, & dicuntur *cap.* 18. repellentia: vel debentur materiæ impactæ, & infarctæ, & ſunt tùm *cap.* 19. ſiccantia, tùm *cap.* 20. reſoluentia. Hæ omnes medicamenti purgantis ſpecies, breuitèr nobis percurrendæ ſunt: agendum autem priùs de ijs euacuantibus, quæ totum corpus ſenſibilitèr euacuant, & inter ea, de ijs primò omnium, quæ per ſeceſſum id expurgant, tanquàm de verè, & propriè purgantibus; tùm ad ea progrediendum, quæ idem præſtant in partibus determinatis, tandem veniendum ad ea, quæ inſenſibilitèr idem moliuntur.

Ordo in tradendis purgantibus.

Agitur de euacuantibus totum ſenſibiliter per ſeceſſum, id eſt de verè purgantibus, idque in genere, ſeu communi, explicando purgantis pharmaci naturam.

Cap. VIII.

Medicamenti propriè purgantis definitio, & eius explicatio.

MEDICAMENTVM purgans propriè ità dictũ, quod ad eius naturam attinet, nihil eſt aliud; quàm materia eius euacuationis, quę propriè purgatio dicitur. Eſt. n. purgatio *euacuatio* 1. *aph.* 2. & 2. *aph.* 17. *ſenſibilis humorum qualitate peccantium, facta à medicamento electiuè purgante* Dicitur *euacuatio*, ad differentiam alterationis.

Suum;

Sumitur. a. euacuationis nomen, in latiori ſuo ſignificato, non preſſe & ſtrictè, quomodo ſola venæ ſectio euacuatio dicitur. 2. *aph.* 17 *humorum qualitate peccantium* ad differentiam venæ ſectionis, quæ eſt euacuatio omnium humurum, quantitate peccantium: 4. *aph.* 2. 2. *aph. com.* 17. Sunt verò humores hi qualitate peccantes, humores a ſanguine ſecreti, vtraquè bilis, pituita & humor ſeroſus. Intelligimus autem per qualitatem peccãtem, non peccatum in qualitate accidentali, ſiue primà, ſiue ſecunda; quia huic peccato alteratio debetur, non euacuatio; ſed peccatum in qualitate eſſentiali, quòd ad propriam ſcilicèt ſubſtantiam, & naturam humorũ pertinet. Huic enim purgatio conuenit. *facta à medicamento.* ad differẽtiam purgationis ſpontinæ, quam Hippocr. perturbationem ventris ſpontaneam nominauit 1. *aph.* 2. *electiuè purgante.* ad differentiam medicamentorum, quæ leniendo aluũ euacuant. Hæc enim verè purgantia non ſunt, cùm nec acria valdè ſint, & calida, vt ſunt purgantia, 2. *de elem.* 11. & 3. *ac.* 5. *ſimpl.* imò quædam ex ijs frigida, ceu tamarindi; nec à remotis trahant humorem peccantem, ſed ea tantùm, quæ citrà iecur ſunt, educunt. Porrò, *quomode medicamentum purgans determinatum humorem eliciat, & attrahat*, non eſt huius loci fuſiùs explicare. Sunt tamẽ ex plurimis de hac re ſententijs, quas legere eſt apud Valeſ. *Controuerſ. prop* duæ probabiliores, vna Galeni, altera Meſuei. Galeni ſententia eſt, fieri à medicamento attractionem humoris determinati, 1. *ſimpl* 13. & 2. *ſimp.* 25. mediante ſimilitudine; ac familiaritate quadam, inter humorẽ, ac medicamentum. Quòd confirmatur. Primò à contrario. Pulſio, quæ eſt contraria tractioni, fit à contrariò Et tractio, fit à ſimili. Secundò duplici exemplo, vno membrorũ corporis, quę alimentum ſibi ſimile attrahunt: alterò magnetis qui ferrum attrahit, quia illi ſimilis eſt, q vel indè patet, quoniam ibi generatur, vbi ferrum. Porrò conſiſtit hæc ſimilitudo, ſecundum Galenum, in qualitatibus, non quidem primis, ſed ſecundis, quæ modum mixtionis inſequuntur, & ſunt ex parte materię. Nam ſatis clarè Gal. meminit 3. *ſimplic.* 2. ſimilitudinis in colore, & ſimilitudinis in craſſitię, & friabilitate. 1. *ſimpl.* 10. 3. *de Temp.* 2. 1. *de Fac. Nat.* 13. Vnde obiter patet, errare eos, qui volunt ad Galeni mentem, purgatoriam facultatã eſſe reconditam, & occultam. Huic verò ſimilitudini coniunctu eſt caliditas, ex eodem Galeno, maior caliditate humoris attrahendi. Hac enim media fit attractio in communi, quemadmodum attractio determinati humoris, à ſimilitudine, Sententia Meſuei eſt, *initio ſuorum Canon. Vniuerſal. theorem* 1. medicamentum purgans trahere à proprietate quadam ſecreta, quam ille è cœlo cùm Platone deducit. Confirmat a. ſuam ſententiam ex eò quòd rebus omnib⁹ cæteris, natura quaſdam proprietates indidit, quibus, quòd ſibi proprium eſt, agunt. Quẽadmodùm verò Galenus ſimilitudini ſuæ adiunxit calorem, ità Meſues addit ſuæ proprietati occultæ violẽtiam. Vult enim trahere medicamẽtum humorem determinatum, proprietate illa occulta; trahere verò ſimplicitèr, non medio calore, vt voluit Galenus; non tanquam appetens quoddam, ſed eo ferè modo, quo agunt machinæ tractoriæ, violentia ſcilicet, quam naturæ adfert ob deleteriam ſuam qualitatẽ, id quòd videtur ſenſiſſe etiam ipſe

Quomodo purgans, determinatum humorem euacuet, ſententiæ probabiles duæ.

Sententia Galeni.

Sententia Meſuei.

Hippocr. *4. de morbis*. Hę duæ ſententiæ, quomodo ambæ ſuſtineri probabilitèr poſſint, fusè explicatū eſt in tractatu de purgatione, vt tamen dicam, quod ſentio, videtur probabilior eſſe ſententia Meſuei. Quia multò minores, quàm illa Galeni, patitur difficultates, eaquè data ferè ruunt omnia, quę vulgo cōtra attractionem medicamenti purgantis adferuntur. Adde, quòd & ipſi Galeno videtur poſſe accommodari, qui alibi diſertis verbis ait, medicamentum purgans ſimilitudine ſubſtantiæ trahere. Nec obſtat multùm, quòd locis citatis faciat mentionem ſimilitudinis penès ſecundas qualitates. Poteſt enim dici, adduci ab eo, non tanquam illa, quorum meritò fiat attractio, ſed tanquam declaratiua illius ſimilitudinis ſecundum ſubſtantiam, nobis incognitæ: quo ferè modo, celeberrimi quiquè Philoſophi, Ariſtotelē aiunt, formas elementorum ſubſtātiales nobis incognitas, per qualitates primas exprimere. Id verò, vel ex eo conuinci poteſt, quia verè per illa accidentia non eſt inter medicamenta, & humores ſimilitudo; quod vel vnius ſcamonei, & bilis exemplo manifeſtum eſt. Ex his autē quæ de attractione medicamenti purgantis dicta ſunt, facilè eſt dubitationem illam tollere, qua quæri ſolet, *Neceſſe nè ſit medicamenta per venas ad humores attrahendos peruadere*. Patet enim hoc ad tractionem, exemplo magnetis, qui ferrum trahit, interim nequaquam ad illud accedendo, minimè eſſe neceſſariū. Non eſt tamen negandum interim, medicamentum comminutum, & calore ventriculi, ac arteriarum motu, & alimenti delatione, ſaltem ſecundum aliquam ſui partem, in venas perduci, id quod ſatis ex vrinarum, quà in ſubſtantia, quà in colore, mutatione euadit perſpicuum. Et hæc de purgationis, & purgātis medicamenti natura, ex qua ità conſtituta, & explicata, ſpontè quid de indicantibus eorum, & prohibentibus, ac permittentibus dicendum ſit eluceſcit.

Sententia Meſuei videtur probabilior.

1

2

Obiectionis ſolutio.

Oporteatne medicamentū per venas ad humores attrahēdos peruadere.

Quoad indicantia igitur, conformitèr iis, quæ de venæ ſectione dicta ſunt, purgatio, quatenus dicit euacuationem humoris qualitate peccantis, quod Quid agendum vocant, ſic procul dubio indicatur ab humore peccante in quali, ſeù à vitio eiuſdem humoris: quatenus verò dicit euacuationem factam tali materia, medicamento ſcilicet purgante, quod Quo agendum dicitur, indicans eius eſt morbus magnus, ſeù, quòd idem eſt, humor qualitate noxius, vt morbum magnum producit. Primū patet. Quia id debet indicare purgationē, quòd ea educitur. At educitur humor noxius in quali. Item ex *1. aph. 2. & 23.* Hipp. ſententia, talia purgāda ſunt, qualia conferunt, & ægri leuitèr ferunt. At confert purgatio, & leuitèr fertur, ſi detrahatur humor noxius. Præterea idem vult Galenus, qui vitiū humoris à ſanguine diuerſi, conceptis verbis, vt purgationis indicans proponit. *4. Meth. 6.* Secundū etiam patet. Tùm quia magni remedij materia eſt purgans *2. aph. 29.* medicamentum. Magnum autē remedium, non niſi magno morbo debetur. *1. aph. 6.* Tum quia eſt manifeſta Gal. ſententia, *4. Meth. c. 6.* vbi præter vitium ſanguinis clarè proponit morbi magnitudinem, quàm & ſententiam ſuam ex Hippocrate quoque confirmat. *Gal. ibid.* Verùm, circà humoris in quali peccatū, notanda ſunt aliqua. *Notandum eſt primò*, peccare humorem qualitate, non tantùm ſub eo habitu, qui Cacochymia legitima dicitur, & exquiſita;

Indicantia purgās medicamentū.

Humor in quale peccans quis.

quiſita; ſed etiam ſub eo, qui cacochymia ſpuria vocatur, & prætereà ſub plethora ſpuria. Eſt.a. Cacochymia exquiſita nihil aliud, niſi plethora quæ ad vires dicitur, cuius hę tres ſunt conditiones, vt ſub ea ſanguis ſit in exigua copia, vt cæteri humores copioſi, & tandem, vt maximè à ſanguinis natura recedant. Cacochymia notha eſt, in qua cum ſanguinis copia exigua redundant alij ſucci non multùm à natura ſanguinis diſtantes. Plethora verò ſpuria duplex eſt; alia cùm putredine, alia ſine putredine. Poſterior eſt, in qua cùm dominio ſanguinis, iungitur ſubdominium humoris alterius à ſanguine. Prior rurſus gemina eſt, Altera enim eſt ipſa plethora exquiſita, ſed cui putredo ſit adiuncta, vt in ſynocho: alterà verò ea, quæ, præter dominium ſanguinis, ac putredinem, ſibi adiungit ſubdominium alterius alicuius humoris, à ſanguine diuerſi. Et ex his ſoluuntur omnia Galeni loca, in quibus videtur velle, non ſoli peccato humorum in quali, ſed etiam in quanto purgationem adhiberi, vt cum ait 4. *de ſan Tuend c* 4. in Plethora, ſi ęger timidus ſit, loco venę ſectionis largius eſſe purgandum: & vbi in pleuritide, quę ſit a ſanguine, deſcendente dolore ad hypochõdria, cum Hippocrate iubet propinare pharmacum. 4. *acut.* 10. & 11. Loquitur enim Gal. ibi de ſpuria tantùm plethora: in exquiſita verò nunquam purgans propriè concedit. Dico purgans propriè. Nam purgans leniens etiam in hac conuenire poteſt, eo modo, quo conuenit frictio, balneum, & alia remedia leuia: quo ſanè modo Gal. corpus plethoricũ, non ſectione tantum venę, ſed purgante quoquè medicamento iuuari ait, 4. *Meth.* 6. per purgationem ſcilicet intelligens non veram, ſed lenitiuã. *Notandum ſecundò* præter peccatum in quali, humorem diuerſum à ſanguine, poſſe etiam peccare copia putredine, & motu, proponi tamen ſolum eius vitium in quali pro indicante purgationis, quia alia horum ad vitium hoc in quali referuntur, vt putredo. (Eſt enim vitium in quali, vt dictum eſt, vitium attinens ad ſubſtantiam humoris, & formam, ad quàm, & putredo ſpectat non ad qualitatem accidentalem.) alia nunquàm ſine illo ſeorſim conſiſtunt, vt copia & motus: imò, quantum ad copiam attinet, eo, ipſo, quòd qualitatem peccat humor, etiam copia in vitio eſt, & tãquàm ſuperfluum quid in corpore redundat. *Notandum tertiò.* Etſi omnia cętera vitia humorum à ſanguine diuerſorum, ad peccatum in quali reducuntur; nihilominus tamen, ſecundum ea variari purgationem aliquò modo, & diuerſas appellationes acquirere: ità vt ſi ad putredinem referatur, eradicatoria, ſi ad copiam, minoratiua, ſi ad motum, retractoria, id eſt tùm reuulſoria, tùm deriuatoria appellari debeat. Ac eradicatoria quidem, & minoratiua, ab ipſo Galeno paſſim proponuntur: minoratiua quidem in commenro ad illud Hippoc. 2. *aph* 29. A principijs morborum ſi quid mouendum videtur moue: item, vbi ait, 4. *Meth.* 4. & 11. *Meth.* 12 minimè aggrediendas eſſe obſtructiones, niſi prius vitioſi ſucci pro maiori parte detrahantur: eradicatoria. a. vbi, quę relinquuntur in morbis recidiuas facere dicuntur, ex quo ſatis perſpicuè colligitur, radicitùs, quod nocet, euacuandum eſſe, Sed iam.

Cacochymia exquiſita. *Cacochymia notha* *Plethora ſpuria.* *Contradictio in Galeno tollitur.* *Humor diuerſus a ſanguine curſolũ vt peccans qualitate dicatur indicare.* *Purgatio diuerſas acquirit appellationes pro diuerſitate vitij humoris.* *Eradicatoria, & minoratiua purgatio nota Galen.*

Ad permittentia, & prohibentia accedamus. Hæc igitur ſunt vires, & quæ ad ipſas referuntur. Id enim, quod pręcipuè patitur a medica-

Vires.

dicameto, permittit, & prohibet. Tales autem ſunt vires *Vires igitur* ſi robuſtæ fuerint ſecundum omnia requiſita, abſq; exceptione permit-tunt purgationem: prohibent ſi debiles quidem, ſecundum partes carnoſas, & ſpiritus, robuſtæ verò ſecũdum ſpermaticas prohibent, ſi contrà habuerint. Rurſus, permittunt ſi debiles fuerint ſecundum ſpiritus, ſed ob ſuffocationem; prohibent, ſi ob diſſipationem. Requiri autem virium robur non ad venæ ſectionẽ tantùm, ſed etiam ad purgationem, idq; non pro præſenti tantùm, ſed etiam pro futuro, præter Gal. auctoritatem vbi ait, peccante humore à ſanguine diuerſo purgandum eſſe, dummodo vires conſtent 4. *de San. Tuend cap.* 4. & vbi habet, corpora imbecillà purganda non eſſe 1. *Prorhet. com.* 2 *t.* 38. ſuadet etiam ratio: Quia purgatio medicum auxilium eſt, conſtat. a. nullum medicum auxilium reperiri, quòd citra noxam multùm prodeſſe poſſit: quòd ſi in vllis alijs, in pharmacis certè purgantibus locum habet, quæ malitia quadam inſita naturæ humanæ aduerſantur *ſecundò acut.* 12. 9. *Meth. et* 3. *aphor.* 13

Quæ ad vires referuntur.

Quæ ad vires referuntur ea ab Hippocr. ad quatuor capita reuocantur, ad ętatem, tempus anni, regionem, & morbum 2 *aph.* 2. explicatiùs autẽ continentur, ſub reb⁹ naturalibus, nonnaturalibus, & pręternaturam. *Ad res naturales* ſpectant ætas, habitus corporis, temperies, conſuetudo, Vteri geſtatio. Vt enim, qui ſunt ætate florenti, habitu mediocritèr carnoſo, & calido, complexione temperata, (loquor de ægris. Nam ſani quò temperatiores, eò difficiliùs medicationes 2. *aph.* 37. ferunt) aut ex intemperatis frigida, & humida; purgationibus aſſueti, facilè ſuſtinent purgantium vim: ità contrà difficultèr eam perferunt, ſal

Res naturales permittentes, aut prohibẽtes ætas

tem ſi vehementior fuerit, qui ſunt ætate puerili, & ſenili in extremo; habitu gracili, & extenuato, maximè ſecundùm partes attinentes ad imum ventrem, 2. *aph.* 45 complexione calida & ſicca, qualis eſt bilioſa, aut frigida, & ſicca, qualis eſt melancholica, item qui purgationum non habent vſum Senes enim deſtituuntur beneficio calidi innati: pueri, & ſi eo abundant, tamen facilè eius diſſipationem, reſolutionemq; ob corporis molliciem incurrunt. Graciles verò, & extenuati præterquàm quòd ſanguinis & carnis paupertate laborant, etiam accenſo ferè ſunt corpore, & à medicamentis magis accenduntur. Vndè Hippoc. per ſuperiora potiùs eos, quàm per inferiora purgare iubet. 4. *aph.* 9. Iã bilioſi, quemadmodum nimia caliditate excedunt: ità Melancholici caloris paupertate vexantur, & pręterea humorem congregant, qui ob ſui pertinaciam, & ad motum ineptitudinem, difficultèr medicamentis cedit. Nec obſtat, quòd dixerit Hippocrates, vehementiùs 4. *aph.* 9. purgandos eſſe Melancholicos. Dixit enim hoc non abſolutè, ſed in reſpectu ad tabidos, de quibus ſermo illi erat immediatè ante. Tandẽ conſuetudo altera natura eſt, 2. *de motu muſc. c.* 7. quæ cauſa eſt cur tanti eam paſſim. Hippocrates fecerit. 2 *aph* 33. *et* 49. De vteri geſtatione ità habendum eſt, primis, & poſtremis menſibus, valdè ſuſpecta eſſe purgantia, & cautiſſimè vſurpanda; medijs, ſi morbus acutus ingruat, etiam ſine turgentia, tutiùs adhiberi etiam fortiora, qualia ſunt, quę ſcamonium recipiunt, dummodò benè ſint correcta. Ratio eſt. Quia ex Galeno, primis 4. *aphor com* 1 menſibus, quibus fœtus vtero adhæret, ligamenta mollia ſunt, & infirma, & facilè, ea quæ inducitur a purgan-

Habitus corporis.

Tẽperies.

Conſuetudo.

Vteri geſtatio.

te.

te, agitatione, diſrumpuntur; poſtremis verò, licèt fortiora, ob pondus tamen fœtus idem periculum imminet. *Inter res nonnaturales*, quę prohibent purgationem, ſunt. Primò Aer. Aeſtate enim, & hyeme, purgationes difficiles ſunt. Aeſtate. 4. *aphor. com.* 50 Quia per eā ſpiritus exhauriuntur, qualitas caloris natiui vltrà modum intenditur, quæ incommoda purgatio auget: cui accedit, quòd æſtuans calor trahit ad circumferentiā, medicamentū contra à circumferentia, quos motus, quippè contrarios, difficultèr natura ſuſtinet. Hyeme, Quia caloris natiui qualitas. Valde habetatur, & ideò difficultèr medicamenta actuat: humores præterea intus veluti concreti, ob ſuam craſſitiem, & lentorem, ità latitant, viaſq; obſtruunt, vt non niſi maxima violentia educi poſſint. Secundò. Prauus victus. Hoc enim qui vtuntur, facilè à purgantibus exoluuntur. 2. *aphor.* 36 Vndè eos Galenus priùs cibis bonis 6. *de tuen. San. c.* 6. nutrire, deinde purgare iubet per epicraſin. Quòd præceptum ſub annonæ caritatem, & bella magnoperè obſeruandum eſt. Tertiò. Vitæ genus. Qui enim plurimùm exercentur, defatiganturq; quòd vix excrementis ſcatent; ac plurimū diſſoluuntur, non æquè ijs, ac contrarijs purgationes conueniūt. Quartò. Inanitio, & repletio. Si enim fiat euacuatio, per regionem diuerſam ab inteſtinis, vt in illis, qui ſtatutis temporibus hæmorrhagiam patiuntur, & in fœminis tempore menſiū, purgatio omittenda eſt. Quò enim natura vergit, eò oportet ducere. 1. *aph.* 20. Rurſus, ſi ſanguis in toto redundet, differenda tantiſpèr purgatio, dùm venæ ſectione ille minuatur. *Quantum ad res preternaturam*. In patiente Prono ad vomitū, cùm ventriculo imbecillo, itē in ijs, qui Syncopen facilè incurrunt, abſtinendū à medicamentis eſt. Quòd; & de ijs dicendū eſt, qui facilè conuulſionem patiūtur 5 *aph.* 1. quippè quàm medicamētum ipſum, ſui potiſſimùm ſiccitate, excitare aptum eſt. Sed & fluor alui, ſiue à natura is, ſiue ab arte eueniat ex Attic 41 tanquàm timoroſus, inter purgationem prohibentia recenſetur. Materia itē morbifica, ſi ſit citrà iecur, & in primis vijs, excludit purgans medicamentum. Purgans dico. Nā leniens admittit, imò poſtulat. Id quòd tantùm voluit Galenus, cùm caua iecoris per pharmaca deiectoria expurganda eſſe alicubi aſſeruit 13. *Meth. cap.* 13. Sed de indicantibus permittentibus, prohibentibus purgationem, tantùm in præſentia.

Res non naturales permittentes, aut prohibentes.
Aer,
Prauus victus.
Vita genus.
Inanitio, & repletio.
Res præternatura permittentes, aut prohibētes.

Quomodò rectè ſutendum purgantibus traditur. Cap. IX.

VENIO ad rectùm vſū purgātis medicamenti. Quoad Quātitatē igitur, ea duplex eſt. Vna pertinet ad quid egendum, & circà eā quæritur, qua menſura, & quantitate ſit purgandum; alia pertinet ad rectum vſum, & verſatur circà doſin medicamenti purgantis. *Quantitas prioris* generis indicatur a quantitate cacochymiæ. Hæc enim ſi copioſa eſt, copioſè quoq; purgandū docet, dummodò vires, & cætera, de quibus ſuprà, permittant: ſi exigua parcè. Eſt. a. copioſa purgatio, totos noxios humores euacuare, ſeù purgare eradicatiuè, non, vt quidam volunt, ad animi deliquium, Hoc enim nunquàm tentandum eſt medico. Tùm Quia plurimùm, & repentè purgare, ſemper periculoſum eſt 1. *aph.* 2. & 2. *aphor* 51. Tùm maximè, Quia ex Galeno, *lib de curras. per ſang. miſ. ca.* 12 *et de ſect. vena cont. Eraſiſtr.* quantitas medicamenti,

Quātitas que pertinet ad quia agēdum, & eius indicans.
Ad animi deliquiū nunquam purgandum.

ri, tàm coniecturalis eſt, vt nullus, ſcientiſſimus quamuis, determinare poſſit eam materiæ purgantis quantitatem, quæ hucuſq; tantùm ducat, & non vlteriùs; & inter euacuationem per ſectionem venæ, & purgãs medicamentum, hoc eſt diſcrimen, quòd illam cùm volumus ſiſtere poſſumus, hanc nequaquam, Nec obſtat, quòd Hippocrates 1. *aph.* 23 ſine diſtinctione, & generalitèr videtur dicere, ducendum eſſe ad animi deliquium, ſi æger tolerare poſſit: & Galenus *ibidem in com.* in doloribus euacuandum eſſe ait, vſquè ad animi deliquium, diſtinguendo tamen, purgatione id an venæ ſectione faciendum ſit. Nam Hippocr. nequaquam ibi generalitèr loquitur, ſed particularitèr. Duę enim sũt Aphoriſmi partes, vt rectè Philotheus animaduertit, quarum prior verè generalis eſt, & ad omnia, quæ è corpore educuntur, ſe extendit; altera verò particularis eſt, & ſolam ſectionem venæ complectitur, quòd etiam ex Galeno in commento confirmatur, qui proponens caſus in quibus licèt ducere vſquè ad animi deliquium ſolius venæ ſectionis meminit: & ex ipſo Hippocrate, qui peculiaritèr 4. *acut.* 74. docet ſectione venæ ducendum eſſe aliquandò ad animi vſquè deliquium, nuſquàm verò iddicit de purgatione. Quòd verò ad Galenum, fateor mihi non ſuccurrere, quòd ſatisfaciat: interim omninò puto locum eum eſſe deprauatum. Tùm Quia abhorret hoc dogma à doctrina Hippocr. & Galeni, vt iàm oſtenſum eſt. Tùm Quia varia lectio eſt huius loci, & apud veteres, nouoſquè interpretes, & apud eos, qui ex Galeno plurima ſolent tranſcribere. Tùm deniq; & maximè: Quia Galenꝰ ait ſe in libro curatiuo per venę ſectionẽ docuiſſe quando mittendus ſit ſanguis, & quãdo purgandum ad animi vſquè deliquium. At ibi nihil habetur de purgatione ad deliquium, ſed potiùs contrarium, vt dictum eſt.

Obiectionis ſolutio

Quantitas quę ad rectum vſum pertinet, id eſt, doſis medicamenti purgantis, indicatur à læſione, & actiuitate materiæ purgandæ. Summa enim læſio, indicat vna vice purgandũ, & conſequentèr ſummam doſin medicamenti: contrà remiſſa, & mediocris, dùm modò nihil ſit, quòd doſin variet. Variatur autem tùm ob cauſas externas, tùm internas. Ad cauſas internas pertinet temperies, corporis habitus, ætas, ſexus, vitæ ſtudium, itèm morbi magis, vel minùs calidi, & prodeuntes à cauſis modo magis, modò minùs efficacibus: maximè verò conſuetudo, & proprietas indiuidualis, quæ inter cauſas internas præcipui eſt momenti. Ad extenas referuntur aer, regio calida, vel frigida, Venus immoderata prægreſſa, &c.

Quantitas quę pertinet ad rectum vſũ, & eius indicans.

Doſin variantia.

Cauſa interna.

Cauſa externa.

Nam e.g. quoad res externas hyeme (& idem intelligendum eſt de regionibus, quę ad ventos frigidos ſitę ſunt, quales ſunt ex *lib. de aere, aq. & locis* Hip. quæ iacent inter occaſum æſtiuum, & orientem æſtiuum) cùm corpora adſtricta ſint, & minùs ſoluantur, maior quantitas: æſtate verò & in regionibus calidis, cum laxa, fluxa, & ſpontè aperta ſint, minor conuenit: Eodem modo res habet in cauſis internis. Nam pueris, & ſenibus, itèm mulieribus, (& idem eſt de Eunuchis, & balbis. 6. *aph.* 32. quia ob humiditatem facilè ijs aluus ſoluitur, multò minor doſis, quàm ijs, qui contrariò modo habent, exhibenda eſt. Sic, & qui artem ſedentariam exercent, vt fabri, de quibus Poeta ait, Fabrorum prandia betæ, qui medicamentis aſſueuerũt: qui ob proprietatem indiuidualẽ difficultèr ſoluuntur; qualis

fuit

fuit Eudemus ille apud Theophraſtum, *li. de hiſt plant. 9. c* 19. qui interdum vna de viginti duabus ſumptis ex elleboro potionibus, purgatus tamen non eſt, longè maiorē, quam qui ab his diuerſi ſunt, medicamentorum doſin poſtulant. Quicquid tamen ſit, illud ſemper ſciendum eſt, perpetuò eſſe tutius ſubſiſtere infrà ſummam doſin, ad vitandam infamiam, & damnum, quod ſuperuenire ſolet ex ſuperpurgatione. Porro quas ob cauſas fiat ſuperpurgatio, non eſt huius loci explicare. Breuitèr tamen ſciendum, duas dari poſſe. Prima eſt valida attractio ipſius medicamenti. Ex Galeno 2. *de elemen. in fine*. enim in nutritione, & in purgatione, non tantùm fit attractio conuenientis, & familiaris, ſed etiam contrarij, exemplo carnis optimæ, quæ trahit etiam ſanguinem frigidum. Altera, & principalis eſt, 3. *Symplic.* 27. *&* 28. læſa retentio, ac expulſio, Læditur autem, retentio quidem, ob morbum in via, id eſt, apertionem orificiorum factam à copia, & impetu materiæ, quæ expurgatur, & morbum in intemperie frigida, ob diſſipatum calorem vaſorum innatum, vel humida ob inſignem humorum affluxum: expulſio vero ob errorem externum, malam ſcilicet qualitatem, & acrimoniam medicamenti.

Semper tutius ſubſiſtere infra ſummam doſin.

Superpurgationis cauſæ.

Ad modum vtendi purgantibus, pertinet cognoſcere, qua qualitate, & qua forma exibenda ſint purgantia: pertinent item nonnulla, quæ tutam, & iucundam purgationem faciunt. *Forma medicamenti duplex eſt*, ſolida ad quam pilulę, & boli: & liquida, ad quam potiones pertinet. Forma ſolida, vt potè quæ valentinùs agit, indicatur a materia contumaci, & reſiſtente: liquida, vt, quæ mitior eſt, à facilè cedente.

Modus purgandi quæ complectatur.

Forma medicamēti purgantis duplex & quæ quādo cōueniat.

Intelligo autē materiam eſſe contumacem, non ſolùm, quando eſt, contra naturam, quatenùs eſt craſſa, & vſcida, itemquè qualitate prima nimis intenſa; verum etiam, quatenus eſt in loco maximè diſtante à primis venis, ſicut ſunt iuncturæ, caput, ac venæ in ambitu totiùs corporis. Præter materiam tamen reſpiciendum ratione virtutis. Primò ad delectum patientis. Aliqui enim ſolida, aliqui liquida medicamenta admittunt faciliùs. Secundò ad ſtatum ventriculi. Qui enim laxum hunc habent, & imbecillem, & ad vomitum propenſum, arcendi ſunt a potionibus. Tertiò ad deglutionem. Sunt enim ægri, qui non deglutiunt ſolida, vt Apoplectici, quo in caſu etiam pilulæ, ipſę, quamuis ingratiſſimæ, in potum redigendę ſunt. Sunt contrà, qui deglutiunt ſolida non liquida, quibus, & ipſis ſatisfaciendū. Quartò ad morbum. Nam in febribus vehementibus, & alijs calidis valdè affectibus, cauendum à bolis, & maximè a pilulis, vt potè plùs æquo calefacientibus, & ſiccantibus: aut ſi omninò ęger pilulas deſideret, poſt deuoratas illas, refrigerans aliquòd, per modum apozematis exhibendum, v. g. ſerum lactis, aqua hordei, ius alteratum cichoraceis. Quintò ad odorem, & ſaporem medicamenti.

Amara enim, & grauitèr olentia, in forma ſolida danda ſunt, non liquida, quamuis non ignorem hieram, amariſſimam etiam, in potione veteribus fuiſſe exhibitam. *Quoad qualitatem*, medicamentum potabile, temperatè calidum dandum eſt, non tepidum, quoniam laxat ventriculum, & ciet vomitum: nec frigidum, quia pręter id, quod ventriculum lędit, etiam non ità benè actuatur; quàm ob cauſam, ſi ſolida

Purgationem tutã, & iucundam facientia.

ſolida exhibeantur, maximè ventriculo frigido, vtiliſſimum eſt pannos calidos ventriculo adhibere. *Quæ ad purgationem* tutam, & iucũda faciunt, ea referuntur ad tria: ad obſeruanda ante purgationem, in ipſa purgatione, & poſt purgationem. *Ante purgationem obſeruanda*, alia præcedunt aſſumptionem medicamenti, alia ſubſequuntur.

Ante purgationem obſeruanda.

Priuſquã aſſumatur Pharmacum quid agẽdum.

Ante aſſumptionem pharmaci, duo facienda ſunt. Primò. Inijciendus clyſter ex iure pingui ſalito, oleo, vel butyro, & eò magis ſi aluus fuerit dura. Hic enim vias purganti præparat, at præparantia 2. *aph*. 9. vias purgantibus præmittenda ſunt. Secundò, odor, & ſapor medicamento ingratus, quantùm poteſt, eſt corrigendus. Corrigitur odor ſi medicamento immiſceatur aliquid odoratum, nares obturentur, aut ſaltem odorato aliquo occupentur, vt aceto, aqua roſ. florum arantij, & citri, vino odorato; aut ſi medicamentum ſit potabile, vas cooperiatur panno lineo, liquoribus prædictis imbuto. Corrigitur ſapor, ſi antequàm medicamentum aſſumatur, patiens, maſtices corticem arantij, limonis, vel dracunculi. His enim organum guſtus præoccupatur, vt ſaporem non ſentiat. Huc verò ſpectat etiam id quòd maximè obſeruandum venit in delicatis, & qui non admittunt medicamenta ſub forma medicamentoſa, ſicut pueruli, & fæminæ, vt decipiantur tales, iiſquè medicamenta propinentur in ouis, placentulis, pomis, aut vino.

Aſſumpto Pharmaco quid faciendũ.

Aſſumpto Pharmaco, primò & ante omnia cohibeatur eius vomitio, ad minùs per horas duas. Hoc autem obtinebitur tùm iis, quę ingratum ſaporem, & odorem medicamenti corrigunt, de quibus iam actum eſt; tùm, ſi panis aſſus aceto imbutus admoueatur narib. ſi maſticetur pomum, vel pyrum auſterum, cydonium, grana mali. Punici, & alia ſtiptica. Mirificè huc facit cæpa, vel nux commorſa, & deguſtata. Sunt qui à vomitu præſeruantur maſticatione rei gratæ, & collutione oris cùm vino auſtero, aqua vel poſca. Conducit etiam pannis calidis ventriculum fouere, extremitates cõſtringere, immergere manus extremas in gelidam, iugulo apponere ouum integrum priùs in frigida maceratum, Notandum tamen à pharmaco aſſumpto, ſi aluus ſubducta ſit, nequaquam vomitum cohibendum. Deindè ſi os ſupernũ ventriculi, ob eximium ſenſum non perferat medicamenti acrimoniam, & Syncopes ſit metus, detur aliquod detergens, ſicut eſt ptiſana, aqua melis, ius ſaccharum, vel cicerum rubeorum. Tandem imperetur ægro quies. De ſomno. Auicenna 4. 1. *doctr*. 5. *c*. 5. eum admittit antequàm operetur medicamentum, ſaltèm per horam, in purgante forti, vt meliùs actuetur: Paulus verò *lib*. 7 *ca*. 6. prohibet, quia ignoramus temporis ſpacium, quo medicamentum ad actum perducitur, & quia ſomnus cohibet omnes excretiones, præter ſudorem Pauli ſententia eſt tutior, Auicennæ tamen non vituperanda. Sed hæc ante purgationem facienda ſunt. *Quo ad purgationem* ipſam, diligenter in ea attendendum, ſequaturnè, vel non.

In ipſa purgatione facienda.

Si nõ ſequatur ſpacio quatuor, vel quinquè horarum, primò præcipiatur motus, 4 *aph* 15. deindè abſente febre exibeantur duæ, vel tres pilulæ de aloe, vel ius ſalitum, vel vnc ſs. Tartari albi ſubtilitèr pulverat cùm iure, adiecto modico tartari, vel inijciatur clyſter communis; præſente autem febre aluus clyſtere irritetur, qui refrigeret. Paulus ad promouendam purgationem

proponit

proponit etiam adſtringentia. *Paul. lib. ſextò, cap. ſeptimò*. & certè Galenus *ſecundò. de alim.* 21. alicubi vſu pirorum, & pomorum adſtringentium; ab aſſumpto ſcamonio non operante, ſubduxit aluum. Si ſubſequatur, ea vel ſit talis, qualis fieri debet, vel non. Si primùm, ſtudendum, vt æger caueat, ab omni aeris calidioris, vel frigidioris iniuria, detineatur in ſumma quiete, tùm animi, tùm corporis. Si deffeſus valdè fuerit, à meridiè ſomnum capiet, interimquè in prandio nutrietur parcè alimento euchymo. Si ſecundùm, hoc contingit dupliciter, aut quia purgatio eſt laborioſa, & cùm dolore; aut quia nimia eſt, ac non ſine virium iactura peragitur. Si ſuboriatur dolor, videre oportet, à flatibus is pendeat, an à materia mordaci, & acri. Si dolor à flatibus proficiſcatur, quædam ſunt aſſumenda, quædam admouendam, quædam injjcienda. In genere aſſumendorum laudo vnc. j aquæ ſtillatitiæ cinamomi, qualibet hora actu calida exhibitæ, vel ſcrup. j. olei ſtillatij aniſorum cùm iure, aut vino calido, vel ius decoctionis aniſorum. Inter injjcienda laudo clyſterem ex ſolo oleo rutaceo, vel ex decocto carminatiuo in iure facto cùm electuario de bacis lauri, & oleo prædicto. In genere admouendorum, probo oleum rutaceum abdomini illitum, vel chamæmelinum ſuper aſperſo puluere cumini: quibus nō ſufficientibus, aſcendendum erit ad emplaſtrum de baccis lauri. Si verò dolor cauſetur à materia acri, interiùs conuenit ptiſana hordeacea, vel ius pingue, cùm puluere ſacchari ad deterſionem: exteriùs adhibeatur omentum veruecinum, aut oleo roſ. compl. calefactum, aut placentulæ ex vitellis oui in butyro paratæ, vel loco butyri in oleo roſato: injjciatur etiam clyſter ex aqua, vel ſucco hordei, aut lacte vaccino, aut iure inteſtinorum bouis, vel capitis caſtrati, cū vnc. ij ſacchari rubei, & duobus ouis integris. Si fiat purgatio nimia, ſeù ſuper purgatio. Primò humor fluens reuellendus eſt frictionibus, ac deligationib. partium, extremarum in ſerie materierum Chirurgicarum propoſitis, & balneo aquæ dulcis, quòd in hoc caſu præſtantiſſimum eſt. Trahit enim ad cutim. Secundò viæ apertè adſtringendę, & roboranda vaſa, aſſumptis diacytonite ſinè ſpeciebus, miua cydoniorum, conſerua ex ſorbis, & cornis ad vnc. ſs. hora vna vel altera ante cibum; exteriùs verò abdomini adhibitis iniunctione cùm oleo cydon. myrtino, maſtic. quòd addi debet ad conſeruandum inteſtinorum calorem; item fotu cùm petijs madefactis in vino nigro auſtero tepido: itē emplaſtro Diaphęnicon aut de cruſta panis, priùs tamen facta inunctione ex oleis dictis, & ſuperaſperſo puluere roſar. Tertiò attemperandus dolor, & medicamenti acrimonia, ijs, quæ ſuprà propoſita ſunt, in dore à materia acri *ſupra hoc capitulo*. Ego vtor maximò cū ſucceſſu oleo hyperici. Sed in ſuperpurgatione, tanquam medicamentum Polychreſton, omnibus præferenda eſt Theriaca mediæ ętatis à ſcr. j. ad drach. j. quatuor, vel quinquè horis ante cibum propinata; Hæc enim, & humores ad cutim pellit, eoſdem incraſſat, vias apertas claudit, calorem innatum viſcerum roborat, dolorem mitigat, acrimoniam, & veneficā vim medicamenti, retundit, vt non ſit mirum, ſi Gal. *lib. de Theriac. ad Piſon cap.* 14. optimam Theriacam arguat, ex eius in ſuperpurgatione vſu. *Poſt purgationem* detergendæ ſunt reliquiæ medicamenti, parietibus ventriculi, & inte-

Purgatio laborioſa quomodo mittigādū

In ſuperpurgatione q̄d faciendum.

Poſt purgationem facienda.

inteſtinorum hærentes, ac tandem ventriculus relaxatus déſandus eſt, & cōſtringendus. In primùm vſum, die aſſumptionis medicamenti, per dimidiam horam ante prandium, dandum eſt ius carnium, vel cicerũ rubeorum, cùm ſaccharo, vel tartaro, atquè veſperi inijciendus eſt clyſter, ex aqua hordei cùm ſaccharo rubeo, albo puluerizato, atquè etiã melle roſ. ſimpl. ſi materia peccans fuerit frigida; mane verò ſequenti, quatuor, vel tribus horis ante prandium, idem ius atquè idem clyſter ſunt repetenda; ac tandem eodem mane ad conſtringendum ventriculum, danda vnc. ſs. ſacchari roſ. vel cydoniati.

Tempus exhibendi purgans.

Tempus, quo exhibendum pharmacum, conſiderandum eſt, tùm ratione præſeruationis, tùm ratione curationis. Vtrumquè in genere indicatur à præſentia indicantis, & abſentia prohibentis. Quare, vbi præſens fuerit cacochymia, morbum magnum efficiens, ſi nihil prohibeat, dandum eſt purgans, curatorium quidem, ſi eum efficiat actu, præſeruatorium, ſi efficere ſit apta.

Tempus exhibendi purgans præſeruatorium.

In ſpecie verò ſi de præſeruatorio ſermo eſt, illud prohibent æſtas, & hyems, ob rationes ſuprà dictas, accommodatiſſimum verò illi tempus eſt vernum 6. *aph.* 41. Quia, præterquàm quòd per illud vires cōſtant maximè, quoniam nec calor diſſoluens, vt æſtate, nec frigidus hebetans, vt hyeme, vrget, ob quas cauſas ver ſaluberrimũ dicitur 3. *aph.* 8 & 1. *de Temp.* 3. etiã tùm corpora maximè repleta ſunt, & humores fluxiles per corpus veluti efflореſcunt, meatus patent. Ver aliquo modo ſubſequitur autumnus. Quia etſi, ob incoſtantiam temperamenti illius, *de qua* 3. *aph.* 4. vires parum validæ ſint; tamen tutius eſt per eum purgare, quàm æſtate, & hyeme, quoniam calor in eo, & frigus non excedunt. Eſt autẽ his temporibus purgatio præſeruatiua ità inſtituenda, vt ſub veris initiũ purgentur, qui ſub æſtatis initium corripi morbis ſolent: ſub finem, qui media æſtate. Et idem eſt de autumno, reſpectu hyemis.

Tempus exhibendi curatoriũ

Circà purgans curatorium occurrit conſiderandum tùm tempus morbi vniuerſale, ac particulare, tùm hora ipſa exhibitionis.

Tempus vniuerſale.

Quoad tempus vniuerſale dandũ eſt pharmacum in principio ſtatus, & in fine declinationis. Tunc enim non ſolùm indicans adeſt, materia ſcilicèt euacuanda, ſed permittens etiam, virium nimirùm robur. Eſt enim tunc materia concocta. Coquit enim natura in principio, & medio ſtatus, euacuat in fine ſtatus, & principio declinationis. 1. *aph* 4. & 8. 4. *aph.* 22. 1. *de Criſ.* 12. & 18. Coctio autem effectus eſt virium robuſtarum, quippè quæ fit à natura vincente; *Gal. ibid.* & concocta medicari oportet, non cruda, niſi turgeãt; 1. *aph.* 22. & Corpora cũ quis purgare voluerit, ea priùs fluida oportet facere 2. *aph.* 9.

Vtrũ nunquã purgandum, niſi materia cocta.

Sed Quæret hic aliquis *Vtrum nunquam purgandum, niſi materia cocta?* Ego quidem ſic exiſtimo; valdè eſſe probabile, mentem eſſe Galeni, & Hippocratis cruda materia nunquã eſſe exhibendum pharmacum, excepto vnico turgentiæ caſu, vt ex locis citatis patet. Quòd ſi aliquandò videntur in principio propinare purgans, id nequaquam faciunt cruda materia, ſed ſemper reſpiciunt ad aliquam coctionem, ſaltem in toto exiſtentem, quòd vel ex vno Hippocratis loco euadit clariſſimum, 4. *acut. tex.* 43. vbi ſeipſum quaſi explicans, ait, licere principijs morborũ purgare, ſi vrinæ fuerint craſſæ, & nebuloſæ. Craſſities enim in vrinis ſemper concoctionis alicuius indicium eſt, quemadmodum contrà tenuitas cruditatis. Verùm quoniam eorum, qui,

qui, præter materiæ turgentiam, alios quoſdam dari caſus putant, in quibus liceat purgare, materia cruda, non omninò improbabilis eſt ſententia, imò Hippocratem; & Galenum quoquomodo videtur habere fauentes, & hunc quidem cum alibi, tùm maximè 1. de Criſib. 9. loco a pauciſſimis rectè animaduerſo, vbi turgere materiam dicit, non tùm ſolummodo, cum inordinatè per corpus mouetur, ſed tùm quoque cum morbum excitat acutum, qui celerrimè terminatur: ideò totum purgationis, quoad hanc rem, negocium, quomodo tranſigi ſecundum illos debeat breuitèr ex ſubiecto Schematiſmo erit intelligere. Suppono autem, quæ de purgatione tùm minoratiua, tùm eredicatiua dicta ſunt alibi.

Vide in pag. ſeq.

Coctio humorū medica non eſt coctio verè, & propriè dicta.

Illud hic notandum eſt, coctionem humorum, qua de loquitur Hippocrates, non eſſe concoctionem veram, & propriè dictam, quæ definitur ab Ariſtotele *4. Meteor cap. 6. perfectio natiui, & proprij caloris, ex oppoſitis paſſiuis* ſeu clarius, perfectio mixti pendens a calore proprio, & naturali ipſius concoquentis, ob conſeruationem mixti. Hæc enim triplex tantùm eſt, *Maturatio* ſcilicet, quæ ſpectat conſeruationem mixti in ſpecie, eſtquè ea concoctio, in qua ex alimento generatur ſemen: & *elixatio, ac aſſatio*, quæ propoſitam ſibi habent conſeruationem mixti in indiuiduo, & ſunt quæ mutant alimentum in ſubſtantiam concoquentis, illa quidem calore humido & naturali, in primis ætatibus: hæc autem adſcititio in ætate progreſſa. tùm neutra verò harum concoctio humorum medica in idem concidit. Non cum maturatione, quia in ea non generatur ſemen: non cum elixatione, & aſſatione; Quia non tranſmutatur in ea alimentum. Eſt igitur concoctio Metaphorica, qualis eſt ex Ariſtot. *ibidem*, in tuberculis, pituita, & huiuſmodi, qua calor natiuus agit in materiam, ſicut & in coctione vera, ſed ad eius differentiam, nō in benignam, ac familiarem naturæ, ſed excrementitiam, quàm tamen ità domat, & ſuperat, vt portiuncula quidem eius benignior. (Talem enim reperiri, etiam in huiuſcemodi humoribus excrementitijs, planum eſt ex Hippoc. *2. aph. 44. 1. Epid. c. m. 2. tex.* 40.) vertatur in alimentum, & ſic mutationem accipiat, tùm in ſubſtantia, tùm in qualitate: reliqua verò ità euincitur, & ſecundum qualitatem mutatur, vt ad expulſionem, per regionem conuenientem, ſit accōmodata. *6. Epid. com. 2. t. 9. & com. 1. t. 6. acut. com. 44. Auic. 4.* 1. Eſt autem ſimilis ex veris concoctionibus maturationi potiùs, quàm reliquis. Nam, ſicut in maturatione minor portio ſeminis mutatur in ſubſtantiam teſtium, maior in excrementū abit, vtile tamen: ità in coctione medica, minor portio materiæ excrementitiæ in alimentum, maior in excrementum mutatur.

Coctio medica qualis.

Tempus particulare exhibēdi purgās.

Quo ad tempus particulare. Si morbus ſit intermittens, dandum procul dubio in interuallo eſt pharmacum: ſi continuus, cum proportione, in remiſſione: ſi continuus continens, cùm non habeat tempora particularia, ſed vniuerſalia ſolùm, purgandum in declinatione, tantùm vniuerſali.

Hora exhibendo purgans.

Quo ad horam, cauendum a purgante in die acceſſionis, & in acceſſione ipſa, niſi malum grauiſſimum immineat, vt in materia furioſa. Ratio eſt. Primò. Quia in acceſſione natura expellit ad circumferentiam, purgās trahit a circumferentia. Secundò. Medicus non poteſt exhibere purgans

- Materia vel
  - Mouetur
    - Ad e locum in determin atum, quæ dicitur Turgens. Et hæc ſtatim eſt purganda 1. *aph*. 22.
    - Ad determinatum
      - Principem.
      - Principi inſer uientem.
      - Purgationi deſtinatã, vt inteſtina.
        - Et harum quæ libet ſtatim educenda èſt.
          - I. ex *lib. de ſect ven. cap*. 8 vbi in timore inflammationis magnę in parte principe, Galenus auſpicatur curam, à venæ ſectione, & purgatione.
          - II. ex 6. *Meth*. 2. vbi ſtatim purgat Galenus in punctione nerui: & ex *Hipp ad initium 6. Epid*. vbi in dolore Nephritico illicò purgãs propinatur: item ex *Aetio*, *& Rhaſi*, qui in doloribus inteſtinorum cum retentione fæcum, vt ſtercoris vomitus euitetur, confeſtim dant colocyntidem, Turbith, Elaterium.
          - III. ex *Hippocr*. 1 *aph*. 21. *&* 2. *acut*. 10. vbi pleuritide deſcendente ad hypochondria ſtatim datur pharmacum.
  - Quieſcit Et vel eſt
    - Cocta. Et ſtatim euacuanda eſt. 1. *aph*. 22.
    - Cruda Et vel
      - Non admittit coctionem. Et ſtatim purganda eſt, vt in aſcite aqua ex *Gal li. Quos, & Quãdo circà med.*
      - Admittit & eſt vel
        - Non venenata, peccans ſcilicet copia tantùm, & qualitate manifeſta. Hæc quieſcit, vel in
          - Toto corpore.
          - In parte determinata
            - Et vtraquè priùs eſt concoquenda.
        - Venenata, peccans ſcilicet pręter dicta etiam qualitate occulta. Et hęc eſt priùs domanda alexipharmacis & concoquentibus, niſi ſic.
          - Valdè copioſa.
            - Tunc enim ſtatim purgans dari poteſt. Hinc *Gal* 1. *de diff feb*. 4. *et* 8. *Meth* in peſtilentia illos ſanatos ait, qui per vomitum, & alui initio ſtatim fuere purgati. Conuenit tamen purgans magis in veneno.
              - Aſſum[pto] pro.
              - Quàm iutus geni to.
          - Alexipharmacis non cedat.

gans, niſi prius nouerit naturæ *lib. Quos, & quando,* inclinationem. At hæc non poteſt cognoſci in die acceſſionis. Tertiò. Quia, vt Auicen. 2. 4. *tract.* 2. *cap.* 9 dicebat, ſi natura in acceſſione pararet ſibi euacuationem per aluum, & daretur medicamentum purgans, ſuccumberet vtiquè natura, duplicem euacuationem non ferens. Sed nequè, cibo exiſtente in ventriculo, propinandum eſt pharmacum. *Paul lib.* 7. *cap.* 6. *Galea.* 2. *acut.* 16. Secùs enim neceſſariò, aut vis medicamenti à cibo obtunditur, aut cibus inquinatur. Vnde facilè patet, non ferendum eſſe eorum errorem, qui a cœna, pro capite purgando, ſolent exhibere catapotia. Nec quicquam valet ratio, quam adferunt in erroris defenſionem. Quia ſcilicet ita ſit, vt virtus catapotiorum, quæ alias diu morari in ventriculo ſolent, cùm cibi vaporibus in caput feratur, & ſic citiùs caput vacuetur. Sequeretur enim, hac conceſſa ratione, humores trahi à capite ad ventriculum, non per venas, ſed per gulam, ac fauces, quòd eſt falſum, ac contrà experientiam; cùm talis deſcenſus materiæ, nunquam, tempore purgationis, ab ægris perſentiatur. Propinandum igitur ſemper purgans pharmacum quinque vel ſex horis ante cibum, dummodo virtus perferat. Sunt enim aliqui tàm imbecilles, 2. *acu.* 12. & *lib. Quos, & quando.* vt non admittant tantam cibi dilationem. Quò reſpicientes Hippocr. & Galenus, poſt mediam à pharmaco horam, exibent cibum tenuem, qualis eſt ptiſanæ cremor, aut panis ex iure tenui; quamuis dici etiam poteſt, eos id facere, gratia deterſionis medicamenti, non nutritionis. Poteſt, autem propinari cum hac cautione purgans, tùm manè, tùm veſperi. Eſt tamen ſemper accommodatior

Error eorum qui pilulas p capite à cœna exhibent.

hora matutina, quòd tùm celebratæ ſint omnes concoctiones.

Reſtat Locus, ſeu Vbi agendum. Medicamenta igitur purgantia conueniunt per os, vbi materia eſt in venis, atquè in ventriculo, & inteſtinis ſuperioribus. Sed conueniunt etiam per clyſteres in anum iniecta, vbi eadem materia eſt in inteſtinis inferioribus. Quin & in clyſteribus poſſunt vſurpari, etiam ſi materia ſit in venis, quando ſcilicet ventriculus malè afficitur, & vires lāguēt: imò nec in clyſteribus ſemper vſurpantur. Fit enim ſæpè, vt inteſtina malè ſint affecta, & vires ad eò languEant, vt clyſteres etiam prohibeãtur. Quo in caſu ſuppoſitoria acria, vel medicamenta vmbillicalia dicta, quæ ſcilicet regioni vmbilici illinuntur, adminiſtranda ſunt.

Medicamēta purgantia poſſunt dari per os.

Immitti in anum. Applicari umblico

Agitur de purgātibus in ſpecie, & primò de purgantibus bilem.

Cap. X.

PVrgantia, prout humores, quos familiaritèr trahunt, ſunt multiplices, ità, & ipſa ſunt varia. Humores verò, quos trahunt, ſunt hi, bilis, pituita, Melancholia, & præter hos humor ſeroſus, ſeù aqua. Agamus de ſingulis. Quæ igitur bilem purgant, ſunt tùm ſimplicia, tùm cōpoſita. Simplicia ſunt myrobalani citrini, & Rhabarbarum, ac inter fortiora ſcammonium. Compoſita ſūt Elect. roſ. Meſues, de ſucco roſar. de pſyllio, Diaprunum ſolutiuũ, & Diaſebeſten ſol. Item ex pilulis ſunt pilulæ aureæ, de tribus cum Rhabarb. atque de Rhabarb. tantũ. Nec mirũ alicui videatur hic recenſeri pilulas de tribus cum Rhabarbaro, vt quo agarico refectu pituitam educant, quoniam in earum compoſitione, tum Rhabarbarum, tũ aloes ſumuntur, quæ bilē, & addito agarico hanc ipſam craſſam educunt.

Purgantia bilem.

Doſis.

Quoad rectum vſum. Doſis horum medicamentorum eſt hæc, *Vide Auicen. l. 4. tract. 2. c. 7, Meſuen. lib. 2. ſimpl. c. 2.*

Myrobalanorum citrinorũ doſis.

Myrobolani citrini in decocto, atquè in infuſione per ſe, dantur ad drach. vi. cùm alijs ad vnc. ſs. Solent autem coqui, & macerari in aqua, iure, ſero, & vino. Quòd ſi dentur puluerati, & in ſubſtantia, iam ad dr. ii. exhibentur,

Rhabarbari doſis.

Rhabar. V. Meſ. lib. 2. c. 5. Auer. 5. coll. c. 43. in ſubſtãtia, ſeù puluis Rhabar. p ſe datur ad dr. ii. cũ alijs ad ſcr. iiii. ĩ infuſo ſi detur quo mõ ferè nũquã per ſe, ſed cũ alijs propinatur, poteſt doſis eius aſcendere ad dr. ii. Sed de Rhabarbaro duo ſunt notanda. Primùm eſt, Rhabarbarum infuſum tùm conuenire. cùm adſunt obſtructiones; cùm minimè opus habemus adſtrictione, & roboratione cumquè bilem tenuem purgare volumus. Si verò adſtrictione opus habeamus, atquè obſtrictiones non adſint, biliſquè craſſa ducenda veniat, in ſubſtantia eo vtendam eſſe. Alterum eſt, vbi infunditur Rhabarbarum, vt adſtrictionem quam habet, omninò amittat debere ei miſceri aliquot grana vi. vel vii. ſcilicet alicuius corrigentis adſtrictionem illam, qualia ſunt cinamomũ, ſpicanardi & ſchoenanthum.

Scammonii doſis.

Scammonium Vid. Meſ. lib. 2. c. de Scam. Gale. loc inficitatis, præcipuà ferè pars eſt omnium c compoſitorum purgantium. Extrà verò compoſitiones non vſurpatur, niſi in duobus caſibus. Primò cum intendimus vigorare medicamentum aliquod cõpoſitum purgans. Secundò vbi imminet vomitus ſtercoris, vt in volnulo. Cùm verò vſurpatur, ſemper vſurpatur præparatum, quod Diagrydium vocatur. Præparatio autem ex Galeno 1. *de alim. fac.* 1. 3. *ſimpl. c.* 15. eſt talis. Excauatur pomum cydonium, ſecundum partes internas, vbi continetur ſemen: cauitas repletur ſcammonio, pomum paſta obducitur, ac deinde in furno coquitur, tandem pomum abiicitum, & ſcammonium ita præparatum aſſeruatur (Galenus tamen abiecto ſcammonio dabat ipſum pomum.) Communitèr tamen præparatur vti in noſtro Antidotario Bonon. docetur cũ ſucco Cydoniorum. Doſis eius eſt ex Meſue a granis v. ad ſcr. ſs.

Electuariorum doſis.

Electuaria quinque propoſita, ferè nunquàm per ſe ſola dantur. Ratio eſt Quia per ſe ſola data ſi ſubducere aluum deberent, in ea doſi eſſent danda, quæ non ſine maximò damno ipſius patientis admitteretur. Permiſcenda igitur ſunt cum lenientibus ſuperiùs ad bilem propoſitis. In qua quidem mixtione lenientia concurrunt tanquam adiuuantia, & corrigentia baſim. Quia nimirum Acrimoniam purgantium retundunt. At electuaria ipſa propoſita, concurrunt tanquam baſis. Ex his enim tribus quodlibet medicamentum compoſitum conſtat, baſi, adiuuante, & corrigente baſim. Porrò electuaria propoſita, cum leniente permixta, dantur à drah. 1. ad vnc ſs. & in aliquibus ſtrictionis alui ad drach. v. Si tamnn aliquis eis ſolis vellet vti, nunquã tranſcẽdere debebit drach. vi. vel. vii.

Pilularũ doſis.

Pilularum doſis eſt varia. Si etenim ſint ſine Scammonio, ſicut pilulæ de Rhabarbaro, de tribus cum Rhabarbaro, dantur per ſe ad drach. ii. cum aliis ad drachm. 1. At pilulæ Scammonio refertæ, vti pilulæ aureæ, per ſe ſolæ dantur ad ſcr. iiii. cum aliis ad ſcr. ii.

Modus exibẽdi.

Quoad modum agendi parantur ex dictis medicamentis potiones boli, & pilulæ, quorum omnium hæc ſunt exempla. Potio pro diuitibus. *Rec. Decocti cord. facti cum vnc. ſs. myrobalam.*

Formulæ potionum.

balan citrin. vnc. v. Rhabarbari electi ſubtiliter puluerizati drach. i. ſs. vel drach. ii ſynimant. gr. vi. M. & infundantur per duodecim horas, in aq. viol. & deinde facta forti expreſſione adde Mann. elect. vnc. ii. vel ii. ſs. vel iii.

Formulæ bolorum.

Pro pauperibus. *Rec. Syrup. roſ. ſolut. vnc. iiii. Electua. roſ. Meſ. drach. iij. Cum decoct. cord. fiat potio.* Bolus pro diuitibus. *Rec. Flor. caſſ. recent. vnc. I. Rhabar. electi ſubt. pulner. ſcrup. iiij. M. & f. b. cum ſaccharo.* Pro pauperibus. *Rec. Diapr. lenitiui drach. vi. elect. de ſucc. roſ. drach. iij. M. & f. b. cum ſaccharo.* Pilulæ pro diuitibus. *Rec. Pilul. de trib. cum Rhabarb. drach. ii. cum aqu. endiuiæ formentur pil. vi. numero, & aurentur.* Vel *Rec. pilul. aurear. ſcrup. iiii. Cum aqua cichor. f. pilul. numero v. & aurentur.*

Formulæ pilularũ.

Pilulæ quomodo in affectibus bilioſis exhibẽdæ.

Cœterùm pilulæ, quoniam ſunt medicamentum calidiùs, forſan, & ſicciùs, quàm conueniat in cacochymia bilioſa, ideò ijs aſſumptis, per modum apozematis, ſuperdandæ vnc. x. vel xv. ſeri vaccini, vel caprini depurati, aut loco ſeri decoctum, hordei, aquæ ſtillatię acetoſæ, & cichor. Ego aliquando ſoleo expectare, dum medicamentum aluum ſubducat, & tunc exhibeo vnc. x. ſeri iam dicti. Conueniunt autem pilulæ de tribus potiſſimum in naturis delicatis, & vbi adeſt febris.

Quando & vbi agendum.

Quando agendum patet ex dictis; *c. ſuperiore vbi de Tempore. Circa vbi agendum*, ſi per os exhiberi medicamentum nequeat, ſed clyſtere, ſuppoſitorio, aut etiam vmbilicali agendum eſt: clyſter confici poteſt eo modo, quo diximus, dùm de lenientibus agebamus.

Clyſter purgans bilem.

Leniens enim clyſter addita vnc. j. electuar. purgantium dictorum, vel additis drach. ii. pilul. commemoratarum, ſtatim fiet purgatorius. Poſſe autem clyſteres pro purgantibus ſubſtitui; expreſsè docet Galen. 2. *Local. de dol. cap. ab ictu.* vbi in dolore capitis ab ictu, aut plaga, eos probat ex Archigene: & vbi, in fluxionibus ad oculos, proponit validam expurgationem, ſiue fiat per pharmacum, ſiue per clyſteres validos. 4. *Local.*

Clyſteres purgantibus poſſe ſubſtitui.

Quod ad ſuppoſitoria, (& idem eſt de vmbicalibus) proprium, atquè accommodatum cuilibet cacochymiæ parari non eſt neceſſe, ſed poteſt vnum indifferentèr præſcribi in quolibet humorum vitio. Pro ſuppoſitorio igitur. *Rec. ſpec. hier. ſimpl. Galen. drach. i. agarici ſimpl. Trochiſcor. alhandel. an. ſcrup. i. vel dr. ſs. ſalis gemmei, ʒ. ſs. etcũ melle f. duo ſuppoſitoria lunga*, quæ illita oleo in anum immitantur, tametſi ſuppoſitoria bile probari poſſint, quæ ex ſpeciebus hierę ſcammonio, & ſale gemmeo, vel nitro melle exceptis fiunt Caueatur tamen à vermibus. Quod ſi vigorandum ſuppoſitorium ſit, poterint addi extremitatibus illius, pili minutim inciſi,

Formulæ ſuppoſitorij.

Pro vmbilicabili *Rec. Vnguenti de arthanita vnc. i ſs. elaterij, ſcammon. an. ſcr. ii. nitri drach. ii. Ellebori albi ſubt. pulner. drach. i. Cum felle Taurino excipiantur in formam linimenti, atquè circumcircà vmbilicum illinantur.*

Formulæ vmbilicalis.

Porrò adhibenda ſunt, tùm ſuppoſitoria, tùm vmbilicalia ventriculo ieiuno: vtendumq; ſuppoſitorio cum clyſtere, vmbicabili, cum ſuppoſitorium prohibetur, quanquam non rarò licèt, vti etiam omnibus. Quanquam verò dictum eſt, clyſteres, ac ſuppoſitoria acria poſſe ſubſtitui loco medicamenti purgantis per os exhibiti, ſciendum tamen, primaria ratione ea conuenire in retrahenda, & reuellenda materia fluente, in partes corporis ſupernas.

Vſus ſuppoſitoriorum, & vmbilicalium.

Traduntur purgantia pituitam.
Cap. X I.

Purgãtia pituitam.

PVRGANTIA pituitam ſimplicia ſunt myrobalani triplices, videlicet Chebuli, emblici, & bellirici. Item carthamus, & agaricus: ac inter vehementia Turbith, colocynthis, hermodactylus. Ex compoſitis ſunt Electuaria, Diaphenicon de dactylis dictum, Diacarthamum, Elect. Indum, Elect. Eleſcoph, Benedicta, Diaturbith, maius, & minus, Hiera diacolocynth, ex deſcriptione Scribonij. Sunt, & pilulæ maſticinæ, de agarico Meſ. fætidæ, cochiæ, arthriticæ, & de hermodactylis dictæ.

Nota de confect. Eleſcoph.

De confectione Eleſcoph noto: quod, & ſi bilem ratione Scamonij ducit, atquè ratione aromatum flatus diſcutiat; tamen ob Turbit, quod è Myrabolanis emblicis adiuuatur; maximè pituitam purgat.

Nota de hieris.

De Hieris vero nullo modo id prætermittendus præter Hieram picram Galen. plures alias reperiri, magnas Hieras vocatas. Prima eſt Nicolai Alex. quæ compoſita, & pro clyſteribus vocitatur, altera ex collocynthide, ſeù diacolocynthidos dicitur, cujus deſcriptio, apud ſcribentem ex libro Pacchij habetur, & ferè cum Hiera Ruffi referente Paulo, & Aetio coincidit; quoniam Scribonius Hyeram hanc quidem cum minori doſi collocynthidis, oppoponaris, & Lagapeſſi componit, at in morbis contumacibus, vbi Ruffus doſim colocynthidis auget ad drac 20. tertio eſt hyera Hermetis, quarto Archigenis, quinto Logadij. Prima, & ſecunda hic maximè pertinent; vt quæ pituitam ducunt reliquæ numero omnes humores.

Quoad rectum horum vſum, cætera ex ſuperioribus *ex cap. 9.* petantur. Ad Quantum verò, Quomodo; & vbi agendum, hæc addantur.

Doſis.

Quoad quantum agendum, Doſis horum medicamentorum eſt hæc.

Myrobalanorum.

Myrobalani commemorati eandem habent doſin, quam etiam habent myrabolani citrini *ex cap.* 10. de quibus ſuprà.

Seminum carthami.

Semina carthani, *Vide Galen. quinto, de tuend. cap. 9. Auer. 5. collig. 43. Meſ. 2. ſimpl. uehem. purg. cap.* 11. ſeù cnici vſurpantur in decoctione, non quidem per ſe, ſed cum alijs ad vnc. ß. vel i. Extrahitur tamen aliquando è ſeminibus carthami pulpa, atquè datur ad drach. iij. vel iiij. cum vnc. ß. pulpæ caricar. pinguium, vel aliquo alio ſimili.

Agarici.

Agaricus Vide Galen. 6. ſimpl. cap. de Agarico primo de antidot cap. 14. Meſ. 2. ſimpl. cap. 3. Auerr. loco citato. quomodocunque vſurpetur, ſiue in ſubſtantia, ſiue in infuſo, ſemper præparatus eligendus eſt. Præparatur autem agaricus cum acribus quibuſdam medicamentis, idquè dupliciter. Nam vel lanatur, maceraturquè in vino, cui infuſum ſit gingiber, & dicitur agaricus torchiſcatus; vel tenuiſſimè tritus, cùm ſale gemmeo, & oxymell. ſimp. ſeù ſyr. acetoſo miſcetur., ac in trochiſcos redigitur, vocaturquè hæc mixtio, Trochiſci de agarico, ſeù agaricus torchiſcatus. Præparatur autem cùm prædictis medicamentis, vt ab illis irritato ad expellendum ventriculo, agaricus quàm primùm deſcendat. Solet enim aliàs ſua leuitate ferri ſurſum, ad os ventriculi ſuperiùs, & ibi quoniam ſecum humores noxios ſurſum rapit inſignem parere moleſtiam. Sic præparatus. 2. agaricus in ſubſtantia, & per ſe, datur ad drach. ij. cum alijs ad ~~drach.~~ iij. vel ſcr. iiij. In infuſo autem adminiſtratus, atquè cùm alijs aſcendit ad dr. ij. Per ſe autẽ ferè nunquã datur.

Quod

Quod ſi tamen eò aliquis vti vellet, poſſet aſcendere ad vnc. ſs. Infuſum enim quodlibet ſemper reſpōdet dimidio doſis illius materiæ, quæ infunditur, vt infuſum vnc. ſs. agarici agat, prout agũt drach. ij.

Turbith.

Turbith, vide Meſ. 2. ſimpl. vehem purg. ca. 2. datur in ſubſtātia, & decocto. Subſtantia ſeorſim datur à drach. j. ad drac. ij. ſed reuera etiam a ſcr. ii. ad drach. i. operaturum decocto. a. à dr. ii. ad drach. iiii. Sed hoc modo ferè ſemper datur cùm alijs. Quoniam verò ventriculum, & totum turbat tardequè operatur, corrigitur acribus, & odoratis vt maſtic. gingib piper albo gallia moſc.

Colocynthidis.

Colocynthis vide Gal. 7. ſimpl. tit Colocynthis. Meſ. lib. 2. c 4. per os datur, ſolùm in forma Trochiſcorum, qui vulgò Alhandal dicuntur, qui tamen ipſi nunquam ferè dantur per ſe: ſed cùm alijs, præcipuè verò cùm hiera picra. Doſis eorum non eſt vnius modi prout etiam non eſt vnius modi compoſitio. Sunt enim, qui vt notat Manardus, pro componendis ijs aſſumant colocynth. drach. x. alij qui vnc. x. Priorum igitur doſis eſt drach, ſs. poſteriorum verò nō niſi ad gr. xii.

Hermodactylis.

Hermodactylus Vide Meſ. ibid. c. 7. & Paul. lib. 7. lit. E. inſignem habet prærogatiuam, in educenda pituita è iuncturis. Datur in ſubſtantia pulueratus ad drach. i. ex iure ſed rarò admodùm, in decocto, & infuſo ſimul cùm alijs purgantibus ad drac. ii. iii. & iiii. Verùm quia aduerſatur ventriculo, flatus excitat, & tardè operatur, corrigitur ſtomaticis, carminantibus, & acribus, maſtiche, cymino, gingibere, ac pipere.

Electuariorum.

Electuaria propoſita, cùm alijs dantur ad vnc. ſs. per ſe, ad drach. vi. quanquam Diaphænic. aſcendere poſſit ad drach. vii. & vnc. i. Sed tutiùs eſt ſemper electuaria hæc cùm lenientibus permiſcere. Hiera compoſita per os quoq; datur, & meo iudicio, ad vnc. i. quæ verò Dyacolocynthidos vocatur, ſi cùm minori doſi. Colocynthidis conficiatur, porrigitur ad drach. vi. & vnc. i. ſi cùm maiori doſi ad vnc. v & drach. vi. obiter verò, & doſim aliarum Hierarum propono, illa ergo Hermetis datur ad drach. ii. vel iij. Quæ Archigenis, ad dr. v. & quæ Logadii, ad vnc. 5. etiam ſi ſciam apud aliquos ferè omnium harum Hierarum magnarum communem doſim eſſe, cùm fuerint fermentatæ ad vnc. ſs.

Pilularũ.

Pilulę de Hiera cũm agarico per ſe ad drach. ii. cum alis, ad ſcr. iiii. Pilulę de hermodactylis, arthriticę, fetidę, & cochię per ſe ad ſcr. iiii. cùm aliis ad ſcr. ii. exhibentur.

Nota de medicamēto Eleſcoph.

Sed illud obſeruandum eſt, medicamentum Eleſcoph, cùm in officinis aſſeruari ſoleat ſub forma electuarii, & ſub forma ſpecierum, ſpecies eſſe gratiſſimas, & propterea dari poſſe ex iure, ex vino, ex aqua aliqua ſtillaticia per ſe ad drac i. ſs. cum aliis verò ad ſcrup. ii. Et hoc medicamentum apud nos eſt in frequentiſſimo vſu pro ſanandis doloribus colicis, & nephriticis; atquè pro diſſipandis flatibus,

Modus agendi.

Circa quomodo agendum notandæ ſunt horum medicamentorum formulæ, quę tales eſſe poſſunt.

Formulæ potionum.

In pituita ſalſa, ſi patiens fuerit delicatus. *Rec. man. eleſt. vnc. ij ſs. Trochiſch. de viol. ſine ſcam. dr. ij. cũm decoct. cord. f. p.* Vel *Rec agar. troch. Rhab. elec ſubt pul. an. ſcr. ij. ſs. vel potiùs ſcr. iiij Infundantur in aqua viol. per xij. horas; deindè facta forti expreſſione adde mell. viol. ſolut. vnc. iiij.*

Formulæ bolorum.

In pituita non ſalſa. *Rec. agarici trochiſc ſcr. v. decoct. cordial. facti cùm vnc ſs. myrabol. chebul. lib ſs. Infundantur per xij. horas. deindè f. f. expreſſione adde mell. roſ. ſol vnc. iiij. M. pro potu* Vel *Rec. mell. roſ. ſolut. vnc. iiij.*

agaric. trochiſc ſcr. iiij M cum decocto cord. f. p. In forma boli pro pituita non ſalſa. *Rec. Diacatholic drach. vi. Agarici Trochiſ. drach. i ſs. M. & cum ſacch f. bolus.* Vel *Rec. Diacathol. drac. vi. Diaphan vnc. ſs aut elect. indi drach iij. M. & cum ſacch f b.* pro pituita ſalſa. *Rec. agar. Troch. Rhabar. electi ſubt. pulu. an ſcr ij flor. caß. recent. vnc j. M. & f. bolus pro diuitibus.* Vel *Rec. Diapr. lenitiui vnc. j. Trochiſc. de viol. ſine ſcam drach ij. M. & f. b pro pauperibus.* Pro forma pilularum in pituita non ſalſa. *Rec. pil. de agar. Meſ. ſcr. iiij ſs. cum aqua betonica f. pilulæ num. v. & deaurentur.* Vel *Rec. pil. cochiar ſcr. iiij. Cum ead. aq. f. pilulæ num. v. & aurentur.* In pituita ſalſa poterunt exhiberi pilulę de tribus cùm Rhabarbaro, vel præſcribi tales. *Rec. pil. de agar. Meſ. ſcr. ij de tribus cum Rhabarbaro ſcr. ij. ſs. Cum aqua beton. formentur pilulæ num. v. & aurentur,* à quibus, ſi timeatur calor, licebit dare vnc. iiij. aq. violac. *De vbi agendum, ſeu loco.* Si per clyſterem inijciendum ſit medicamentum, id fiet, ſi decocto præſcripto ſuperiùs in ſerie lenientium, addantur ſemina carthami ad vnc. ſs. agar. ſimpl. ad drach. ij. vel pulpę colocyntidis ad ſcr. ii aut ad drac j. paritèr ſi vnc. j. electuar. ſiam dictorum, vel drach. ij. pilularum refertarum ſcammonio clyſteri eſformato adijciantur.

Formula pilularũ.

Vbi agendum.

Formula clyſteris.

Explicantur medicamenta, quæ purgant melancholiam, & circà medicamenta humores ducentia, vniuersè quædam notantur.

Cap. XII.

Purgantia Melãcholiam

QVOAD purgantia melancholiam, inter ſimplicia mitiora occurrunt, myrobolani Indi, Sena, Polypod. quercinum, Epithymus, & Elleborus niger, Inter vehementia lapis armenus, & lapis laxuli, aliàs cyaneus, & ſtellatus. In compoſitis habentur cõfectio Hamechy pilulę de fumaria, iudæ, coohyæ cùm h eleboro, de lapide lazuli, de lapide armeno, de nitro, de elleboro: De pilulis ex fumaria id minimè negligendum, eas nimirùm hic recenſeri quatenùs ob ſuccum fumariæ, & mirobolanos Indos, ducunt humores exuſtos, cùm tamen humores bilioſos, acres, & ſalſos, ob dyagridium, aloem, ac mirabolanos citrinos, & chebulos, quoquè euacuent.

Quoad rectùm vſum hæc prætèr iam dicta, notanda ſunt. *Circà quantum agendum,* doſis horum purgantium eſt talis. *Myrobolani* doſin habent eandem illam, quæ ſupra in alijs myrobolanis eſt propoſita, *Sena. V. Actuar. 5. met. med 8. Auer. 5. coll. cap. 45. Meſu lib. 2. cap. 15.* ſi exhibeatur in ſubſtantia, ſolet ex ea parari puluis, qui datur ad drachm. 1. per ſe, & paulò plus, Quod ſi vſurpetur in decocto, vel infuſo, per ſe quidem aſcendit ad drach. vi. & corrigitur cùm cinamomo vel aniſis & paſſulis: cùm alijs verò adminiſtrata non tranſcendit. drach. iij. ſolet autem ſine corrigentibus infundi, & macerari in vino odorato. Tunc. n. vinum eſt correctiuum ipſius Senæ. *Polypodium quercinum, V. Auerr. ibid. Meſ. ibid. cap. 5. Galen. 13. Meth. 15.* eſt radix, quę ferè ſemper in decocto, atq; cum alijs vſurpantur, & eius doſis aſcendit ad drach x. Ego autem quandoq; ſoleo radicem hanc recentem, benè lotam, in ſubſtantia dare, ſub forma acetarij patientibus delicatis, & drach. ij. vel vnc. ſs & paulò plus, ſi opus fuerit, exhibeo. *Epitymus, V. Auerr. ibid. Meſ. ibid. cap. 16. Gal. ibidem & 6. de Tuend. 7.* in ſubſtantia vſurpatus cũ alijs, datur ad drach. j. In infuſo. a. pariter.

Doſis.

Sena.

Polypodiũ.

Epithymi.

paritèr cũ alijs permixtus, ad drach. ij. Ferè enim nũquam per ſe datur. Quod ſi tamen aliquis eum inſundere vellet in ſero, poſſet aſcendere in doſi eius ad drach. iij. vel iiij *Ra-*

Ellebori nigri. *dix ellebori nigri, V Gal. 6. ſimpl. lit. E. 5. aph. 1. Meth. lib. cit c. 30. Actuar. lib. 5. Metho. med. c. 5.* præparata modo conſueto, & in puluerem redacta, deindè ſuccco roſarum ter irrorata, & in vmbra excicata, exibetur ad granà xij. vel xv. feliciſſimo cum ſucceſſu. Quod ſi eadem radix coquatur infundatur, & per ſe vſurpetur ad drach. iij. ſi cum alijs, aſſumi poterit ad drach. i. ſs.

Lapidis armenti, & lazuli. *Lapis armenus & Lapis Lazuli, V. Meſ ibd c. 13. & 14. Auer. 5. Col. c. 44.* nunquam ferdantur ſoli, ſed cum alijs. Doſis tamen eorum, eſt, ſi ſint loti, à drach. i. ad drach. ij ſi illoti, à drachm. ſs ad drachm. i.

Confect. Hamech. *Confectio Hamech.* eſt electuarium ſcammoniatum, & doſin aliorum ſimilium electuariorum ſuperius commemoratorum retinet.

Pilularũ. *Omnes. a pilulæ* propoſitæ, exceptis pilulis de elleboro, per ſe ad ſcr. iiij. cum alijs verò ad ſcr. ij. pilulæ verò de elleboro per ſe ad drah. i. ſs. cum alijs ad ſcr. ij. ſs. exhibentur.

Modus agendi. *De modo agendi.* Exémpla formularum ſunt iſta. Pro potione in materia Melancholica nõ enuſta. *Rec. Rad. ellebori negri præpagat drach. i. ſ foliorum ſenæ el. drach. iij vel Mirabolanorum Indorum vnc ſs miſce cum floribus, & fructibus cord. bul. in ſ q aqua. ſ. a. ad mediet. deinde maneant in infuſione per noctem, collati, & expreſſi. Rec. vnc. v. vel vi. pro potu* Vel *Rec. con-*

Exempla formularum. *fect. hamech, drachm iiij ſyr. de polyp. ſolut. vnc iiij. cum decocto cord f p.* In forma boli. *Rec. confectionis hamech. drach. iiii elect. lenis. drach vi. vel vij. M. cum ſacch fiat bolus.* In forma pilularum. *Rec. pilular. de elleb. drach i. ſs. Cum aqua borraginis vel meliſ f pil. num. vi, & aurentur:* à quibus propter ſiccitatem, detur, vel ius pulli medicatum cum borragine, vel ſerum depuratum, vel aq. borrag. ad vnc. vi. in materia melancholica exuſta, & pituoſa pro potione. *Rec Decocti cordialis facti cum drach. iij ſena, agaric. Trochis drach iij. Infundantur per duodecim horas, & f f expreſſ. adde mell. roſ ſol. vnc iij. Electuar lenit. drach vij. M. pro potu.* Vel *Rec agar. Troch. ſcr. ij ſs. Confect. Hamech drach. iij. Elect. lenit. drach vi. mel. roſ. ſol. vn. iii. ſs. M. & cum decocto cord f p.* Pro forma boli. *Rec. elect. lenit. drach vi. agar. Trochiſc ſcr ii ſs. Confect. Hame. drach. ii ſs. M & cum ſacch. f. b.* Pro forma pilularum *Rec. Pil de agar. Meſ. ſcrup. iiii de fumar ſcr. ii. Cum aqua ſumar f. pilulæ num. v & aurentur.* In materia Melancholica exuſta biliosa. Pro potione. *Rec. decoct. cord. facti cum drach iii. ſena lib. ſs. Rhabar. elect. ſubt puluer. drach iii. Infundantur per duodecim horas, & facta f expreſſ adde man. elect ſyr. de Polyp ſol an. vnc ii. M pro potu.* Vel. *Rec. Syr. viol. ſol vnc iii. Elect lenit. drach. vi Rhab. electi ſub. pul ſcr. iiii. Cum decocto cordiali facto in ſero caprino, in quo bullierint ſol. ſen. drach. ii. f p.* Vbi notandum, in penultima præſcriptione, ſi ad ſit feruor, loco mannæ poſſe ſubſtitui ſyr. violatum: in vltima verò, propter pauperes loco Rhabar. elect. roſ. Meſ. ad drach. ij. ſs. In forma boli. *Rec Flor. caſſ recent elect lenit an. vnc. ſs. Confect. Hamec drachm. ii pulu. Rhab. drach. i. M. & cum ſach f. b* Vel. *Rec. Flor. caſſ. recentis drach. vi. Elect. roſ. Meſ. drach. ii. Confect. Hamech. drac. i ſs. M. & f. bolus.* In forma pilular. *Rec. pilul. de trib. cum Rhab. ſcr iiii. de fumar. ſcr ii Cum aqua cich fiant pilulæ num. vi. & aurentur* & detur apozema refrigerans propoſitum ſupra. Purgantia ad Melancholiam exuſtã Melancholiam, ſunt eadem illa,

quæ ad melancholiam non exuſtam fuerunt præſcripta. Solùm enim illud eſt diſcriminis quòd aliquo modo illa attemperare oportet, cum medicamentis factis ex cichoraceis. Pariter purgantia ad Melancholiam exuſtam ſanguineã, ſunt quæ ad biliosam fuerunt propoſita. Sed in hoc humore, & omnibus eius ſpeciebus iam dictis, quã tùm fieri poteſt, propter eius ſiccitatem, abſtinendum eſt à medicamentis ſolidis, & agendum potionibus actu calidis. *Quoad locum, ſeu Vbi* agendum, ſi clyſter medicamento ſubſtituendus ſit, poterit clyſteri ad leniendam aluum ſup. pro ſuperfluitate prima melancholica præſcripto, admiſceri vnc. 1. cõfect. Hamech aut pilular. propoſitarum drach. ii. Quinimo ſimplicibus, proparando illius decocto ibidem commemoratis, ſena, polypod. & hepytimus, & Helleborus iungi poterunt.

Locus ſeu vbi agendum.

Clyſteris formula.

Verùm circà purgantia hos humores, de quibus hactenùs, vniuerſè hæc notanda ſunt. Primò. Quia non rarò fieri ſolet, vt cacochymiæ iſtæ, de quibus ſeparatim egimus, permiſceantur ſimul, debere etiam permiſceri medicamenta iuxtà documenta, ad doſin illiorum attinentia, de quibus ſuprà. Reperiuntur tamen quædam compoſita, quæ ferè omnes humores educunt. Hæc autem ſunt Triphera Perſica, quæ per ſe ad vnc. i. cùm alijs ad vnc. ſs. porrigitur, & maximè in febribus peſtilentibus comprobatur. Sunt & confectis Eleſcoph, Amech, & Hiera magna de quibus ſuprà pilulæ lucis, aggregatiuæ, de nitro, quæ per ſe ad ſcr. iv. cùm alijs ad ſcr. ii. dantur. Sunt tandem pilulæ ſine quibus eſſe nolo, quæ per ſe exhibentur ad drach. ii. ſs cùm alijs ad ſcr. ii. ſs. Secũdò. Semper ſeligenda eſſe medicamenta magis vſitata, & experta: abſtinendumque à vehementer calidis, potiſſimùm in aere, & patiente ad calorem vrgentibus. Tertiò admiſcenda perpetuò hii purgantibus Cardiaca: Hinc ſoleo ego, pro parandis potionibus, ſemper vti decocto flor. & fructuum cordialium, atquè hoc ipſo diluere medicamenta ennarrata. Flores autem cordiales ſunt flor. roſar. violar. borrag. & bugloſſ. Fructus ſunt paſſulę, iuiubę, ſebeſten, & pruna. Decoctum tamen commune, quòd in officinis paratur, pro diſſoluendis medicamentis, non damno. Quartò Apozemata, quę dantur non ſolum ad correctionem purgantium, ſed etiam in ratione adiuuantis, vt vehiculum dari ità, vt ſe medicamentum à capite ducere debet, dandum ſit Apozema, quòd ad caput vt dat vim purgantis.

Compoſita omnes humores adducentia.

Semper ſe ligenda purgãtia vſitata.

Purgantibus perpetuò Cardiaca admiſcenda.

Tractatur de purgantibus ſerum, ſeu humorem aquoſum. *Cap. XIII.*

PRAETER humores prędictos quandoquè etiam occurrit humor aquoſus, vt in hydrope, & in alijs affectibus. Huic humori medicamenta purgantia accommodata dicuntur Hydragoga. *De quibus Gal lib. de atrabile c 6.* Pręparantibus enim opus non habet. Hæc verò purgantia, ſunt vel Simplicia, vel Compoſita. In genere ſimplicium ſunt, braſsica marina, quæ vulgò ſoldanella dicitur, ſemen ebuli præp. puluis radic. cucum. agreſtis in vino Cretico pręp. radix Mechiocan, ſuccus medianę ſambuci, ſuccus radicis ireos, & palmę Chriſti, Elaterium, Antimonium pręparatum, & ſquama ęris Inter compoſita ſunt decocta comarum ebuli, & ſoldanellę: Syrup. de ſucco ebulli, de

Purgãtia humorem aquoſum.

de cucumere agreſti; Pilulę de Sagapeno, de euphorbio, fętidę; de Mezereo de elaterio.

Doſis hydragogorum.

Horum medicamentorum, ſi de recto vſu ſermo ſit, doſis eſt hęc.

Braſſica marina.

Braſſica marina Vide de hac Gal. 5. de Sanitate Tuend. ca. 9. vbi recens haberi poteſt, in ſuccum expreſſa, datur à drach j. ſs ad drach. cùm ſpec. aromatici roſ. ſcru. j. ex modo vini Cretici. Adduntur autẽ, & Vinum, & ſpecies aromatici roſati, tanquã corrigentia; quoniam planta hęc eſt valdè infenſa ventriculo. Exiccatur etiam hęc planta, & datur ad drach. ij. puluerata cùm ſcr. j. ſpecier. aromat. roſ. paritèr ex vino prędicto. Sed vt verùm fatear, ego ſoleo abſtinere ab vſu iſtius medicamenti, quia nunquam vidi aliquem ſucceſſum ex vſu ipſius per os.

Seminum ebuli.

Semina ebuli Gal lib. de ſimpl. med litera E. colliguntur, vbi nec omninò acerba, nec omninò matura ſunt: deindè in vmbra ſiccantur; tùm in aqua vitæ optima per xxiiij. horas macerantur: rurſus in vmbra ſiccantur: tandem in puluerem rediguntur, & dantur in vino Cretico, vel in mulſa à drach. i. ad drach. ij. Vbi notandum tamen, vinum atquè ius, non debere tranſcendere vnc. iij. Quia vbi abundat aqua, abſtinere oportet à liquoribus copioſis.

Pulueris radicis cucumeris agreſtis.

Puluis radicis cucumeris agreſtis, Meſ. 2. ſimpl. c. 9. præparatæ, datur cùm liquoribus prædictis ad drach. ij. Præparatur autem hoc modo. Diuiditur radix in Taleolas, hæc deindè in filo appenſæ exiccantur in vmbra, tùm macerantur vel in vino Cretico, vel in aqua ardenti, per xxiiij. horas, ſiccantur què rurſus in vmbra, vt puluerari poſſint. Præparatur etiam aliò modò. Nam vbi diuiſa fuerit in taleolas, leolæ quæ fuerint exiccatæ, in puluerem rediguntur, puluis hic irroratur vino, vel aqua ardenti, deindè in vmbra exiccatur, & ita fit ter, ac puluis ſeruatur pro vſu prædicto.

Radicis Mechiocan.

Radicis Mechiocan doſis eſt ad drach. ij. & paulò plus, ex liquoribus prædictis; priùs tamen radice in puluerem non admodum ſubtilem redacta.

Succi medianæ ſãbuci.

Succis Dioſc. lib. 4. cap. 168. medianæ ſambuci datur, ſicuti experientia me docuit, ad vnc. iij. cùm vnc. ij. vel iij. mell. roſ. ſoluentis.

Succi radicis ireos.

Succus autem radicis ireos. Meſ. 2 ſimpl c. 8. & comarum ebuli, ac palmæ Chriſti, aſſumi poteſt ad vnc. i. cum vnc. iiij. mell. roſac. prædicti

Electuarũ.

Elaterium, Gal. 8. ſimp. litera S Theoph 9 de hiſt planc 14 *Dioſcor. lib 4. ca* 149. *Meſ. 2. ſimpl cap. 9.* exhibetur à granis ij ad vj. vel ad ſummum viii. cui in ratione corrigentis adduntur ſcr. ij. pilular. alephang & paratur bolus. Sed quæret aliquis. An etiam ex medicamentis prædictis, poſſint parari boli? Reſpondeo poſſe, idq; hac ratione. *Rec. pulu. ſem. ebuli, pulu. rad. cucum. agreſt. modo ſuperiùs dicto præp pillul. de tribus an. drach. 2. M. & cùm ſucco radicis ireos f bolus.*

Antimonij.

Antimonium præparatum tamen adminiſtratur à granis iiii. ad viii. ex vino Cretico, vel cum drach. i. pilular. alephang. e formato bolo cũ ſucco ireos.

Squamæ æris.

Squama æris proponitur ab Hippocrate. Ea nunquam ego vſus ſui, crederem tamen poſſe propinari ad gr. iii. vel iiii. in vino Cretico.

Decoctorum, Syrupor. & pilularũ.

Quoad *decocta commemorata*, ea propinantur ad vnc. iii. vel iiii. *Syrupi* ad vnc. ii. cùm vnc. ii. vel tribus mulſæ, aut mell. roſ. ſoluentis. Pilulæ omnes commemoratæ, exceptis illis de elaterio dantur à drachm. i. ad ſcrup. iiii. ac reformantur cum ſuccos ireos: illæ autem de elaterio, à gr. iiii. ad gr. viii. de mezereo ad drach. ſs. ad ſcrup. ii. Sed hic illud addendum quia cum aqua in abdomine coniungitur ferè ſemper flatus, propterea

cùm

Hydragogis ſemper miſcenda flatus diſcutientia

cum medicamenti hydragogis ſuperiùs dictis, debere miſceri, vel modicum aquæ cinamomi ſtillaticiæ, vel oleum aniſorum deſtillatorum vel electuarium de baccis lauri, aut ſaltèm eius ſpecies. Licèt verò hæc medicamenta ſic parata videantur valdè rationi cõſentanea, & opportuna, mihi tamen magis placèt, & hoc: *Rec. ſpecier. Eleſcoph. (flatum diſſipat) pulus ſem. ebui drach i. M. & cum ſucco rad ireos f. bolus.* In ſeligendis autem medicamentis, ſub formulis modò potionis, hoc in caſu reſpiciendum eſt potiſſimum ad delectum patientis, & potiones actu calidæ exhibeantur. Exhibendæ verò ſunt, & hæ, nec non etiam boli, & pilulæ, vbi preſens eſt materia aquoſa, idq; quinquè horis ante cibum, & ſunt repetenda omnia iam commemorata, quibuſdam interuallis, quouſq; aqua videatur euacuata.

Modus exhibendi hydragoga

Locus per quem exhibenda.

Amplius, ſi vires langueant, aut vẽtriculus malè afficiatur, poterunt omnia prædicta per clyſterem in anum inijci. Ego autem clyſtere ſoleo vti huiuſcemodi. *Rec. rad. vel cõmarum ebuli, rad. cucum. agreſt recentium an. m. i. rerum carminantium drachm. ij. Centaurei minoris P. I. Coquantur in ſufficienti quantitate lixiuij. Decocti huius colati. Rec q. ſufficit olei irini, mell roſ. ſol. an unc iij. Elaterij drach i. nitri ſcr. iiij. cum vitello oui f. clyſter.* Sed, & ſucci ſuperiùs commemorati, clyſteribus poſſunt immiſceri, ſicut, & colocynthis, ſoldanella, folia mezerei, poſſunt cum alijs ſimplicibus incoqui, pro parandis pariter clyſteribus. Sed de his quæ purgant per aluum hactenus.

Clyſter hydragogus.

De euacuantibus totum ſenſibilitèr per vrinam.

Cap. XIIII.

Diuretica quomodo euacuent.

QVÆ per vrinam euacuant ea Diuretica, *Vide Gal 5. Simpl. cap. 13. & 20. lib. Art. Med. cap. 95. 7. Local c 3 14. Meth. cap. 13. 1. ad Glau. cap. 4. & paſſim in libris Simpl.* dicuntur, & nulla alia ratione euacuant, niſi quia attenuant, & fundunt ſanguinem, & partem ſeroſam a ſanguine ſeparant. Indicantur autem ex Galeno 7. *Meth. cap. vlt.* a materia, vt lædit partes ad gibba hepatis attinentes. Ait enim ibi Galenus, ventriculum inaniri vomitu, & deiectione; inteſtina deiectione tantùm, ſicut, & iecoris caua, iecoris gibba, & per deiectionem, & per vrinas. Quo ex loco duplex oritur difficultas. Prima, quæ multos torſit, eſt, qua ratione Galenus in eadem materia ad gibba hepatis attinente, vtatur, & Diuretico, & deiectorio. Cum enim vnum ab vno tantùm indicetur, quomodo, inquiunt, fieri poteſt, vt eadem illa materia ad partem prædictam attinens, ſub eadem ratione, & Diureticum poſſit indicare, & deiectorium? Altera eſt, quo modo ibidem euacuationes per aluum, & vrinas certis partibus aſſignet, vt cauo iecoris: iecoris gibbo, inteſtinis, cum vniuerſales ſint euacuationes, & non tam certis partibus deſtinatæ quam toti ipſi. Sed prima difficultas, meo iudicio, facilè tollitur. Nequaquam enim ſub eadem ratione duo illa indicat prædicta materia, ſed ſub diuerſis. Indicat ſi quidem Diureticum, vt lędit iecoris gibba non ſimpliciter, ſed quatenus talem poſitionem habent, vt eis ſubijciantur renes, & cætera expurgandæ vrinæ inſtrumenta.

Indicantia Diureticorum.

Difficultates duæ.

Solutio primæ difficultatis.

Rurſus

Rurſus indicat deiectorium, vt lædit eadem gibba non ſimpliciter, ſed quatenus talem poſitionem habent, vt cum eis communicet vena porta, & conſequenter inteſtina. Quoad ſecundam, Dico, nullo modo Galenum negare euacuationes illas ad totum etiam pertinere, ſed illud tantùm docere, ex partib. determinatis, quæ vno, quę alio magis euacuationis genere gaudeant. Nihil enim obſtat, euacuationes illæ, licet totum euacuent, quin etiam certis partibus conuenire poſſint, cum manifeſtum ſit inter deiectoria medicamenta varios eſſe gradus, & eorum aliqua primas vias tantùm expurgare, alia vltra hepatis gibba non procedere, alia deniquè ex ipſo vniuerſo corpore humores noxios trahere. Porrò quando Diuretico, quando deiectorio ſit vtendum, docet Galenus *loco citato*, hac regula, dùm ait, ſi ſuccus vitioſus ſit multus, & copioſus, per aluum eſſe euacuandum; ſi paucus vel mediocris per vrinam. Quibus verbis copiam, & paucitatem materiæ non tanquam indicantia, ſed tanquam ſigna virtutis prohibentis, & permittentis proponit. Significat enim nobis copia materiæ prohiberi diureticum ob anguſtiam viarum ad vrinas ſpectantium, deiectorium verò permitti, ob viarum laxitatem. Sed huic Galeni regulæ illud adijciendum eſt, nimirùm ſpectandam prætereà humoris inclinationem. Quæ enim ducere oportet, ex 1. *aph.* 21. Hippocrate, quò maximè natura vergit, eo ducere oportet. Sed ad materias Diureticas deueniamus. Diuretica igitur in duplici ſunt differentia. Alia enim ſunt Diuretica verè, & propriè, alia autem impropriè. Propriè dicta *Diuretica*, ſunt calida, & ſicca in tertiò gradu, tenuium partium, & acris naturæ. 5. *Simpl.* 13. Ex illorum cenſu inter ſimplicia numerantur ſemina apij, fęniculi, petroſelini, aſparagi, anniſorum, dauci, ameos; item quinquè radices aperientes, nempe feniculi, petroſelini, apij, aſparagi, & ruſci. Eandem vim habent aſarum, meum, Smyrnium, polium, betonica, dictamus creticus, calamenthum montanum, & ſpica nardi. Ex quibus omnibus parantur decocta, vt, & ex ſeminibus pulueres. Præter ea verò omnia eſt vrina, quæ plurimùm valet in mouendis vrinis, & potiſſimùm in hydropè. Sunt poſtremò cantharides, quæ conueniunt vbi vrina eſt ſuppreſſa, non quidem vitio veſicæ, ſed vitio renũ. Quia ſuppreſſio vrinæ vitio veſicæ, ferè ſemper corrigitur beneficio ſyrygnæ. Sunt autem cantharides dãdæ integrę, quando pedes, & alæ corrigunt aliquo modo venenum, quod in ventre horum animalium reperitur. Quin imò præter hoc, ne ità noceant veſicæ, cum qua peculiarem habent inimicitiam, debent corrigi, primùm admiſto puluere ameos, vel rutæ, vel ſpicæ nardi: deinde ſuperbibito liquore aliquo pingui, qualis eſſet ius pingue, adiecto etiam butyro. Inter compoſita habentur Syrupus de cichoreo compoſitus, cum, & ſine Rhabarb. Syrup. de duabus, & quinquè radicibus; de artemeſia; bizantinus cum aceto; de Eupatorio; acetoſus de radicibus; acetoſus diarhodon; & Oxymel cõpoſit. Habentur, & Trochiſci de Eupatorio, de abſynthio, de Rhabarbaro, de lacca, de aniſo, Item electuaria ſex, quæ ſunt Dialacca, Diacurcuma, Iuſtinum, Lithontripticon, Diacyminum, & Diacalamentha. *Diuretica impropriè dicta* ſunt, quæ humiditate, ac partium tenuitate vrinas mouent. Eorum alia ſunt calida, alia frigida. Calida

Solutio ſecundæ.

Quando vtendum Diuretico quãdo deiectorio.

Diuretica propriè dicta.

Cantharides quomodo exhibendæ.

Diuretica impropriè dicta Calida.

non attingunt tertium gradum, & ſunt tùm compoſita. Inter ſimplicia ſunt Terebynthina, ciceres, anethũ, ceterach, capilli Veneris, agrimoniũ, liquiritia, 11. *Meth. c. 9.* althea, rubia, milium ſolis, radix apij recens in aqua cocta, ex quibus omnibus, excepta terebynthina, parari poſſunt decocta. Inter compoſita recenſentur Syrupus de capillis Veneris ſimplex, & compoſitus; de Liquiritia, Oxymel ſimpl. Frigida ſunt hordeum, ſemina maiora, & minora frigida, potiſſimùm verò maiora, quæ ſunt cucurbitæ, citruli, cucumeris, & melonis, ad quæ referuntur etiam ſerum lactis præcipuè deſtillatum, acidum citri, & limonis, & Syrupi qui ex vtroque hoc acido parantur: item, & Syrupus acetoſus ſimpl. Tot verò, & tam multiplicia cùm ſint Diuretica, à veris Diureticis ſolis, in tempore anni, morbo & patiente calidis, ſemper abſtinendum eſt.

Frigida.

De recto vſu. Quantum attinet *ad doſim*, decocta, niſi adſit hydropica paſſio, poſſunt dari ad vnc. x. vel xv. admiſto Syr. acetoſo de radicibus ad vnc. ij. vel iij. In hydrope autem ſufficiunt ſoli ſyrupi ad vnc. iiij. abſq; decocto, quia decoctum nimis replet, & ſua actuali humiditate maximè nocet, tametſi id vnum ſit veluti ſecretum, in hydrope ad mouendas vrinas lixiuium inquam facto ex cinere flor. geniſtæ, cui tamen additus ſit ſcr. ſs. vel j. ſalis ex abſynthio chymicè parati, vel oleũ ex calcantho ad guttas vi. vel ad ſummum ad ſcru. ſs. quòd ſi in hydrope decocta, & alia diluta offerre conſultum erit, ea in doſi valde iminuta, ob rationem dictaræ concedantur. Pulueres dantur à drach. j. ad drachm. ij ex decocto ſimplicium iam dictorum: Trochiſci ad drachm. j. Electuaria ad drachm. ij, vel iij. quorum electuariorum ſpecies, habent eandem doſin, quàm pulueres *De modo.* Semper Diuretica hæc danda ſunt in forma potabili, ac calida actu. Quòd ſi boli dentur, vt quandò Trochiſcos, vel electuariæ propinamus, ſtatim dandum eſt apozema; ità vt humiditate actuali ipſius medicamenti, commodiùs vrina moueantur. Quo fit vt moderamenta hæc ſatis copioſa laudentur, in vno excepto hydrope (vt præfactum, &c.) *Quoad tempus.* Conueniunt diuretica tunc, vbi materia eſt præſens in gibba hæpatis parte, ac venis vltrà iecur, dummodò ea concocta exiſtat. Cõcocta enim medicanda, 1. *aph.* 22. quàm ſententiam Gal. cuilibet euacuationi accommodat. 4. *de ſan. Tuend c.* 5 Accedit quòd data Diuretica materiã crudã, potiùs agitãt, quàm euacuant. 1. *ad Glau. cap. de febr pituitoſa.* Quoad tamen intelligendum eſt de Diureticis tantùm fortioribus. Nam leuiora etiam cruda materia conuenire poſſunt, vel ex Gal. qui ante concoctionem exhibet decoctum apii 1. *ad Glau c.* 9. & anethi. Sunt a. repetenda, quouſquè ibi eſt materia. Vbi tamen notãdum ex Gal. 8. *Meth. c. vlt.* ſi materia illa ſit copioſa, licere etiam vti ſubductorijs. Quo in caſu mihi placet, vt Diuretica, & ſoluentia miſceantur ſimul. Quòd verò ad cibũ in ventriculo attinet, is non ſimplicitèr Diuretica prohibet. Quædam enim inter illa, conueniunt ieiuno ventriculo, vt medicinalia; quædã verò etiam cùm cibis poſſunt aſſumi, quæ videlicèt rationem etiam habent alimenti, ſicuti ſunt ſemina melonum, cucurbitæ, hordeum, ſiuè potiùs cremor illius radices petroſelini, fęniculi, aſparagi, in quorum ſerie etiam reponi poſſunt ſemina aniſorum condita ſaccharo, &

Doſis Diureticorũ.

Præſtantiſſimum in hydropè ad ſciẽdas vrinas.

Modus dãdi Diuretica.

Tempus exhibendi Diuretica

Cibus quomodo prohibeat diureticorum exhibitionem, quo non.

Locus per quem exhibenda Diuretica.

ius cicerum rubeorum. *Circa locum ſeù ubi agendum.* Quanquam per os debent vſurpari Diuretica, nonnunquam tamen coquuntur ſimplicia propoſita in ſufficienti quantitate aquæ, pro parando inſeſſu, qui eſt medicamentũ externum, in quo ęgri ità ſedere debent, vt decoctum attingat regionem renum, & vmbilici. Quibus ſic expoſitis, de vrina. & cantharidibus, duo ſunt notanda. Primùm eſt, vt vrina ad doſin decoctorum iam dictorum detur actu calida. Alterum eſt, ſufficere vt exhibeatur vna tantùm cantharis integra, adiecto ſcr j. ameos, ex iiſq; bolus efformetur, cùm Syr iuiubino, vel violato; eodemq; bolo propinato, ſuperdetur ius pingue, aut aqua dulcis tepida cùm butyro ad lib. ſs. vel vnc. x.

Quæ totum ſenſibilitèr per ſudorem euacuant, proponuntur.

Cap. XV.

Hydrotica quæ.

QVAE totum per ſudorẽ euacuant, hydrotica *uide Gal. 4 ſimpl. ca. 19 & paſsim in lib. de ſimp. med.* Græcis, Latinis ſudorifica dicuntur. Hæc verò mouent materiã morbificam, à centro ad circumferentiam, vel impellendo, vel attrahendo.

Hydrotica impelentia.

Quæ impellunt hydrotica, eã ſũt tùm Diuretica verè, & propriè, de quibus iam eſt actum (nam eadem materia mouet vrinas, & ſudorem) 11. *Meth.* 9. tùm aliqua etiam ex non verè Diureticis. Inter hęc eſt decoctum hordei cum cortice (cuius vſu accommodato in febribus poſſum affirmare, me plures ſanitati reſtitutos vidiſſe) & præter hoc, medicamentum factum ex carduo benedicto, quo Germani in hunc vſum feliciſſimè vtuntur. Solent enim ex illo parare decoctum, puluerem, & extractum. Huc referri etiam debet Syr. Sancti Ambroſij vocatus, qui paratur ex milio cocto in vino, & aqua, vſus item ligni Guaiaci, Saſſafras, Salſæpariliæ, Chinæ, ligni iuniperini, & fraxinei; ex quibus non decocta tantùm, ſed etiam ſyrupi, pulueres, & extracta conficiuntur, vt ſuo loco dicetur. *Vide in appendic. ca. 3* in horum. v. omniũ medicamentorum electione, illud ſemper conſtitutum eſſe debet, vt à calidis abſtineatur, in morbis, tempore anni, & naturis calidis. Peculiaritèr verò à Guaiaco, & Saſſafras abſtinendum eſt, præter iam dictos caſus, etiam in macie, quemadmodum à ſalſa, cùm in macie, cùm in ventriculo languido, eò quòd laxat.

Electio hydroticorũ impellentium.

Quoad doſin eorum. Verè Diuretica dantur in maiori doſi, ad mouendos ſudores, quàm dentur ad mouendas vrinas; ità vt decocta aſcendant ad vnc. xv. vel xx. Ex non Diureticis, Doſis medicamentorum ex Guaiaco, Salſaparilia, China, ligno fraxini, iuniperi, ſiue pulueres, ſiue Syrupi, & extracta, explicabitur fuſè ſuo loco. *in appendic. ca. 3.* Syrupus S. Ambroſij datur cum decocto aliquo Diuretico accipiendo ipſius Syr. vnc. iij. decocti vnc. vj. Aqua hordei datur ad lib 1 ſs. vel ij. vel iij. & in rebuſtioribus ad lib. vj. ad maiorem etiam refrigerationem inducendam, & paratur ex hordeo, cùm cortice accipiendo pro vna parte hordei, xx. partes aquæ, quæ tempore hyemis decoqui debent, quoſquè hordeum diſrumpatur: tempore autem æſtatis, quouſquè hordeum intumeſcat, & aqua flaueſcat.

Doſis hydroticorũ impellentium.

Aliàs enim hoc tempore acceſceret, & putrefieret. *De modo exhibendi hæc* medicamenta, ſciendum in mouẽdis ſudorib⁹ potiones pręferri

Modus exhibendi

omnibus

omnibus alijs, & quanquam dentur pulueres, & boli, oportere tamen ſemper potionem ſuperdare. Conuenit autem potio qualibet actu calida. *Tempus.* Circà, *Quando agendum*, exhibenda ſunt medicamenta ſudorifica, vbi materia euacuanda præſens, ac concocta exiſtit, atquè etiam ieiuno ventriculo, ac maior pars eorùm bis in die dari poteſt, non tamẽ qualibet vice, in eadem doſi. Sufficit enim ſemel in die ad maiorem doſim aſcendere, altera verò vice infrà eam ſubſiſtere licebit. *De loco* medicamenta propoſita ſolùm *Locus adhibendi.* intrinſecùs ſnnt vſurpanda: aliàs non impellerent ad cutim, ſed potiùs attraherent.

Hydrotica, quæ attrahendo ſudores mouent, varia ſunt. *Hydrotica attrahentia.* Primò eſt inunctio facta totijcorpori, relaxans & rarefaciens. Fit autem manibus
1 inũctis oleo ſimilis facultatis, vt eſt,
2 anethinum, chamæmelinum, & liliaceum. Secundum eſt frictio de qua ſuprà cap. vii. Tertiò eſt balneũ
3 aquæ *Gal. lib de cura icteri* dulcis ad calidum vergentis, 11. *Meth.* 9. & 10, ante cuius tamen ingreſſum, le-
4 uitèr fricandum corpus. Poſtremum ſunt ſtufæ, & balnea ſicca, in quem vſum facit, & inſtrumentum ligneũ, in hunc vſum paratum pro lue. Venerea. Quin imò ſolent aliqui lateribus ignitis, vino aromatico aſperſis, panniſquè inuolutis, ac tandem corpori circumpoſitis, ſudores mouere. Solent etiam alij vaſis quibuſdam vitreis, repletis decocto ſimplicium calefacientium, paritèr corpori hinc inde applicitis, ſudores prouocare. *Attrahentia hydrotica quando locum habeant.* Hęc verò omnia nequaquam ſunt vſurpanda priùs, quam materia morbifica fuerit concocta; & quidem poſt impellentia, quemadmodum hæc rurſus poſt Diuretica: ſi vtriſquè ſimul vtendum ſit. Cuius ratio eſt, Quoniam priùs euacuanda ea materia eſt, quæ in gibba hepatis parte continetur: deindè ea, quæ in ambitu corporis, idquè impellentibus primùm. Quia ſi ante impellentia adhiberentur attrahentia, copioſa nimis materia ad cutim traheretur. Et hæc ſunt, quæ attinebant ad euacuantia totum ſenſibilitèr.

De euacuantibus ſenſibilitèr partem determinatam, & primùm de Caputpurgijs.

Cap. XVI.

INTER ea, quę ſenſibilitèr euacuant, ſed partem determinatam, primo loco occurrunt euacuãtia caput, quæ cõmunitèr Caputpurgia vocãtur. *Caput per quot vias euacuetur.* Hæc caput euacuare ſolent dupplici via, per nares ſcilicet *lib. Artis Med. c.* 99. ac palatum: atq; nomine quodam generali, etiam Apophlegmatiſmi nuncupantur, 6. *ſimpl. tit. Aſtaphis.* Quia ſcilicet a capite pituitam detrahunt, quanquam nomen hoc propriè ad maſticatoria, 5. *ſimpl. cap.* 20. quæ per os euacuant, referatur. Ex hoc verò nomine, ni fallor, ſatis apparet, hæc Caputpurgia conuenire potiſſimùm in affectibus capitis, qui a pituita oriuntur. *Caputpurgia in quibus affectibus conueniant.* 6. *de San. Tuen.* 12. 5. *ſimpl.* 2. licèt non negem interim, humores quoquè mixtos cum pituita poſſe educere: liceatquè, proindè medicamentis hiſce, pituitam elicientibus, admiſcere etiam alia, quæ humores alios determinatè attrahunt. Cœterùm quicquid huius ſit, quæ pro Caputpurgijs adhibentur, *Caputpurgia, quæ, & qualia.* ea omnia calida debent eſſe, tenuia, acria, detergentia, & ſi fieri poteſt, boni odoris, ac ſaporis, & minimè venenata, aut ſaltem valdè correcta. Sunt autem talia, *vide plurima de his* 2. *Local. c.* 2. tùm Simplicia, tùm Com-

Compoſita. Inter Simplicia habe-
Simplicia muſmaſtichem, thus, terebynthi-
nam, pulegium, beatam, quatuor
herbas capitales, hyſſopum, origa-
num, ſampſuchum, folia, & radices
capparorum, calamenthum, diptam
mum Creticum, erucam carpenſiũ,
naſturtium, ſtruthium, nigellam, ta-
bacum, ſtaphiſagriam, baccas lauri,
ſynapi, alium, cæpas radicem ireos,
enulæ, & cyclamin s, rhabarbarum,
agaricum, ſenam, vtrumque ellebo-
rum, colocynthidem, turbith, eu-
Cõpoſitд. phorbium, elaterium, ſcammoniũ,
piper, pyretrum, gingiber, & ca-
ſtoreum. Inter Compoſita haben-
tur mel roſarum, oximel, confectio
quàm muſtardam nominant, con-
fectio anacardina, aurea Alexandri
na, puluis ſynapi melle exceptus,
actandem Theriaca, ac Mithrida-
tium antiqua: quibus omnibus per
miſceri poſſunt, ratione odoris, aro-
mata, & potiſſimùm moſcus, ambra,
gallia muſcata, & ſtirax calamita:
ratione ſaporis, ſaccharum, mel, vi-
num dulce paſſulæ, caricæ, ratio-
ne acrimoniæ, lac, paſſulæ, caricę, &
hordeum. Porrò fiunt ex eis, quę
dicta ſunt, non tantum decocta, a-
quæ ſtillaticiæ, ſucci, pulueres, ſed
varię tùm pro naribus, tùm pro pa-
lato medicamentorum formulę *Vi-*
Formulæ pro narib⁹ *de plurima de his formulis 2. Local. c.*
2. Ac formulę quidem quę pro nari
bus fiunt, quadruplices ſunt. Primò.
1 Errhina liquida, quæ per nares at-
2 trahuntur. 5. *ſimpl. ca.* 20. Secundò.
Sternuatoria ex pulueribus inſuf-
flatis facta. *de remed. fac. parabilibus*
*c.*10. Tertiò. Turundę in foramina
3 narium immiſſæ. Poſtremò. Inuu-
ctiones partium internarum nariũ.
4 Quæ verò pro palato parantur *vide*
6. de San. Tuen. ſunt maſticatoria,
gargariſmi, & linimenta. *Vid. 6. Lo-*
Formulæ *cal. cap.* 3. Hæ verò formulę, vt re-
quæ palato ctè concinnentur, ſciendum impri-
mis, tres eſſe gradus horum medi-
camentorum, quorum primus eſt
clementiorum, ſecundus medio-
crium, tertius, & poſtremus fortio-
rum. Quo ſuppoſito, pro ſingulis
gradibus pręſcribi formulę in hunc *Exempla formularum pro naribus.*
modum poſſunt. Pro errhino liqui
do mitiore. *Rec ſucci betæ. vel ana*
gallidis purpureo flore, vel florium
hederæ unc. ii decocti pulegii, origani
unc. iiii M. Vel *Rec. decoct. betæ althee,*
maluarũ unc. iiii. mel. roſ ſol. oxymell.
ſimpl. an. unc i. M Et in maximo fer-
uore. *Rec. decocti hord maluarum* *Errhinorum liquidorum.*
unc iiii. mell roſ ſaccharin. unc: 2. M.
Pro mediocris naturę errhino *Rec.*
ſucci ſampſuchi ũc. i ſucc. radic. cycla
mini, oxymell. ſcyllin an. unc ſs decocti
calament. piperis unc iii. M. Pro forti
errhino *Rec. Elaterii gr. vii. Diagry-*
dii ſcru ſs. lact. mulieb. lib. ſs. M. Vel
Rec. decoct. Rhabarb aut agarici, aut
ſenæ, prout peccauerit bilis, aut pituita
aut melancholia, vtriuſque ellebori, al
theæ, maluarum unc. v. ſs. ſucci ſabaci
unc. ſs. M. Quoad ſternuatoria, pu- *Sternutatoriorum.*
luis pro ſternuatorio mitti fit ex
maiorana, hedera, ac ſemine lapa-
thij acuti: mediocris conſtet pyre-
thro, pipere, Synapi, & caryophyl-
lis: fortis paratur ez vtroque elle-
boro, ſtaphide agria, colocynthide,
cum granis duobus, vel tribus mo-
ſchi. De Turundis. Pro debili. *Rec.*
ſucci betæ, fol hederæ, an. unc. ſs. Cum *Turundarum.*
cera, & terebinthina f. turundæ ad for
mam ſuppoſitorii. Pro mediocri. *Rec.*
pulueris ſynapi, naſturtii, pyrethri pipe
ris albi an ſcr. i. Laudani drach. ii cũ
cera fiant tenta. Pro forti. *Rec. Tro-*
chiſc. Albandal, Elaterii, Euphorbii an
ſcru ſs ſtiracis calamitæ ſcr. i. laudani
drach i. Moſchi gr. iii. Cum cera fiat
turunda. Quoad iunctiones, ex *Inunctionum.*
fiunt ex iiſdem, ex quibus pulueres,
& turundæ, adiectis melle, & oleo
lilaceo, velirino, vel laurino, vel
communi veteri, prout paranda
venit.

venit iunctio clementior, vel fortior. Mediocris facultatis erit, quæ fit, cum muſtarda, vel Diaſinapi meſ. vtraquè antidoto magna antiqua, aurea alexandrina, & confectione anacardina. De formulis pro palato. Si pro palato paranda ſint maſticatoria, a mitioribus exordiri debemus, inter quæ eſt maſtiche pinguior, papyrus bibula, terebynthina cocta, vel quod *Rec. maſtich. thuris an. drach. ij. caric. num. iij. Cum cera f. paſta.* Pro mediocri maſticatorio *Rec. Synapi, piperis albi, pyrethri, ſtaphidis agriæ an. drach. i. maſtich drach. ij. pulp. puſſular. drach. iii. Cum cera fiat paſta.* Pro forti. *Rec. Euphorbij, elaterij an ſcr i. ſtaphid. agr. drach. ſs. moſci gr. iij. Laudani drach. ij. Cum cera fiat paſta.* Gargariſmi debiles in hunc modum habent. *Rec. decocti hederæ, betæ, lapathii, origani, caricar. vnc. iiii. oxymell. ſimpl. mell. roſ. ſimpl. an. vnc.* I. *M.* Mediocres ſunt tales. *Rec decocti in aqua ſaluiæ facti ex pulegio, hyſſopo, calamentha, cymino, corticibus capparorum, ſynapi pipere, vel pyrethro vnc. iiii. Oxymell. ſcill. Syr de ſtecad an. vnc. i. M.* Fortis huiuſcemodi eſſe poteſt. *Rec. decocti in aqua calamenth. facti ex rad. cucum. agreſt. colocynthide, agarico, euphorbio unc. iiii Oxymell. ſcyll. unc. ii. M.* Iam ſi linimenta pro palato ſint paranda, & primùm ſi mitia. *Rec. Succi betæ, lapathii, hederæ an. drach. ii. Oxymell. ſimpl unc. ii. M.* Mediocre fit ex muſtarda, vel diaſinapi dicto, antidotis, & confectionibus, iam dictis. Vel *Rec. ſucci rad. ireos, rad. cyclam. an. drach ii. puln. ſynap. naſturtii, piperis albi, ameos in aceto maceratorum an ſcru. i. M. & melle excipiantur.* Fortè autem linimentum. *Rec. Scammon. euphor. an. ſcr i. Trochiſc. albandal. ſcr. ii. Staphid. agr. drach. i. Cum oxymell. ſcyli. excipiantur.*

Exempla formularum pro palato. Maſticatoriorum.

Orgariſmorum.

Linimentorum.

Rectus uſus caputpurgiorū.

Quantum ad rectum vſum attinet. *Doſis* horum medicamẽtorum, quo maior erit læſio materiæ morbificæ, eo maior etiam doſis erit ipſa. *De modo.* In contumacia materiæ Turundæ, maſticatoria, & linimenta probantur: quò etiam pertinent, & ſternuatoria. Liquida. v. medicamenta conueniunt, vbi materia minùs reſiſtit. Ampliùs, quæ per nares attrahuntur, & gargarizantur, calida vſurpanda ſunt. Item vbi per nares medicamentum attrahitur, attractio cum vehementia fieri debet, capite inclinato ad poſteriora, priuſquè ore repleto aqua, vel vino, ne medicamentum deſcendat ad palatum, & noxam adferat: Maſticatorijs autem vtendum capite verſo ad terram. 1. 2. *Local. cap.* 2. *Circà tempus.* Qualiacũque ſint hæc medicamenta, poſt totius euacuationem, ventriculo ieiunio, & antè Topica, debent, præſente materia morbifica, vſurpari. *Quantum ad locum*, ſicut quæ per nares, & os adhibentur; itá, quæ per nares adminiſtrantur, a vitio oculorum a latitudine oſculorum venarum narium, ac eorundem vlcere, & tumore prohibentur. Quin ſternuatoria quoquè in vertigine, & epilepſia improbantur: Quæ verò per os ſumuntur prohibentur, & ipſa, à vitijs partium oris internarum, a vitijs ventriculi, & thoracis. Quæ omnia inde accipiunt occaſionem, ne ſcilicet trahatur materia ad locum affectum, ac nouus affectus, ſicuti eſt hæmorrhagia, Epilepſia ac vertigo, inducatur. Et hæc de Caputpurgijs.

Doſis.

Modus exhibendi.

Tempus exhibendi

Locus er quem exhibenda.

caputpurgia quæ quibus in affectibus uitanda.

Expectorantia medicamenta in medium adducuntur, & breuitèr agitur de vomitoriis. Cap. XVII.

EXpectorantia medicamenta pertinent ad euacuandam materiam

Expectorãtia me-

dicamenta qua, & malia.

teriam fluxilem in Thorace contentam, ſiue ibi ſit genita, ſiue aliunde fluxa impactam. Verò euacuant ſiccantia, & diſcutientia mixta cùm Thoraxicis medicamentis, de quib' ſicis, & diſcutientibus paulò infrà agetur. Expectorantia igitur euacuant materiam in partibus thoracis, ſeù in pulmonibus, & cauitate thoracis contentam. Communitèr autem bechica dicuntur. 5. *Simpl.* 2. *&* 20. Sunt antem talia ea, quę tuſſim promouent, 2. *Simpl* 16. *&* 17. *vbi etiam ratio explicatur*. vel obtinẽdo, & replendo, vt pinguia; vel exaſperando, vt mordacia; quorum illa conueniunt in materia calida, & tenui; hęc verò in frigida, craſſa, ac lenta; ità vt facilè ſit intelligere, illa non tantùm illinere, ac replere, verùm etiam craſſefaecere debere: hæc verò, non tantùm exaſperare, verùm etiam detergere, ac incidere. Poſſunt nihilominus, in materię calidę, & frigidę mixtione, medicamenta hęc ſimul permiſceri, imò ferè nunquam mordacia ſine pinguibus adhibentur. Porrò conſtant, & dantur medicamenta hęc, *Vide Gal.* 7. *Local c.* 1. *&* 2. forma partim liquida, partim ſolida, partim mediocri conſiſtentia, quę poſtrema Gręcè eclegmata, *Horum meminit Gal.* 7. *Loc. cap* 4. *&* 2. *&* 8. 4 *acut.* 79. Latinè illinctus, Arabicè loch nuncupantur. Liquida, quę in materia tenui, & calida conueniunt, ſunt Syr. violatus, iuiubinus, de nymphea, de papauere. Solida pro eadem, ſunt conſerua violar. nenupharis, electuarium, quod *Rec. pulpę Diaſebeſten unc ij. ſem. melon mundat. unc i pulu ſem. papau. albi. unc ſs. & reformatur cùm iulapio violato.* prętereà diacodion in tabulis, ſicuti & Diatragacant. frigid. in forma ſolida. Item & ſacchar. candum factũ ex Iulap. violato.

Expectorãtia pro materia tenui.

Liquida.

Solida.

Mediocris conſiſtentia, ſeu Eclegmata.

Ex linctibus huc pertinent Loch de mucilaginib. & Diatragacanth. frigidum, & Diapapauer. Inter medicamenta, quę in materia craſſa, & viſcida probantur, facta ſcilicèt ex mordentibus, & lenientibus, ſi liquida ſint vſurpanda, habetur oxymel. ſimpl per ſe, vel datum cum ammoniaco, accipiendo ſemper pro vnc. ij. oxymell. drach j. ammoniaci. Syrup. Ibiſio de pomis, de farfara, de capill Vener. de liquiritia, & mulſa ipſa, ſicuti, & quod *Rec ol. amygd. dulc. recent. vel pineor. un ij aqua farf. unc iij. penidiorum recenc. unc ſs. M. & agitetur vas antequàm patiens de eo aſſumat.* Refertur etiam huc Syrup. de hyſſopo, de praſſio, oxymel. ſcyllin. Syr. factus ex folijs tabaci, cum hordeo, iuiubis, floribus violar. atquè alijs huiuſcemodi. Item quòd *Rec. agaric. trochiſc. drach. i. ſs. hyſſop P* 1. *hordei mundi P. ſs. aquę farfarę unc. ix. Bulliant ad conſumptionẽ tertię partis, & f colatura cùm forti expreſſione adde ole amygd. dulc. recent. unc. ij. penidior. recent unc. i.* Inter ſolida ſunt pilulę bechicę, cõfectio papau. diatragacanth ſolidum cum puluere ireos. Ex Eclegmatis, ſeu Loch huc ſpectant, Loch de caulibus, de farfara, de pulmone vulpis, de althęa, de pino, ſanum, & expertum, de ſquilla.

Sed, & maximè gratum hunc in modum poteſt parari. *Rec. Radicũ tuſſilag rad alth an. vnc i ſs. mann. celeſt. unc. i penidior. recent. unc ſs ſacc. albi drach. vi Cùm aqu. farf f. Loch. Coctis priùs radicibus in aqua, & contuſis.* Si materia fuerit mixta extat medicamentum, quod ſaponea dicitur, paraturq; ex ol. amyd. dulc. & ſacch. diſſoluto in aqua viol. Itẽ Diatrag. frigid. cum ſucco farfarę confectum, quorum vtrumq; & ſub forma eclegmatis, & ſub forma tabularum paratur.

Expectorãtia pro materia craſſa.

Liquida.

Solida.

Mediocris conſiſtentia, ſeu Eclegmãs.

H Quoad

Rectus vſus expectorantium. Quoad rectum vſum, doſis horum medicamentorum erit modo ſumma, modo remiſſa, prout læſio materiæ morbificæ erit, vel ſumma, vel remiſſa. Si materia ſit contumax, minùs fluida eligenda ſunt, ac ita vſurpanda, vt in ore detenta paullatim liqueſcant, & veluti pitiſſando deglutiantur, potiuſquè lambantur, quàm deuorentur, & dum in ore continentur, caput parumper inclinetur ad poſteriora.

Doſis. *Modus.* *Tempus.* *Conueniunt autem ſimilia* medicamenta, vbi materia morbifica eſt præſens, ſuppoſita tamen totiùs euacuatione, & qualibet hora poſſunt aſſumi, quamuis cauendum potiſſimùm a cibo ſtatim aſſumpto, ita vt, niſi maxima vrgeat neceſſitas, ea non conueniant, cum ventriculus eſt cibo repletus.

Vomitoria. Vomitoria ad ventriculum diriguntur. Quæ verò in hunc viſum faciunt, ea iam ſuperiùs propoſuimus, vbi de Lenientibus ſermo habebatur. *ſup. ſect. 2. cap. 3.* Quibus hoc loco addi poteſt iſtud, tanquam fortiùs quod, *Rec. flor. geniſtæ P. i. ſem. apij drach. ij radic. cucum. agreſt. drac. i ſs. Agarici in petia ligati drac. i. M. & f. decoctio in aqua communi. Collati. Rec unc ix. oxymell ſcyll. unc. ij. M.* De reliquo, quæ ad vomitoria tùm vniuerſè, tùm ad huius, quod propoſitum eſt, rectum vſum requiruntur, ea legantur loco iam iam citato.

De inſenſibilitèr euacuantibus, & primò de repellentibus.

Cap. XVIII.

IAM ſuprà dictum eſt, quæ inſenſibilitèr euacuant, ea omnia conuenire ratione materiæ congeſtæ, & fluxæ, quæ, vt multiplex eſt ita etiam diuerſa ei reſpondere medicamenta, ac fluxę quidem, ſed loco mobili, deberi repellentia: fluxę autem, & impactę, tùm ſiccantia, ſi fluidę ſcilicet, & tenuis ſit, tùm reſoluentia, ſi craſſa, & minimè fluida. De his omnibus, cum ordinis ratio poſtulet, vt agamus, à repellentibus, tanquàm ijs: quæ priùs reliquis in vſum veniunt, auſpicati, ad cætera progrediamur.

Repellens quid, & quotuplex. Repellentia igitur ſunt, quæcunque habent facultatem adſtringendi, *5 de compo ſ. per gen. cap. 5 & 4. ibi. c. 1.* & ob id *5. Simpl. cap. 17.* craſſarum ſunt partiũ. Horum quædam ſunt mitia, quedã fortia. Mitia ſunt, quæ cùm craſſitudine partium coniunctum habent calorem: fortia, quæ frigida ſunt, & ſicca. Prioris generis ſunt, *Vide 8 Local. ca. 7.* quæ fiunt ex mente, abſynthio, maſtice, ac nucib. cupreſſi. Ad poſteriùs pertinent, quæ conficiuntur ex roſis, ſantalis, cydonijs, myrto, granatis acerbis, oliuis immaturis, omphacio, ſucco limonis, & arancij acerborum, gallis immaturis, ſumach, malicorio, balauſtijs, ſemperuiuo, polygono, pampinis vitis, & huiuſmodi.

Repellentia vbi conueniant. Conueniunt medicamenta repellentia indifferentèr, in qualibet materia fluxa loco mobili, quamuis mitiora in frigida, fortiora in calida. Vbi illud tamen notandum, quoniam materia fluxa aliquando etiam tumorem excitat,

Repellentia non conueniunt in tumoribus frigidis. repellentia tantùm conuenire in tumoribus calidis, vt in inflammatione, Eryſipelate, cancrò, & carbunculo; non a in frigidis, vt in inflatione, ſcirrho, & œdemate: Rurſus, quoniam tumorum calidorum alij magis, alij minùs calidi ſunt; mitiora in minùs calidis locum habere, fortiora in magis calidis.

Doſis repellentium. Quoad rectum vſum, *doſis repellentium* duplex eſt, alia ſimpliciũ, alia compoſitorum. Prior doſis pertinet ad artem componendi medicamen-

ta,

ta. De poſteriore ità ſtatuo, ſi lęſio materię morbificę fuerit inſignis, conuenire doſin maiorem, ſi non valdè lędat, minorem ex vſu eſſe; idquè ſiuè medicamentum aſſumatur, ſiuè exteriùs adhibeatur. Poterit.n. augeri, & minui doſis illius, ſecundum rationem propoſitam.

Modus adhibendi reprimentia.

Circà modum agendi. Dico primò omnia reprimentia, in materia calida, actu frigida, in frigida, actu tepida: in tumore autem minùs calido, actu calida probari; quanquam minùs vbi aſſumuntur, magis vbi admouentur; ac ideò in calidiori tumore intus aſſumpta, moderatè frigida, adhibita exteriùs, moderatè calida. Dico ſecundò. Qualiacunquè ſint hęc medicamenta, in materię reſiſtentia, & contumacia, ſolidiora; contrà, liquidiora probari. Id quòd verùm habet, & in aſſumendis, & in admouendis; in admouendis tamen vnica forma excepta, nimirum embrocha, ſeù ſtillicidio. Hoc enim, quanquam non ſit ſolidum medicamentum, efficaciſſimè tamen agit, propter caſum ab alto, & motum.

Digreſſio ne formulis medicamentorum externorũ

Sed hic, vt ſciatur, quęnam ex admouendis ſiuè externis formulæ, pro reprimendo conueniat, & quę magis ſint efficaces, placuit proponere obitèr omnes formulas medicamentorum externorum; idq; eò magis, quòd non in repellentibus tantùm, ſed ſiccantibus etiam, & reſoluentibus, res hæc vſum ſuum habet. Sunt igitur formulę medicamentorum externorum hæc odoramenta. Inunctio. Fomentum. Epithema. Vnguentum. Linimentum. Inſeſſus. Balneum. Cataplaſma. Dropax Synapiſmus. Ceratum, & Embrocha. De odoramentis infrà cap. xxij. agitur.

Inunctio.

Inunctio 7. Meth. cap. 6. fit cum oleo aliquo ſolo, abſque cera.

Fomentũ.

Fomentum duplex eſt, ſiccum, & humidum. *1. de rat. vict. 2. 3. Local. 1 & Cleſ. lib. 2. ca. 16. in fine.* Primũ fit ex floribus, herbis, lignis, & aromatibus. Hęc enim inciſa, contuſaquè, vel calefiunt ſuper tegula, aut lamina ferrea calefacta, deindè aſperguntur vino odorato, aut poſca, tandemquè ità calida imponuntur in ſacculum lineum, & loco affecto applicantur: vel priùs in ſacculo ponuntur, & conſuuntur, deindè ſacculus calefit, aut ad ignem, aut ſuper tegula, aut lamina, irroratione facta liquoribus, dictis. Fomẽtum humidum fit ex decocto, vel oleo repoſito in veſica bubula, vel vaſe æneo, aut teſtaceo. Fit item ex eiſdem materijs: ac aquis ſtillaticijs cùm ſpongijs, vel petitis lineis, quo penè modo ſolet adhiberi medicacamentum oxyrhodinum vocatum, ex oleo in quam, & aceto factum, quod etiam applicabat capiti Galenus ex lana molli

Epithema

Epithema, Vide 7. Meth. 4. & 18. Meth. 15. & c. noſtris temporibus fit ex aquis ſtillaticijs, ſuccis herbarum, decoctis, pulueribus, vino, aut aceto cũ petijs lineis, & potiſſimùm cordi ac hepati adhibetur.

Vnguentum.

Vnguentum. 6. Simplc. cap. de oleo 4. de Tuen. 8. tempore priſco parabitur ex odoratis, ſine cera; nunc fit ex oleis, pulueribus, & cera, quibus ſucci herbarum, pinguedines, butyrum, & mucilagines addi poſſunt.

Linimetũ

Linimenta, Vide exempla lib de remedijs fac. par. e. 10. & 3. de comp. per gen. ca. 2. ex iiſdem conficiuntur excepta cera.

Inſeſſus.

Inſeſſus, Vide exempla 3. de compoſ. per gen. ca. 13. ex decocto conſtat florum, herbarum, radicum, vel ex aqua aliqua Thermali, cui patiens inſidet. Adhibetur autem vbi vires ſunt debiles, vbi non eſt neceſſe balneare totum corpus, & vbi balnea deficiunt.

Balneũ.

Balneum eſt, quod admouetur toti corpori: & fit ex aqua ſimplici dulci, ſeù fluuiatili;

Cataplaſma, & Emplaſtrū item ex aqua medicata, tùm naturali, tum artificiali. *Cataplaſma, & emplaſtrum vide 1. de compoſ. per. gen. ca. 4. &c.* confunduntur, ea tamen poſſet dari differentia, quod cataplaſma fiat ex herbis, radicibus coctis, & contuſis: emplaſtra verò ex iiſdem, & preterea pulueribus, oleis, pingueudinibus, farinis, quibus aliqui addunt ceram, & terebyntinam. *Dropax, vide Oribaſ. lib. 10.*

Dropax. *collect. c. 2. & Paulum lib 6.* eſt medicamentum factum ex pice, & duplex eſt, ſimplex, & compoſitus. Simplex fit ex pice ſicca oleo liquata, & actu calida partibus noſtri corporis illita, ibidemquè detenta quouſquè agglutientur. Et hoc Dropacè vtebantur antiqui ad picationes exercendas, quæ adminiſtrabantur in tabe, & emaciatione, *6 de Tuen. Sanit c. 8. 24. Meth cap. 16.* & emaciatione. Ego autem ſoleo vti extenſo hoc dropace ſuper corio, quod vbi detentum fuerit ſuper parte, quouſquè agglutientur, iubeo vt vi auellatur Dropax autem compoſitus, qui erat in vſu apud antiquos ante Synapiſmum, tanquam preparatorium, paratur ex pice cum pyrethro, vel pipere, ſi volumus calefacere, & diſcutere; cum bitumine, ſulphure, & ſale, ſi ſi volumus ſiccare, eſtquè iſte Dropax veluti

Synapiſmus. ceratum *Synapyſmus Vide Gal. 4. et 7. Meth 4 Oribaſ 10. collect 3. ca. 191.* eſt id medicamentum, quòd rubificans dicitur, quia applicatum ruborem inducit in cutim. Parabatur autem ab antiquis ex ſynapi cum caricis, nunc verò additur fermen-

Ceratum. tum, & acetum ſcyllinum. *Ceratum Vid. rationem componendi apud Gal. 5. de compoſ. per. gen. cap. 2. & 2. ca. 12.* vocatur malagma ab antiquis. Paratur autē ex omnibus medicamentis indifferentèr, cum cera, & reſina,

Embrocha vel pice. *Embrocha ſeu Stillicidiū, Huius meminit Gal. 13. Meth. vlt.* irrigatio eſt medicamentum, quod fit hac ratione. Accipitur aliqua aqua medicata naturalis, vel decoctum, deinde reponūtur in vaſe aliquo, quo quidem in alto repoſito, medicus curat, vt liquor ille cadat ſuper partem aliquam noſtri corporis. Cum igitur tot ſint formulæ externorum medicamentorum, efficaciores ex iis ſunt Embrocha, & reliqua ſolidiora: Embrocha quidem ratione illius motus: (eo enim maximè vim ſuam imprimit.) Solidum verò medicamentum, non ſolùm propter longam moram ſuper partem, verū etiam quia magis, & diuitiùs ſuam conſeruat vim. Quod autem ad reprimentia pertinet, vt redeam ad propoſitum, dico ea præcipuè conuenire ſub forma fomenti, vnguenti, epithematis, & emplaſtri. Sed hæc de modo agendi. *Tempus accōmodatum* vſus horum medicamentorum eſt, vbi materia reprimenda ſua præſentia vincit prohibentia, & non vincitur. Vincit autem ſi ſit fluxa, non impacta, quod illi contingit in principio, *4. Local ca. 7. 1. Local cap. 8. 1 compoſ per gen. cap. 4. 10. Loc 2 15. Meth cap. 6.* & in augumento, quib tamen ipſis morbi temporibus, ſi materia reprimenda vincatur à materia, vel in toto exiſtente, vel à capite pulmones defluente, acri, & maligna, nulli dubium eſt, quin priùs totum ſit euacuandum: materia illa deſtillans à capite minuenda, ac attemperanda, deindè deueniendum ad reprimētia. Quod ſi quærat quis, In ſtatu, & declinatione, debentnè cum reſoluentibus miſceri reprimentia? Ei reſpondeo, debere. Sed tùm ſeligenda ea ſunt, quæ calorem aliquem habent, vt ſunt maſtice, abſynthium, menta, & nuces cupreſſi: Hæc enim adduntur ad robur partis.

Formula externa quæ efficaciores.

Formula externa pro reprimendo quæ, Tempus reprimentium.

Quam

Locus reprimentiũ

Quantum eſt de loco. Vide aliqua hæc ſpectãtia 10. Local. 2. & 13. Meth. c. 22. reprimentia hæc poſſunt, & aſſumi, & applicari.

Formulæ reprimentium adſumendorũ.

Aſſumuntur in affectibus viſcerum naturalium, & potiſſimum tumoribus illorum. Formulæ aſſumptorum poſſunt eſſe huiuſmodi. In tumore non admodum calido. *Rec. maſtic. gr. xij abſynthij Pontici, mentæ an. gr. x nuc. cupreſſ. ſcru. I M. & pulueratis puluerizandis cum myua cydoniorum ſimpl. f. b. vel f. pilulæ. nu. v. & ſumentur pro una vice* Vel, *Rec. Syr. de menta ſimpl. unc ſs. myua cydon. ſimpl. unc. i. M. pro una vice.* Ad idem facit conſeru. roſar. cydoniatum, conſerua ex cornis, & ſorbis ad vnc. ſs cum ſcr. i pulu. maſtic. elect. In calidiori autem tumore. *Rec corall. rubei ſantal. rub roſ. rubear. an. ſcr i. Cum omphacio f. b. vel pilulæ num. v.* Confectio etiam ex tribus ſantalis ad drach. ij ad idem facit. Vel, *Rec Syr. de roſ ſicc. unc. ſs. detur unica vice,* Cõſeruæ ẽt ex roſis, ex cydonijs, ex ſorbis, ex cornis per ſe ſolæ, ad vnc. ſs. conueniunt. Quæ applicantur, ſeù exteriùs admouentur, ea ipſa quoque conueniunt in affectibus materialibus, cum, & ſine tumore, exceptis 2. *Meth. ca.* 17. Pleuritide, & Iſchiade. 10. *Loc. 2. & de remed. facil parab ca.* 23 De Eryſipelate poteſt eſſe aliqua difficultas, cum Hippocrates aſſerat, *6. app.* 5. ſi Eryſipelas ab intrà ad extra, bonum.

In omni eryſipelate abſtinẽdum à reprimentibus.

Sciendum tamen omnino à reprimentibus abſtinendum in Eryſipelate, circà aliquam partem effatu dignam, imò, ſi verum dicendum eſt, puto omni in eryſipelate bonum eſſe abſtinere à reprimentibus. Nam traſmiſſio ſit ad cutim. Ergò ad locum decentem. Cutis enim eſt ignobilis, eſt imbecilla propria natura, & ob id receptaculum omnium excrementorum. Circà compoſitionem autem externorum reprimentium, notandum eſt, ea, quia ſibi viam occludunt, ob craſſitudinem partium, indigere vehiculo, & propterea illis immiſcenda eſſe, vel acetum, vel ſuccum limonum, citri, arancijquè maturorum, & camphoram.

Reprimẽtia egent vehiculo.

Sed de aceto duo aduertenda ſunt. Vnum eſt, ſi hæc medicamenta capiti ſint applicanda, adſintquè vigiliç ab aceto omninò abſtinendum eſſe.

Acetum quando, qua doſi permiſcendum reprimenti[bus].

Quia cum ſit ſiccæ naturæ, vigilias fouet, & auget. Alterum eſt de doſi illius. Nam ſub varia doſi reprimentibus immiſcetur, quàm tamen poterit decernere medicus, ſi reſpiciat ad eius naturam, & facultatem; ad materiam morbificam; ad partem affectam; & ad prohibentia. Nam acetum prout magis eſt, vel minùs acre, eò etiam in maiori, vel minori doſi eſt permiſcendum. Paritèr ſi materia quieſcat in parte profundiori, acetum eſt dandum copioſum, ſi verò contra, parum aceti ſufficiet. Cuius occaſione noto, quòd ſi materia etiam moueatur cum maiori impetu (nunc enim ſermo eſt de fluxa) procul dubio oportere, augere doſin aceti; & contra. Item in parte denſa multum aceti conuenit, in moli parum. Et quantùm ad prohibentia, in materia ſicca, in vigilijs, in inſigni dolore parum etiam aceti vſurpandum eſt. Nam acetum ſiccat, & ſoluit continuum, & propterea in hiſce caſibus non videtur conuenire, niſi in pauca copia. In genere tamen proportio aceti ad reprimentia, quibus immiſcetur, ferè eſt a ſuboctupla ad ſubquadruplam, quaſi pro ſingula vncia reprimentis poſſit addi aceti drachm. j. vel drachm. ij.

Exempla formularum reprimentium externorum.

Quoad formulas. In materia ſanguinea, *Recip. ol. roſat omph. unc. ij. aqu. roſ. unc. iij, aceti optimi drachm. ij. M. & adhibeatur cum petijs*

liteis; priùs tamen ducantur in mortario plumbeo. Proſunt in hunc vſum Vnguentum roſ. Meſ. infrigidans Galeni, ſantalinum, ſicut & Epithema, quod *Rec. aqu. roſ. acetoſ. an lib i puluer. triũ ſantal. an ſcr. i. aceti roſ. unc iij. M. & cũ petijs lineis adhibeatur*. Ad idem facit emplaſtrũ ex mica panis, lacte, & oleo roſ. omphacino, cum gr. v. vel viij. camphoræ, ſicut, & quòd *Rec carnis cydon. ſub cinerib. coct. unc iij. Pul roſ. rub. dr. ij farin. hord. unc. iij cum ol. roſ omph. f emplaſtrum*. In defectu cydonij, poteſt ſubſtitui pomum granatum integrum, accerbi, vel medij ſaporis, aut Pynum ſubauſterum, ad penetrationem addatur cãphora. In materia biliosa. *Rec. ol. roſ. omphac. unc. ij. aq roſ. unc. ij acet. rosae unc i succ. agreſta, endiu. vel cichorei an. unc. i. M. in mortario plumbeo pro oxyrhodino*; quod medicamentum, ſi capiti eſſet adhibendum, infeſtarentq; vigiliæ, abſtinendum eſſet ab aceto, & ſubſtituendus ſuccus limonis, addito ol. violac. & ſuccus lactucæ. Hũc referenda ſunt vnguenta propoſita in materia ſanguinea, priùs tamen cum ſuccis præſcriptis in materia biliosa, deinde cum poſca lota. Epithema etiam ibidem propoſitum, adiectis plantaginis, & endiuiæ aquis, cõuenit, ſicuti, & empl. ex mica panis macereta in ſuccis ad bilem præſcriptis, cum lacte, oleisq; viol. roſ. omph. Vel *Rec carnis pirorum immatur. cydonior. ſub cineribus coctor. an. unc. i ſs. ſucci paſſular. immaturar. unc. ſs. puluer. roſ. rub. ſantalor. an. draah. ii ſem plantag. portulacæ, acetoſ. an ſcr. i. farina hord. unc. iii ol. maſtic. unc. i. cydon, myrtil. an. q. s fiat empl.* In materia pituitoſa. *Rec. ol. roſ. completi, chamamel. ex oliuis immaturis facti, vel maſticini, uel abſynthini an unc i. aqu. roſ. aqua chariamel. chalyb an. unc. i ſs. aceti drach. x. M. pro oxyrhodino*. Vnguentum ſie parabitur. *Rec. ol. roſ. compl maſticin de abſynt. an. un i. ſs. ſpec. Diarhod. abbat. maſtic. unc. cupreſſ. an unc ſs. cum cera lota in uino tenui fiat unguentum.* Epithema fieri poteſt ex aquis, & pulueribus dictis, ſicut, & emplaſt ex roſis, & chamæmelo in aqua coctis, cum pulueribus pro vnguento propoſitis. In materia melancholica. *Rec olei roſ compl. unc. i. ſs. chamamel. ſucci malu uel borrag. an. unc. ſs. aceti drach x. pro oxyrhodino*. Pro vnguento. *Rec ol roſ. compl unc. i. chamamel. ſucci malu. an. unc. ſs. ſpec. Diachod abbat. drach. i. maſtic. elect. drac i ſs. cum cera lota in uino fiat unguentum*. Emplaſtrum paratur ex herbis, floribus, ſuccis, pulueribus, oleiſquè iam in hac materia commemoratis, modo quo in alijs materijs dictum eſt. Et hæc de repellentibus dicta ſufficiant.

In materia ſanguinea.

In biliosa.

In pituitoſa.

In melancholica.

Siccantium medicamentorum adminiſtrationis ratio explicatur.

Cap. XIX.

Siccantia quæ, & qualia.

SICCANTIA medicamenta ſunt, quæcunque calida, ſicca ac tenuium partium, miſcentur cum auſteris, ſeu adſtringentibus, *2. ad Glau. 3. & 1. de compoſ per gen. cap. 6.* ita, vt nonnihil diſcutiant, ſed præcipuè ſiccent: Huius generis ſunt medicamenta parata ex cinere, ſale, alumine, nitro, ſulphure, calce, chalcantho, ex aquis thermalibus præcipuè calidis; amplius ex lixiuio. Quinimò ipſum lixiuium vnà cum alumine; item Trochiſci Andronis, Muſæ, & Paſionis, ſunt in genere exiccantium, quamuis putem ego reſoluentia fortia, de quibus iam iam agemus, mixta cùm auſteris, frigidis inquam, & ſiccis medicamentis, acquirere naturam

medica-

medicamenti exiccantis. Sunt a. ex auſteris hęc, Vinum auſterum tùm album, tùm nigrum, acacia, hypocyſtis, gallæ immaturæ, ſumach, balauſtia, malicorium. Sed & præter hactenus commemorata, in exiccantium numero lignum lentiſcinum à recentioribus proponitur, de cuius natura, & præparatione ſuo loco. *In appendic. ca. 3.*

Formulæ ſiccantiũ. Balnea.

Formulę ex his medicamentis, in rem præſentem, variæ ſunt, Balnea, Linimẽta, Fomenta, Emplaſtra, Cerata. *Balnea duplicia* ſunt, aut totius, aut partis alicuius. Parantur ex lixiuio, in quo diſſolutum ſit alumen, aut ex aquis thermalib. dictis, tùm ſimplicibus, tùm etiã in quibus aliquot ex ſimplicibus commemoratis bullierint. In thermarum tamen defectu, poterit ſubſtitui aqua chalybeata.

Linimẽta

Linimenta, parantur ex oleo ſalis chymicè præparato, cum oleo myrtino, vel roſ. omph. ità vt cuilibet huius vnciæ admiſceatur ſcru. i. olei ſalis: Parantur etiam ex oleo chamæmelino, vel anethino, cum ſale admiſcendo ſingulæ vnciæ olei, drach. i. ſalis, decoquendo in duplici vaſe cum vino auſtero ad conſumptionem vini, amplius in eumdem vſum facit ſaluſtum prædictis oleis, præcipuè vero oleo communi antiquo commixtum.

Fomenta.

Fomentum, fit cum lixiuio per ſpongiam, vel pannum laneum, aut cum aquis thermalibus, aut cum aqua in qua calx viua fuerit extincta, qua potiſſimũ in hydrope vti ſoleo.

Emplaſtra.

Pro emplaſtro. *Rec. ſtercoris bubuli vel caprini in furno ſiccati lib. ſs. baccarum lauri, iuneperis an. drach. iij. ſulphuris vnc. i. aluminis vnc. ij. nitri vnc ſs. teſtarum oſtreorum vſtar. drach. iij. farinæ erui, lupinor. an. vnc. ij. Cum oleo irino vel laurino, priùs decoctis farinis in lixiuio fiat empl.*

Cerata.

Pro cerato, *Rec. ſucci tabaci vnc. i. ſs. aluminis, nitri an drach. ij. ſulphuris viui drach. i. baccar. lauri, iunip. an. ſcr. ij. Cum pice, oleo irino, & cera f. ceratum.* Huc tanquam mitiùs ſpectat Ceratum Phœnicinum. Nec verò extrinſecùs ſolùm medicamenta exiccantia adminiſtrantur, ſed pro maiori parte etiam intus vſurpantur. Quocunq; tamen modo adminiſtrantur, videntur ex vſu eſſe in materia pituitoſa, & aquoſa.

Doſis ſiccantium.

Circà rectum vſum, Doſis eorum varia eſt. Nam thermæ per os exhibitæ, aſcendunt à boccalis. j. ſs. ad iiij. Lixiuium per os datur ad lib. i. ſs. Oleum chalchanthi per os exibetur ad ſcru. ſs. ſicut, & oleum ſulphuris. At ipſum ſulphur in ſubſtantia datur ad drach. v. Sunt tamen doſes hę augendę, & minuendæ, pro maiori, & minore læſione materiæ. Qua eadem ratione variatur doſis medicamentorum externorum. *De modo.*

Modus.

Quantum attinet ad medicamenta externa, in materiæ reſiſtentia, conueniunt, precipuè quæ ſolida ſunt, & quæ ſub forma balnei adminiſtrã tur. Atque per os exhibenda ſunt, quia potiones ferè ſunt, ideò etiam dari debent actu calida. *Circà tempus*

Tempus

Si adſint impedimenta, hęc priùs remouenda ſunt, & ideò ſi materia in toto impediat vſum horum, priùs ipſum eſt euacuandum. Tandem, ſi totum ſit ſiccandum, aquæ thermales per xij. vel xv. dies date ſunt miri vſus, quæ & ſub forma lauacri vt dictum fuit, non improbantur.

Locus.

Sed præter aquas iſtas plura alia ex dictis per os dãtur vt iam patet.

Reſoluentium medicamentorum natura, & vſus perpenduntur.

Cap. XX.

Reſoluẽtia duplicia.

RESOLVENTIA medicamenta, 13. *Meth. c.* 16. *vocantur Diaphoretica*, in omni tumore ac omni-

ni materia conueniunt. Hancque in vapores reſolutam per meatus inconſpicuos educunt; ad differentiam ſiccentium, quæ etiam ſi eum non diſcutiant ex toto, partem tamen aliquam illius ebibunt, & partim ad loca vicina detrudunt, diſcutientia ergo, ſunt autem duorum generum. Alia enim ſunt clementia, alia valida, Priora ſunt, quæ vi caliditatis reſoluunt, ac duriciebus pręcipuè aduerſantur, communiterque emollientia dicuntur. *De his 5. ſimpl 8. 14. Meth c. 4. 2 ad Glau. 4. 5 ſimpl* 7. Talia ſunt fœnũ græcũ, melilotus, malua, althea, liquiritia, paſſulę dulces, ſemina lini, medullę, adipes, bdelium, ſtyrax, ammoniacum, galbanum, amygdalæ dulces ex quibus parantur medicamenta interna, ſub forma potus, pulueris, & pilularum. Parantur, & externa varia, illitiones, fomenta, vnguenta, emplaſtra, cerata, & Embrochę. Et quidem ſub forma emplaſtri habetur in officinis emplaſtrum de meliloto: lutum bitumine refertum, vt illud D. Bartholomei Patauij, ſub forma cerati Diachylon ſimplex, & cum gummis. Reſoluentia valida ſunt calida, & ſicca ac tenuum partium, 14. *Meth cap* 7. 1. *Local. ca.* 2. & hęc verè reſoluentia dici poſſunt. In his ſi de ſimplicibus ſermo fit, imprimis habentur Guaiacum, Saſſafras, China Salſa, Lignum iuniperi fraxini, & lentiſci, item, & ſalſa, ac China, etiamſi hęc tria poſtrema non verè reſoluentia ſint, ob defectum caloris ad reſoluendum apti, hic tamen recencẽtur, ob partium tenuitatem, ac ſiccitatem, vt mixta cùm verè reſoluentibus rationem ſaltem adiuuantis retineant, vt cumq; autem ex his omnibus, non decocta tantùm parari poſſunt, ſed pro ijs, etiam qui detineri domi, quaſi in carcerib. aut

Verè reſol mentia.

Sym̃plicia

nolunt, aut non poſſunt, ſyrupi, pulueres, extracta. In eorundem cenſu ſunt iris, enula, imperatoria, angelica odorata, ariſtolochia, radix cucumeris agreſtis, origanum, hyſſopus, pulegium, calamenthum, ſerpillum, ſchęnanthum, maiorana, aromata, coſtum, euphorbium, caſtoreum, ſynapi, & huiuſmodi: quę omnia, in decocta, pulueres, electuaria, rotulas, ſuccos, intrinſecus aſſumenda: in olea verò, emplaſtra, cerata, & ferè omnis formulę medicamenta exteriùs admouenda aptiſſimè concinnantur. Sed inter reſoluentia externa ſimplicia, quę tamen ad fomenta referri aliquo modo poſſunt, mira, pręcęteris, facultate ſunt, inter ea quidem, quę è plantis ſumũtur, Triticum; ex ijs verò, quę ab animalibus petuntur, tũ ventres ac omenta quorundam quadrupedum maximè caſtratorum: tùm animalia ipſa quędam, ſiue diſcerpa, & actu calentia impoſita, vt catuli, pulli, colũbi; ſiue exenterata, & circùm circà applicata, vi exenteratus mulus, vel mula. Nam, vt de cæteris nihil dicam, quod ea omnib. nota ſint, de tritici vi attractrice, mira narrat Galenus: 1 *Fac. nat. c.* 14 & ſcribit Plinius, *lib.* 22 *c.* 25. & Sext. Pomponiũ Prętorij viri patrẽ cũ horreis ſuis ventilandis pręſideret, correptũ dolore podagrico, merſiſſe ſe ſuper genua intriticũ, leuatũ què dolorib. mirabilem in modum: mulum verò exenteratum tantã attrahendi vim habere, & reſoluendi, experientia comprobatum eſt, vt etiam venena extrahere, & diſſipare valeat. Id quod, Patrum noſtrorum memoria, in Valentino Borgia, Aleſandri VI. Pontificis Max. filio, res ipſa docuit; qui mulo exenterato inclusus, aſſumpti veneni quamprimùm vim omnem ſuperauit. His addi poſſunt, Luta D. Hellenę

Patauij,

Patauij, & ſimilia; item furfures calefacti, ſal in furno toſtus, & calefactus: arena item tùm fluuiatilis, tùm marina calefacta, in qua olim hydropicos ſepeliri conſueuiſſe Galenus *9. Simpl tit. de medic. ex lapidibus & lib. de præcog. ad Poſthum. cap.* 8. teſtis eſt. Nec enim tantùm exiccant hęc, qua ratione ad exiccantia referri poſſunt; ſed attrahunt etiam, & reſoluunt, quo modo hùc ſpectant. Id quod vel ex vno Galeno probari poteſt, qui vim diſcuſſoriam non furfuribus tantùm, 2. *Local c.* 1. *in fine.* ſed ſali, 4. *Simpl.* 21. 11 *Simpli in fine.* etiam, & arenæ vſtis paſſim tribuit.

Cōpoſita.

Inter compoſita, quæ parata in officinis aſſeruantur, ſunt trochiſci de Rhabarbaro, de viperis, de ſcylla, hedychroi; electuaria Diatrionpipereon, Diacalamenthum, Diagalāga; Confectio anacardina, aurea Alexādrina, & magnæ antidoti; Vnguenta Artanitæ, Agrippę, Martiatum, Aragon; ceratum ex betonica, ſacrum, diapyrites.

Ad reſoluentia reducantur carminātia, et qua illa.

Præter hæc verò peculiaritèr quædam in reſoluentibus numerantur, quæ valent in materia flatuoſa, & carminantia dicuntur. Parantur verò ex aniſo, feniculo, cumino, dauco, aniſo, caruo, ruta, galanga, gingibere, pipere, cinamomo, & huiuſmodi. Ex compoſitis habetur decoctum carminatiuum vocatum à ſeplaſiarijs. *Rec autem ſem. aniſi, dauci, cymini fœniculi ā drach iij. Liquiritia vnc ſs. flor. chamæmel. M. s. paſſular. vnc ſs fiat decoctio in aqua ad tertias, & ſeruetur vſui.* Habentur etiā Trochiſci de aniſo, electuar. de baccis lauri, diacyminum, Diagalanga; aqua cinamomi, & caryopholiorum ſtillaticia, aqua ardens, exilir vitæ, oleum aniſorum, vel feniculi deſtillatum, emplaſtrum de baccis lauri. Circà compoſitionem medicamentorum reſoluentium notandum eſt, 5. *Simplic.* 7. 14. *Meth. cap.* 4. in materia ſicca, ſemper admiſcenda eſſe emollientia cum diſcutientibus, aliàs materia lapideſceret. Ampliùs, in materia calida vſurpanda ſunt, quæ clementiora ſunt, aut ſaltem valdè caſtigata.

Medicamenta reſoluentiæ, ut rectè cōponenda.

Doſis.

Emollientium.

Quantū attinet ad doſin, ſi de emollientibus agatur, non pōt ità oībus doſis aliqua certa conſtituiti, ſed ſufficere dēt illud generale documētū, qđ tā maiori læſionæ materiæ maior doſis, in minore minor vſurpāda ſit. Fortè in res hunc in modum per exempla tranſigi poterit. Pro potione igitur. *Rec. decocti paſſul. liquiritiæ vnc iiij mucilagin ſem maluæ ſem. lini an. vnc ſs. Syr. de liquirit vel de capill. Ven. vnc. i. M. & detur vna vice.* Puluis paratur ex althea, liquiritia cùm ſaccharo, & datur ad dr. ij. ex deco. paſſular. Cōficiuntur ēt pilulæ ex gūmis illis allatis, & dantur à ſcr. 1. ad ſcr. ij. Quoad externa fomēta, & balnea fiūt ex decocto emollientiū, adiectis pinguedinibus gallinę, anatis, anſeris, butyro oleo lilaceo, amygd. dulci, & ſem. lini in debita quantitate. Linimēta cōparantur ex oleis dictis, & pinguedinibus, ſucco maluarū, mucilagine altheæ, fænugræci, ſemin. lini, & paſſularum, ex quibus ēt concinnantur emplaſtra, adiecta farina fænugręci, & ſeminū lini.

Vere reſoluentium.

Quod ſi ſermo ſit de verè reſoluentibus, iā doſis decocti Guaiaci, Saſſafras, Salſæ, Chinæ, ligni Iuniperini, & fraxinei patebit ſuo loco. Eadē doſis aptatur iuri galli antiqui, vel columbi medicato cū ſimplicibus reſoluentibus, de quibus, & ipſis alibi. Electuaria dantur ad. dr. ij. Trochiſci ad dr. j. Sal Theriacale, quod & ipſum diſcutit, datur ad ſcr. j cum vnc. ſs. alicuius cōſeruæ, & ſi ex ſpeciebus electuariorū parādæ ſint rotulæ, illæ exhibētur ad vnc. ſs. Aqua ſtillaticia ci

nanomi ad vnc. i. oleũ aniſorũ ad ſc. 5 ſicut, & elixir vitæ in eadẽ doſi dãtur, vel per ſe, vel cum aqua aliqua ſtillatitia, aut iure pulli, vel vitulli. Doſis externorũ verè reſoluentium de ſe patet. *De modo agendi.* In materiæ reſiſtentia, ſeligenda ſunt ſolidiora, & quæcunque validùs agunt, ſicuti in genere externorum eſt embrocha. Nam ex verè reſoluentibus parantur, non tantùm medicamenta interna, de quibus iam, eſt actum: ſed externa quoque, ſub quacũque forma. Fomentum etenim, & inſeſſus, parantur ex decocto reſoluentium ſimplicium, ex oleo chamæmelino, anethino, liliaceo, rutaceo, irino, laurino, coſtino, & huiuſmodi alijs. Ex quibus oleis, cum pulueribus eorundem ſimplicium, adiecta cera, vnguenta fiunt: adiectis verò farinis, erui, lupinorum, lolij emplaſtra. Sed, & embrochæ conficiuntur ex decoctis, & oleis commemoratis. Cerata ex his ſimplicibus parata tenentur in officinis, vt eſt ſacrum, diapyrites, diachylon magnum cum guminis, de betonica. Porrò omnes potiones reſoluentes tùm mitiores, tùm validiores calidæ conueniunt. *Circà tempus.* Vſus, reſoluentium ſupponit totius, & partis euacuationem, atque vacuum ventriculum, ſiuè fuerint interna, ſiuè externa. Suntq; euoſquè repetenda huius generis medicamenta, quouſquè medicus diiudicat opportunum. *Quoad locum,* non ſolùm per os, & extra reſoluentia vſurpantur, verùm etiam per clyſteres iniecta. Vſurpantur per os, ſiue materia diſcutienda ſit in toto, ſiue in parte. Vſurpantur extrà, ſi ſit in parte, & aliquo etiam modo in toto. Hinc Galenus ſolebat melle cocto totum obtinere. Iniecta verò adhibentur, ſi ſubſiſtat in inteſtinis,

Modus exhibendi reſoluētia

Tempus.

Locus.

Agitur de medicamentis alterantibus Cap. XXI.

Alterantia 3 *Simpl. c. 4.* medicamenta, ad contrarias corrigendas intemperies referuntur. Vt igitur intemperies ſimplices quatuor ſunt; calida, frigida, humida, & ſicca: ita, & alterantium quatuor ſunt genera, ſuum ſcilicet vnicuiquè intemperiei alterans contrarium, calidæ frigidum, frigidæ calidum.

Alterãtia intemperiem calidam, ſeu refrigerãtia.

Quæ intẽperiem calidam. *De his 11. Meth. 9. 14. Meth. c. 3 & in lib. ſimplic. paſſim.* alterant, ſunt, ex ſimplicibus, hordeum, roſæ, cichoracea, acetoſa, acidum citri, & limonis, & arranciorum, granata, cydonia, myrtus, gallæ, ſpodium, terra ſigillata, bolus armenus, carabe, margaritæ, ſantali, plantago, portulaca, viola, lactuca, acetum, & in maximo feruore, pauper etiam, & aqua frigida. Quoad compoſita, præterea, quæ ex tempore ex his, quæ dicta ſunt, comparantur, non pauca in officinis habentur parata. Sunt autem Syrupi, aquæ ſtillaticiæ, & conſeruæ, vti roſar. flor. cichor. violarum, nenupharis; Item electuaria, vt Diatrion ſantalon, diamargarit. frigid. Item Trochiſci de camphora, de ſpodio, de terra ſigillata, de carabe, quorum omnium doſis ex dictis patet. Cæterùm his omnibus, ego addo, etiam alia, & imprimis decoctum ſandalorum cum coriandris præparatis correctum, & ad plures dies datum, quod præcipuè i ſcabie humida prurigniosa valet, de cuius compoſitione infra ſect. iij. deinde addo ſerum vaccinum, vel caprinum, quod poteſt tùm depurari, tùm deſtillari. Depuratur cum albumine oui, & aceto, vel ſucco limonis, aut arancij, quibus omnibus modis indifferentèr vſurpatur. Deſtillatur per balneum

Intrinſeca.

Ma-

Mariæ, pro affectibus maximè renum, & veſicę. Vt ſic enim magis penetrat.

Doſis.

Doſis illius vulgò eſt ad lib. i. ſs. Poteſt tamen nihilominùs, ſi ipsũ penetrare magis, ac magis voluerimus, dari ad lib. iij. Vt magis vigoretur, admiſcetur ſuccus endiuię, vel cichorei, vel acetoſæ, vel limonis ad vnc. iij. Pręter ſerum hoc, eſt & lac: de cuius electione, & vſu agetur in intemperie ſicca.

Thermarum frigidarum.

Præter lac ſunt thermæ frigidæ, vti Porrectanæ veteres, Lucenſes, Calderianæ, Ficoncellenſes, & Aqua B. Virginis Patauij, quæ exhibentur à lib. 5 ad lib. xii. & vt facilius penetrent, indigent admiſtione ſacchari, vt pro ſingulo poculo addatur cochleare vnũ pulueris ſacchari.

Doſis aquæ frigidæ, & quando cõueniat.

De frigida aqua, illud notandum, eam non conuenire, niſi virtus ſit 11. *Meth. c.* 9. robuſta, & ſecundum totum, & ſecundum partes. Conceditur autem quandoquè illius tanta quantitas, quantam quiſquè bibere poteſt, 9. *Meth.* 8. & 10. *Meth.* 5. aliquando libræ tres: tutiùs tamen aget, qui loco illius ſubſtituet aquam hordei aquam cucurbitæ, cucumeris, & anguriæ ſtillaticam. Sed hæc intrinſeca ſunt, præter quæ, ex prædictis ſimplicibus, componuntur ex tempore externa etiam, idq; ſub varijs formulis: quorum omnium doſis ſemper reſpondere debet ipſius intemperiei læſioni.

Refrigerantia extrinſeca.

Et ſi quis quærat, an in officinis aliqua teneantur parata: ei reſpondeo, teneri. Sunt enim olea roſarum, violarum, cydoniorum, myrtillorum, nenupharis: ſunt, & vnguenta, vti roſatum, ſantalinum, cuius etiam ſpecies paratæ habentur eſſet ninupharinum, ac Gal. infrigidans vocatum. Sed, vt dixi, ex tempore plura parari poſſunt. Fiunt enim balnea ex thermis, ac aqua dulci tepida. Pro compoſitione emplaſtrorum, habetur farina hordei, quæ cum oleis, pulueribus; ac ſuccis permiſceri poteſt, ex quibus iiſdem cùm cera concinnantur vnguenta, circà quæ illud ſemper notandum, vt, pro illorum compoſitione, cera cùm aceto ad penetrationẽ abluatur. Stillicidia, & cerata communiter non parantur à medicis: quoniam forſan non ità benè refrigerarent, vt eſt opus.

Modus exhibendi refrigerantia.

Quoad modum agendi, ſi materiæ aderit reſiſtentia, & intra, & extrà vſurpabuntur ſolida medicamenta, & in maxima reſiſtentia, actu frigida.

Tempus.

De tempore Adhibebuntur tunc, vbi præſens eſt intemperies, & abeſt prohibens, videlicet materia in toto, non in parte. Repetentur autem tamdiù dùm intemperies annihiletur.

Locus.

Circà locum, non ſolùm aſſumpta, & appoſita conueniunt refrigerantia, verùm etiam, & iniecta manum per clyſteres.

Clyſteres refrigerantes.

Parantur autem clyſteres refrigerantes ex ſero lactis aqua, & ſucco hordei, decocto maluarum, & in maximo feruore, lactucæ, & papaueris albi, adiecto oleo roſac. vel violato, ſucco lactucę, cucumeris, & cucurbitæ. Aetius parabat ex priſana, oleo violato, & ouis.

Alterantia intemperiem frigidã, ſeu calefaciẽtia.

In intemperiè frigida conueniunt calefacentia. Talia ſunt diſcutientia omnia ſuperius c. 20. propoſita. Circa quæ tamen illud ſciendum, à mitioribus ſemper exordiri oportere, ne magis, quàm par ſit, exiccemus. His tamen non conferentibus, deueniri poteſt ad fortiora. *Vide de calidis Gal. c. 5. Simplic. 27. 2. Simplic. & paſſim.* Inter mitiora, ſi de internis ſermo ſit, erunt conſeruæ ſaluiæ, betonicæ, anthos, atquè etiam aquæ decocta, & Syrupi ex eiſdem, & prætereà ex menta, abſynthio, & huiuſmodi parata. Aromaticum etiam roſatum moderatè calefacit, ſicut, & Diarhodõ Abbatis.

Fortiora.

Fortiora ſunt, quæ calidioribus conſtant, vt radix gingbieris condita, nux muſca-

ſcata condita: aromaticum cario-phylatum, lætificans Almanſoris, cõfectio Alkermes, Diamuſcum dulce, & amarũ: trochiſci clypeos de abſynthio, de caparribus, de roſis, de Euphatorio. Electuarium Diacurcuma, Dialaca: Ius galli, vel columbi medicatum cum diſcutientibus, (quæ iura, quomodo paranda ſint, vide ad longum in appendice) tandem, & thermæ calidæ, vti ſunt Tetutianę, Beati Bartholomęi Patauij, Porrectanæ nouæ Capherionanę nunc de nouo ad vſum perductæ &c. Aquariæ. *Doſis horum* medicamentorum, pro maiori parte, patet ex dictis. In qua enim doſi dẽtur Syrupi, decocta, conſeruæ, electuaria, trochiſci, & aquæ thermales, iam dictum eſt. De quibus tamẽ aquis noto, quòd, vt à corpore excernantur, neceſſe eſt aliquando illis immiſceri modicum ſalis, aut etiam vnc. iij vel iiij. mellis roſati ſoluentis. Doſis verò iuris galli, & colũbi eſt eadem cum doſi decocti Guaiaci, & Chinæ, qua de re ſuo loco.

Doſis refrigerantium.

Refrigerantia externa.

Quantum attinet ad medicamenta externa, ſciendum omnes formulas medicamentorum conuenire in intemperiè frigida pro quibus parandis, in officinis habentur varia olea, ſicuti ſunt, quæ ex chamæmelo, anetho, & alijs calefacientibus conſtãt, vt dictum eſt in ſerie reſoluentium. Habentur etiam in ijſdem ſimplicia, ex quibus conficiuntur decocta, pro inſeſſibus, & balneis, & ebrochis, quę parari etiam poſſunt ex aquis thermalibus. Omenta animalium calefacta in oleis accommodatis, & appoſita mirum in modũ hoc in caſu valent: ſicut etiam oleum Magni Ducis Hetruriæ, balſamum naturale, ac alia innumera; quæ non propono, quoniam, vbi de reſoluentibus agebamus, pleraque tacta fuere. *Quoad modo agendi* in materia contumaciore, quæ ſunt valentiora, vſurpentur. Talia autem erunt ſolidiora, & quæ exterius ſub forma embrochæ adhibentur. Omnia autem actu calida, ſi licebit adminiſtrentur, quantum fieri poteſt, vitentur rotulæ, quoniam pro maiori parte parantur ex acribus, quæ guſtui ſunt ingrata, ac nimis mordent.

Modus exhibendi refrigerantia.

Tempus & locus.

De Tempore, & loco, nihil dicendum eſt, præter ea quæ dicta ſunt de refrigerantibus; tantùm noto calefacientes clyſteres parari ex decocto herbarum calefacientium, vt betæ, mercurialis, anthei, chamæmeli, betonicæ, ac ſimilium, & ex oleo chamæmelino, anethino, irino. Imò Galenus parabat tales clyſteres ex ſolo oleo rutaceo.

Clyſteres calefaciẽtes.

Alterãtia intemperiem ſiccã.

Quę ſiccam intemperiem reſpiciunt, ea fiunt ex pomis, & paſſulis dulcibus, ex borragine, bulgoſſo maluis, violis, liquiritia, althea, adipibus, medullis, oleo communi, aqua dulci, vino dulci, ex amygdalis dulcibus, & pręter hęc, ex lacte. Omne enim genus lactis humeat 1. *de Sanit. Tuen. 7. 2. de alim fac. cap. 15. 10. Meth. 11.* ſubſtantificè, atquè etiam impinguat, quòd puto ego humanũ maximè pręſtare, nec non etiam caprillum, & ouillum, tanquam magis terreum, & craſſum. Si tamen pręter humectationem, in eius electione, volumus reſpicere ad familiaritatem, & conuenientiam, humanum magis conueniet: ſi ad deterſionem, aſiniuum, & vaccinum: ſi ad aliqualem craſſefactionem, ouillum inter quę duo poſtrema genera lactis medium eſt caprinum. Sed ad lactis naturam, & vſum, quæ pertinent, de ijs accuratè & diligentèr in appendice *cap. 1.* Quoad reliqua Doſis eorum varia eſt, pro varietate lęſionis intemperiei, & pro varietate etiã formularum, Syrupi enim, & conſeruę, quę parantur ex bor-

Lac omne humectat ſubſtantificè.

Doſis humectantium.

ragine, bugloſſo, malua, & violis habent doſin. quæ ſuperiùs fuit propoſita, vt non ſit opus eam repetere. Ex amigdalis paratur oleum, cuius doſis aſcendit ad lib ſs. Olea, alia, ſucci, mucilagines, pulueres, quæ ex prædictis ſimplicibus fiunt, non habent aliquam certam doſin, quantùm attinet ad vſum: quantum verò ad compoſitionem, quæ debeat eſſe doſis vniuscuiuſquè ſimplicis, facilè eſt ex dictis de reprimentibus intelligere. Illud tamen ſciendũ, poſſè componi ex ijs, quodlibet genus medicamenti externi: ideò, & linimenta, & vnguenta, & fomenta conuenire, ſicut, & cataplaſmata ex pomis dulcibus coctis, farina hordei, paſſulis, caſſia cum oleis ex violis, & amygdalis dulcibus, ac pinguedinibus, nec non vino dulci. Quin, & omenta animalium plurimùm valēt, ſicut, & 10. *Meth* 10 & 11. *Meth.* 20. balneum, & embrocha ex aqua dulci (de quibus ſuo loco *in appendic. cap. vlt.*) oleo communi, & vino dulci, quibus admiſcenda ſunt aliqua adſtringentia, vt maſtiche, nuces cupreſſi, ne ſubſtantia calidi innati diſſipetur. *De mod. exibendi.* Omnia hæc medicamenta tepida, & moderatè calida ſunt danda, & adhibenda in ea forma, quæ reſpondeat reſiſtentiæ materiæ. *Quoad quando agendum,* omnia humectantia, ieiunio vẽtriculo vſurpanda ſunt. *Circà vbi agendum,* ea non ſolum per os, & extra, ſed etiam in anum iniecta conueniunt.

Externa humectãtia.

Modus exhibendi

Quando & vbi agendum.

Reſtat intemperies humida, in qua conueniunt medicamenta exiccantia. Nihil autem refert, refrigerent an calefaciant, adeoquè licet quandoq; refrigerantia ſiccantia, vel ſiccantia calefacientia per ſe, aliquando verò ſimul mixta vſurpare. Quæ autem ſiccant, ac refrigerãt, ſuperius fuere propoſita, dum de repellentibus habitus eſt ſermo, quem admodum, & quę ſiccant, ac calefaciunt, vbi de ſiccantibus, & diſcutientibus, quibus ex locis vſus etiam eorum petendus eſt. Illud ſolùm hic in memoria habendum eſt, nihil reperiri quod vſquè ad eo valentèr ſiccet, ſicut thærmæ: item in genere ſiccantium calefacientium, poſſe quoquè reponi medicamenta facta ex nuce cupreſſi, maſtiche, agrimonio, & betonica.

Alterantia intemperiẽ humidam.

Inter ſiccãtia praſtantiſsimẽ Thermæ.

De Alexipharmacis.
Cap. XXII.

ALexipharmaca, Bezoratica Arabibus, Græcis etiam 6 *in.* 6. *Epid com.* 5. 1. *de Sem. c.* 16. & 5. 5. *Simpl. c* 16. Alixiteria, & Theriaca dicuntur: hoc tamen diſcrimine, vt Alexipharmacorum nomine, deſignentur ea, quæ venenis aſſumptis ſuccurunt; Alexiteriorum, & Theriacorum illa, quæ ictibus venenatis medentur, 5. *Simpl. cap.* 17 quanquàm non deſunt, qui velint Alexipharmaci nomen accommodari ijs, quæ in communi reſpiciunt venena: alexiterij autem illis, quæ certis tantummodò auxilio ſunt. Sed Galeni ſententia eſt, quàm diximus. Porrò tolluntur venena ab his medicamentis, 5. *Simpl. cap.* 18. vel euacuando, vel alterando. Quæ euacuant, ea vel per attractionem euacuant, vel per diſſipationem, & rurſus quæ per attractionem, id agunt, aut ratione caloris, aut proprietate ſubſtantiæ. Quæ alterant, ea, & ipſa duplicia ſunt; quemadmodum venena, quibus occurrunt. Vt enim venena, aut 5. *Simpl. cap* 19. tota ſubſtantia pernicioſa ſunt, aut qualitate manifeſta: ità ēt quæ alterãt venena, alia ijs opponũtur, q̃ nocēt qualitatẽ manifeſta, & hæc rõne inueſtigari

Alexipharmacorum nomina, & eorum diſcrimina.

Alexipharmaca quotuplicia.

13. *Me-*

13. *Meth c.* 6. poſſunt: alia ijs, quæ ſubſtantia infeſtant, & hæc veteribus cæca *ibid.* dicta ſunt, aguntquè à tota ſubſtantia 6. *in* 6. *Epid. com.* 5. Licet verò hæc omnia Alexipharmacorum nomine comprehendantur; 5. *Simpl. c.* 19. tamen ijs maximè hoc nomen conuenit, quæ à qualitate occulta, venena vel euacuant, vel alterant, de quibus etiam ſolis nobis in præſenti ſermo eſt. De aiijs enim ſatis ſuis locis dictum eſt.

Alexipharmacũ propriè dictũ quid?

Hæc verò Alexipharmaca, ſiue Bezoratica, definiuntur ab Auicena *Li.* 2. *Fen.* 1. *c.* 4 his verbis *Albezoar eſt remedium, quod pro ſua proprietate, conſeruat ſanitatem, & virtutem ſpiritus, vt veneni noxam á ſe expellat*. Ex qua definitione colligitur, Bezoraticum ſeù Alexipharmacum, habere proprietatem ſimilem corpori humano, & ità venenum extirpare nõ per ſe, & immediatè, quia ſcilicet agat in venenum; ſed quaſi per accidens, quia ſcilicet agit in corpus humanum, & illud per ſimilẽ proprietatem immutat, & roborat, vt veneno expellendo queat ſufficere.

Alexipharmacũ quomodo venenũ extirpet.

Eſt tamen omninò hæc proprietas Alexipharmaci, multò maioris, quàm proprietas corporis, cui ſimilis eſt, actiuitatis. Atquè ad hanc actiuitatem reſpiciens Ga. dicebat 6. *Simpl. c.* 18. Alexipharmaca mediam quandam obtinere naturam, inter corpus humanum, & venenum. Ob hanc enim ſuam actiuitatem, niſi rectè administrentur, non ſecùs ac à veneno, corpus ab ijs læditur, quemadmodum ſi rectè vſurpentur, ab ijſdẽ corroboratur, & mirificè iuuatur. Imò eadem hac ratione aiebat *ibid.* Gal. eſſe media inter venenum, & medicamentum. Vt enim venenum interficit, medicamentum iuuat; ità Alexipharmacum, rectè adminiſtratum prodeſt; non rectè, ſed in maiori doſi adhibitum, interimit.

Quomodo Alexipharmacũ ſit medium inter corpus humanũ, & venenum.

Porrò Alexipharmaca hæc, tametſi, vt dictum eſt, agunt qualitate occulta; nihilominùs tamen eadem iunctam ſibi habent qualitatem manifeſtam, quæ varia eligitur, pro varietate tẽperamenti, ætatis, aeris, & morbi. Sed cum qualitas hæc manifeſta ſit tùm caliditas, tùm frigiditas, illud ſciendum de his, quæ caliditate referta ſunt, ſemper ijs admiſcenda eſſe moderatè adſtringentia; vt diſſipatio calidi innati ꝓhibeatur. Quo ſanè modo correcta, poſſunt ea in naturis quoquè calidis conuenire.

Alexipharmaca calida.

Ceterùm in Alexipharmacis hęc numerantur. *Calida* in genere ſimplicium habentur pimpinella, calendula, ſcordium, galega, ſemina citri, angelica, tormentilla, myrrhis, ſcorzonera, & Diptamus Creticus, quibus addẽdi ſunt flores citri, limonis, moſcus, ambra, benzonium: ex quibus omnibus parari poſſunt, in rem præſentem, pulueres, ſyrupi, decocta, ſucci, aquæ ſtillaticiæ, & conſeruæ.

Simplicia.

Compoſita ſunt, conſeruę capitales conſerua ſcordij, & quod fit ex partibus æqualibus rutæ, nucum, & caricarum, adiecto modico ſalis. Hùc referuntur Triphera Perſica, Diamargariton calidum, Diambra, Confectio Alchermes, Diamoſcũ dulce, & amarum, Antidotus ex ſanguinibus Galeni, Confectio de gemmis, antidoti magnę, Aquæ ſtillatitiæ ex his paratæ, & deniquè antidotus Mathioli contrà venena.

Cõpoſita.

In frigidis, quantum ad ſimplicia, recenſentur ſonchus, acetoſa, acidum citri, & limonis, aurũ, corrallium, ſantali, fragmenta precioſa (quæ ſunt quinquè, ſaphyri, granatæ, lapidis ſardinij corneolæ dicti, hyacinti, & ſmaragdi) margarita, os de corde cerui, cerui cornu, Vnicornu, bolus armenus lutei coloris, terra tùm ſigillata, tùm Samia, & lapis Bezoar.

Alexiph. frigida.

Simplicia.

In genere compoſitorum ſunt Diamargarit frigi-

Cõpoſita.

gidum, Torchiſci de campora, puluis cordialis pro cibo, & pro epitemate, conſeruæ roſarum, violarum, acidi citri, maximè verò aquæ ſtillaticiæ, quæ in tractatione febrium peſtilẽtium ad febres eaſdem æſtuoſas profligandas deſcribitur. *Alexipharmaca temperata*, ſunt; & ipſa varia, Inter cætera conueniunt medicamenta ex quinquè folio, confectio de hyacinto, conſerua borrag. & bugloſs. Conueniunt, & aquæ ſtillaticiæ cordiales, de quarum præparatione aliàs. Nimirum in primo tomo mearum conſultationũ, iã excuſſarum, egi. Præter hæc medicamenta Alexipharmaca iam propoſita, reperiuntur, & quædam alia, quæ faciunt tantùm pro parandis medicamentis externis. Ex his in genere calidorum ſunt vinum Aromaticum, oleum flor. citri Iaſminum, ol. cariophyll. oleum de ſcorpionibus ex deſcriptione Matthioli, ol. Magni Ducis Herruriæ contrà venena. Frigida verò habentur ol. violac. & roſac. vnguentum ſantalinum, roſatum, nenupharinum, item, & acetum roſ. camphora.

Alexipharmaca temperata.

Alexiph. externa.

Doſis Alexipharmacorum.

Quoad rectum vſum circà *doſin* Alexipharmacorũ in genere id ſciẽdum eſt ſemper in minori doſi adminiſtranda eſſe, cum offerentur corporibus ſanis, in maiori cum venenatis; ità tamen, quemadmodum dictum eſt, vt ne ab eorum actiuitate corpus læditur *In ſpecie* verò, doſis aſſumendorum pro maiori parte patet ex dictis, quandoquidem in præcedentibus, ſæpè dictum fuit, quænam ſit doſis Syruporum, decoctorum, puluerum conſeruarum, electuariorum. Ex ijs quæ peculiarem habent doſin, Lapis Bezoar datur ad gr. vi vel x. ex aqua flor. citri, vel aranciorum, vel ex aq. roſ. vel ſcorcioneræ, & modico vin ſecundum aliquos, item cum acido citri, aut limonis. Terra ſigillata, quę ex oriente, & quibuſdam locis Belgij difertur, exhibetur quemadmodum, & hyacinthus, ad gr. x. eodem modo quo lapis Bezoar, quamuis vbi nullus adeſt feruor, ea dari etiam poſſunt ex vino odorato, & terra ſigillata ad ſcr. i. vel ii. Margaritę, ſicut, & bolus armen. aſcendunt ad ſcr. i. vel alterum pariter. Antidoti magnę dantur ad drach. i. Aquę ſtillaticię ex arte compoſitę ad vnc. j. *De modo* Solida vſurpantur tùm intra, tùm extrà, in maiori materiæ reſiſtentia, & in genere internorum, quęcunq; refrigerant poteſtate, eadem actu frigida vſurpantur. Quantum verò ad externa attinet, calida aut ſaltẽ tepida adhibentur. *Circà quando agendum* exhibetur hęc, atquè etiam applicantur, vbi pręſens eſt qualitas venenata, quinq; horis ad plùs, vna verò ad minùs antè cibum, pro ut magis ſunt, aut minùs medicamẽtoſa. Theriaca tamen ſemper quinquè horis ante cibum datur, cauendo tamen ab illa in pueris, ſenibus, & viribus languidis, *De loco*. Patet iã ex dictis, conuenire alexipharmaca non ſolùm interiùs, verùm etiam, & exteriùs. Quoniam verò hęc potiſſimum gratia cordis adminiſtrantur, ideò regioni illius adhiberi pręcipuè debent. Dico pręcipuè, quia naribus etiam admota ſępius odorata, idem cor poſſunt adiuuare. *Pro corde igitur parantur* Epithemata, inunctiones, & ſacculi quorum hę poſſunt eſſe formulę. In affectu frigido pro Epithemate. *Rec. aqu ſalmia, roris marini, meliſſæ menta an lib. I. ſaſſafras minutũ inciſi drach. ij. flor. anthos ſaluiæ, cortic citri an. P. I. Bulliant vnica ebulitione, & fiat colatura cũ forti expreſſione, deindè adde ſpec. calid. cordial pro epithem. drac. ſ. vel ß patiens fuerit diues ſpec diãbra drac. ij. croci ſubtilis. puluer ſcr. 5. Vini mal uas.*

Modus exibendi alexipharmaca.

Tempus.

Locus.

Exempla formularum pro corde calidarum.

Epitemata.

uat. unc. iij aceti roſ. unc. ij. M. & cum petijs lineijs, madefactis in hoc liquore calido, foueatur regio cordis, quæ eſt ſub mamma ſiniſtra. Loco autem petiarum linearũ poteſt ſubſtitui, pannus purpureus ſericus, aut laneus. Pro ſacculo. *Rec. Mythrid. diptam cret. card. benedicti an P i Zedoariæ torment. cortic. citr. an drach. ij. radicis ſaſſafras drac. I. ligni aloes ſcr. I. flor. capital. an. P. ſs moſch. ambræ gr. vi. Contundantur omnea, & conſuantur in ſacculo ſerico.* Inunctio *Rec. ol. flor citri. unc i gall moſcat gr vi cùm cera lota in vino aromatico f. Vnguen. vel ſine cera cùm ſucco citri, vel limonum per modum linimẽti adhibeatur.* Cõuenit etiam pro inunctione Theriaca, cùm modicò croci, liquata in vino, vel aceto. In affectu calido epithema ſic paratur. *Rec aq roſ. acetoſ. an lib ij. flor. violar. roſar. quinque fol. an. P. I. Bulliant vnica ebullit. & f. colatura, adde ſpec. cord pro epith. frigido unc ʒ. camphoræ gr. vi. ſucci limonum unc i. ſs. vini maluat. acet. roſ. an. un. ij M.* adhibeatur modo ſupra dicto. Pro ſacculo. *Rec fol arancij citri, limonis, acetoſæ an. M. i. flor. violar. roſar. an. P i Santalor. omn. an. ſcr i camphoræ gr. x. M. & f ſacculus.* Pro vnguẽto probatur ſantalinũ roſatum Galeni locum, cum ſucco limon & aceto. Ex his verò omnibus, in affectu, nec in calore, nec in frigiditate excedente, poſſunt componi medicamenta facultatis mixtæ. *Inter ea quæ naribus* admouẽtur sũt pilæ manibus geſtandę, & odoramẽta aquea. Pila anni tempore frigido talis concinnabitur. *Rec nuc moſcat. mac. cariophyll ligni aloes, ſtyracij, calam. an ſcr. i benzoini ſcr. ſs moſchi gr. vij. ambræ gr. iij laudani dr iij & cum mucilag. tragacanthæ nutritæ in aqua cina omi f pila* In tempore calido. *Rec flor citr limonis arancij nymph. roſat. violar. baccar. myrti an ſcr ſs. Santalorum omn an. ſcr. i. Cortic. citri dra. i. ſs. ambræ gr. v. & cum mucilagine tragacanth. nutritæ in aq. roſ. & aceto f. pila.* Odoramenta aquea, fiunt ex aquis ſuperiùs commemoratis, quibus immixti ſint pulueres iam dicti. Ponuntur enim in phiala vitrea anguſtioris foraminis, & hęc ipſa naribus ſæpius admouẽtur.

Sacculi.

Innunctiones.

Exempla formularum pro corde frigidarum.

Exempla formularum pro naribus.

De deriuantibus, reuellentibus repellentibus, & intercipientibus gratia motus materiæ morbificæ, de expellentibus, impellentibus, & attrahentibus ratione quietis eiuſdem materiæ. Cap. XVIII.

INter medicamenta, quæ debentur cauſæ morbificæ, ea reſtant ſolum, quæ fluenti, & quieſcenti materiæ competunt. fluenti quidem adaptantur deriuantia, reuellentia, repellentia, & intercipientia. Sed deriuantia ſunt, quæ per nares, & palatum e.g. euacuant gratia capitis, de quibus ſuprà vbi de errhenis, & maſticatorijs egimus, reuulſoria autem ſunt vti medicamenta, quæ per aluũ euacuant, ſiue ſuperiùs aſſumuntur, ſiue inferiùs ſubdantur, quę pariter ſuperiùs ſunt propoſita, quo pertinent aliquo modo reſoluentia tradita, atquè attrahentia nunc proponenda parti oppoſitæ, & remotæ à parte fluxione tentata applicita, ſubſequuntur repellentia de quibus ſuperiùs iam habitus c. 18. eſt ſermo, in ſerie euacuantium materiam iam fluxam, dictumque repellentia adſtrictione ſua exprimere materiam, in aliqua parte contentam, atquè eadem adſtrictione partem denſando, eſſe in cauſa, vt materia fluens retropellatur. Quare in præſenti nihil aliud de his erit dicẽdum, niſi quod hæc ipſa exteriùs tãtùm applicantur, non autem aſſumuntur (loquor de repellentibus

Repellentia tantũ exteriùs cõueniũt.

ma-

materiam fluentem.

Intercipiẽtia, quæ, et quotuplicia.

Intercipientia ſunt, quæ materiam craſſefaciunt, *Vide de his libro quinto Simpl. 20. & 23.* ac veluti immobilem reddunt. Horum alia id agunt ſine ſtupore, alia verò cũ ſtupore.

Craſſefacientia ſine lentore

Quæ ſine ſtupore, id præſtant, vel cum lentore, vel ſine lentore. Sine lentore craſſefaciunt, quæ parantur ex roſis, myrto, gallis, ſantalis, malicorio, ſumach, coralijs, cornu cerui, ſpodio, meſpilis, ſorbis, moris immaturis, & omnibus acerbis. Parantur verò ex his varia medicamenta, è quibus aliqua in officinis habentur, vt Syrup. de roſis ſiccis, de myrto: confectio ex tribus ſantalis; trochiſci de ſpodio, conſeruæ ex ſorbis, ex cornis; item pulueres ex omnibus ferè propoſitis.

Craſſefacientia cũ lentore.

Cum lentore craſſefaciunt, de his 13. Meth capit 22. quæ parantur ex Symphyto, plantagine, portulaca, gummi Tragacantha, & arabico, maſtiche, manna thuris, cortice pini, bolo armeno, terra ſigillata, carabe, albumine oni, farina triticea, pedibus vituli. Quare hùc faciunt Syrup. de plantagine, de portnlaca, trochiſci de terra ſigillata, de carabe ſine opio, atquè pulueres parati ex iiſdem.

Craſſefacientia cũ ſtupore.

Cum ſtupore craſſefaciunt, De his quinto Simplic 19 ſeptimo Loc. cap quinto, 12. Meth. cap. primo, quæ ex papauere, opio, mandragora, & hyoſcyamo fiunt. Seruantur autem ex hi ſin officinis Syrup. ex papauere, qui cum aqua lactucæ datur, Philonium Romanum, Triphera magna cum opio, Requies Nicolai, Theriaca recens, Diaſpermaton Galeni, Piluiæ de cynogloſſa. Verùm hæc, de quibus hactenus ad medicamenta intrinſeca pertinent. Pro externis habentur olea, vnguenta, cataplaſmata, atque alia ſimilia in officinis parata, qualia ſunt emplaſtrũ, quod de cruſta panis dicitur, item vnguentum Comitiſſæ, atquè de corticibus caſtanearum Montagnanæ, prȩter illa omnia, quæ in ſerie repellentium ſuprà propoſuimus.

Doſis intercipientium.

Doſis ferè ex dictis patet. In id enim ſemper eſt incumbendum, vt in maiori læſione, maior etiam doſis vſurpetur. Id ſolùm notetur, vt electuaria opiata non tranſcendant drach. j Diaſpermaton Galeni ſcr. ij. Pilulæ de cynogloſſa gr. viij.

Tempus dandi.

Quoad tempus, hęc omnia vſurpanda ſunt, vbi materiã mouetur, & fluit. Vnde ſi ijs vtendum ſit in catharo, ſolùm hora ſomni dantur, quoniam tunc materia mouetur. Conueniunt item ieiuno ventriculo.

Modus.

De modo dandi. A ſummè frigidis abſtinendum in materia craſſa. Quinimò, nulla ferè incraſſantia, in ſimili materia habent locum In materiæ, quæ incraſſari debet, contumacia, non debet recedi à ſolidis

Locus.

Circà locum non per os, & extrà tãtùm adhibita, verùm etiam & per anum iniecta probantur, ſicuti in morbis inteſtinorum à fluxione ortis.

Medicamẽta materiæ quieſcentis.

Expellentia.

Medicamenta mouentia materiam quieſcentem. ſed ſtantem euacuant eam, vel ſenſibilitèr, vel inſenſibilitèr. Si ſenſibilitèr, ſunt expellẽtia, quæ materiam euacuant per partes vicinas, de quibus ſupra egimus. *li. 2. 16. 17.* & hùc referuntur quæcũque alia euacuantia ſimilis cenſus.

Impellentia.

Attrahentia.

At ſi inſenſibilitèr euacuant, tùm impellentia, tũ Attrahentia occurrũt, impellẽtia ſunt propoſita ſuperiùs: de attrahentibus nunc agendũ, quæ repellentibus opponũtur. Nã ſicuti hæc ſanguinem ſpiritum, ac calorem ad partes penitiores repellunt, ita illa ex alto eadem euocant.

Attrahentia quotuplicia.

Attrahentium verò triplex eſt ordo, nam quædam calore, alia in vacui, nonnulla

Attrahentia calore per ſe, & citra ruborem.

nulla ſimilitudine ſubſtantię attrahunt; & quæ calore vel per ſe, vel ex accidenti id agunt, per ſe vero in ſecundo, aut tertio gradu, quibus ſi addatur ſiccitas, ac partium tenuitas, efficacius agunt, ea adhibita differentia, quod calida in tertio gradu non modo attrahunt, ſed etiam reſoluunt: & quæ vltra hunc tertium gradum calida attrahunt ſimul rubrificant, imò bullas, vexicaſque excitant, & medio dolore quoquè agunt: quæ igitur citrà ruborem, & ampullas attrahunt ſunt hæc; nimirum omenta veruecum, vitulorum: & ſuum ex animali nuper mactato excerpta; & antequam ſuum de perdant calorē adhibita; alias calefacta in aliquo oleo dolorem quidem viſciditate, & emplaſticitate quadam, necnon ex oleo illo facultatem anodinam nacta demulciunt, non tamen attrahunt; præter omenta, ſunt Propilis, Anagalis flore purpureo, Anemone, vtraquè Ariſtolochia, Raphanus Calamintha, Arthanita radix arundinis cum melle ſagapenum, pix naualis, viſcum, reſina ſtrobilina, adeps vrſi, atquè leonis pyrethrum caſtorium, & ſtercus caprarum, imò in officinis aſſeruantur emplaſtrum de melliloto cùm pyrethro vigoratum emplaſtrum de baccis lauri, ceratum diachilon magnum, cum gummis, & ſacrum, oleum irinum, laurinum, de cherica, & de caſtorio, de euſorbio; ac tandem aqua ardens. Attrahentia rubificantia parantur ex thitimali, ranunculo, flamula Iouis, ſygillo Beatę Virginis, vrtica, tapſa, ſylla cruda, ſynapi, iberide cum pinguedine ſuilla ſalita, euforbio, & ſulfure veſicantia ex cantharidibus, ac alijs in tractatu materiarum chirurgicarum propoſitis componuntur.

Vſus medicam. propoſitorum penes formulas.

Vſus horum omnium indè patet, quòd variæ formulæ ex omnibus paretur, præcipuè ilinitiones ex oleis, & vnguentis paratæ, per fuſiones, ac embrocæ ex decoctis, oleiſquè eorundem factæ ſicuti emplaſtra, tandemquè cerata probantur; & in ſerie rubrificantium ſynapiſmus maximè arridet, cui præire debet Dropax, tùm ſimplex, tùm compoſitus, de quibus ſupra libro 2. cap. 18. egimus; ſimplex enim ſit ex pice in oleo liquata; compoſitus ex vero erit, ſi piper, vel pyrethrum ad calefaciendum, ac diſcutiendum ſulphur, vel nitrum, aut ſal ad ſiccandum addatur, tametſi loco dropacis ſuſtitui poſſit frictio, non quidem ſimplex, ſed quæ puluere aliquo ex pyrethro pipere, ſale parato, aut per corticem ſcylle, adhibetur. Synapiſmus autem, ſi vehementer trahendum ſit, duas partes ſynapis, & vnam caricarum recipit alias vnam ſynapis, & duas caricarum, & tamen ratione, vt caricæ priùs in aqua tepida macerentur, & ſynapi acre tuſum addatur; noſtris autem temporibus fermentum acre, & acetum ſcyllinum adijciuntur: veſicantium verò compoſito habetur in dictis materijs chirurgicis, etiam ſi ex ſapone nigro, & ſale poſſint componi. Atquè hæc omnia exteriùs cum toti, tùm partibus adhibentur: toti autem quando Mulus mactatur, exenteraturquè, & in eo æger ponitur antequam frigeſcat, & detinetur quoſquè proprium conſeruet calorem. *Penes vbi*

Penes tempus.

Tempus opportunum vſus horū omnium erit, quando præſens eſt materia; attrahenda cauendum tamen à prohibente, nimirum à materia in toto exiſtente. Ceterùm & calida ex accidenti; quæ nimirùm *Cal. ex accidente.*

rum putredine media euadunt calida huc referenda ſunt: cuius cenſus ſunt, fermentum acre, fimus, columbinus, anſerinus, & caprinus quæ omnia in formam cataplaſmatis cùm prædictis excipiuntur, & vt illa adhibentur, non parti tantùm; ſed etiam toto.

Attrahentia vi vacui.

Ad attrahentia vi vacui, præter cucurbitulas ſiccas, reſſerri poſsunt ſpongię ſiue in aqua calida madefactæ, & mox expreſſæ actu calidæ applicitæ, quò pertinet, & emplaſtrũ ex limacijs cum teſta tuſis; tandem ratione ſimilitudinis ſubſtantiæ, & quędam attrahunt; ſimilitudine verò attrahunt, aut communi, aut propria communis obſeruatur in vtraq; antidoto magni antiqua, oleo magni Ducis contra venena, & antidoto Matthioli pariter contra venena. Propria ſimilitudo, eſt in oleo viperino quod adhibetur parti commorſę à vipera, ſicuti & ſcorpio; vel oleum ex ſcorpionibus parti commorſę à ſcorpione applicatur. Et hęc dicta ſint de omnibus medicamentis, quę ad cauſam morbificam diriguntur: ſubſequuntur modò ea, quę morbum reſpiciunt.

Attrahentia ſimilitudine ſubſtantiæ.

Abſolutis medicamentis, quæ ex rebus præter naturam reſpiciunt cauſam morbificam, ad ea fit tranſitus, quæ concernunt morbum. Agitur de ijs, quæ pertinent ad figuram vitiatam.

Cap. XXIV.

Medicamẽta morbus cõcernẽtia quotuplicia.

QVAE morbum concernunt medicamenta ea, vel ad corrigendas intemperies; vel ad emendandam malam compoſitionem, vel deniquè ad tollendam vnitatem ſolutam referuntur. Quę ad corrigendas intemperies diriguntur. *De different. morb. capit. quinto*, ea vel calidam, vel frigidam, vel humidam, vel ſiccam corrigunt, vel ex his complicatas. Quę malam compoſitionem emendant, ea circà morbos verſantur, *De different. morb cap ſexto, ſeptimo, octauo, nono, decimo.* vel in conformatione, quę triplici vitio continetur, figurę, ſuperficiei, meatuum: vel in magnitudine, vel in numero, vel in ſitu. Quę ſolutam vnitatem reſpiciunt, *ibidem cap. vndecimo. 4. Meth cap primo. & de conſtit. art. cap. ſexto*, ea pertinent ad eam, vt ſoluta eſt vel in oſſe, quę dicitur fractura: vel in parte carnoſa, quę, ſi fuerit ſine pure, vulnus appellatur, ſi cùm pure Vlcus: vel in neruis, quę vocatur Conuulſio: vel in ligamentis: quę nominatur diuulſio, vel auulſio: vel tandem in vaſis, & muſculis, quę nuncupatur Ruptio. Ex his omnibus medicamentis, de ijs, quę ad morbos attinent in intemperie, nihil hic in particulari dicendum occurrit. Cũ enim non ſint niſi alterantia, eorum fuſa, accurataquè ſuperiùs, *libro hoc cap. 21.* vbi de cauſa morbifica actum eſt, inſtituta fuit commemoratio: illud ſolùm notandum eſt, quod ad tempus adminiſtrandi hęc medicamenta pertinet, ſi intemperies habeat coniunctam materiam, priùs eam euacuare oporteret, quàm ad alterantium horum vſum deueniatur. Reſtat igitur, vt ordine de ijs agatur, qua ad malam compoſitionem, & ſolutam vnitatem profligandas faciunt. Inter quę, cùm primò occurrat vitium figurę, de eo etiam primò agendum,

Medicamenta contigentia intemperies.

Vitium igitur figurę, *Vide Galen. de conſtit. art cap duodecimo lib. Art.*

Figuræ vitia pertinentia ad totum. *Med capit. 93. de cauſ. morb capit. ſeptimo* ſpectatur ſecundum rectum & flexum, cauum, & rotundum, ac multos alios modos, qui à Galeno, ac omnibus medicinæ ſcriptoribus paſſim proponuntur. Reducuntur verò omnia figuræ vitia ad duo, ad ſuperabundantiam ſcilicèt, & defectum tùm in toto, tùm in aliqua parte. Si totum ſpectamus, meritò ſuperabundantiæ hùc pertinet Elephantiaſis, *2. ad Glau. cap. decimo.* quæ cancer eſt totiùs corporis; merito defectus Tabes totius, atquè Marcor. *Galen lib. de marcore 7. Method 6.* Sed de medicamentis ad hæc duo vita attinentibus, cum hæc proponantur ab omnibus Practicis, in proprijs tractatibus, agere hic ſuperuacaneum eſt. Si ad partē attineant vitia in figura, pro varietate illorum, varia etiam habentur medicamenta. Referuntur autem omnia vel ad robur partis; vel ad materiam aliquam morbificam, fluxam ad partem determinatam, aut etiam ibidem congeſtam, idquè ſiuè contigerit vitium in figura propter fracturam oſſium, ſiue propter articulorum luxationem, ſiue ob partium tenſionem, ſiue ob aliam cauſam. *Figuræ vitia pertinentia ad partē.* Quę igitur robur addũt, aliquo modo etiam adſtringunt & hæc petenda ſunt ex ſuperioribus. In genere tamen externorum, ego laudo cerata de minio, de Lithargyrio, de palma, barbarum, pro crepatis, ſeù de pelle arietina, & quod etiam paratur pro retinendo fœtu in vtero. Quæ verò euacuant ea, vel reſoluunt, & hæc quoquè ex ſuprà dictis nota ſunt; *capit. 20. huius lib.* vel diſrumpunt facta priùs ſuppuratione, & de his, tùm ſuppurantibus, tùm diſrumpentibus agetur paulò inferiùs. *infrà cac. 31.*

De medicamentis pertinentibus ad vitia in aſperitate, & lenitate.

Cap. XXV.

Circa vitium conformationis in aſperitate, & lænitate, varia occurunt medicamenta, *Vide Galen lib. Artis Medic. capit. nonageſimo quinto de conſtit. art. capit. duodecimo.* pro varietate cauſarum, à quibus producuntur, quæ ſunt vel internæ, vel externæ. *Quantum igitur attinet ad aſperitatem. Galen. de cauſ. morb capit. ſeptimo.* cauſæ internæ eam inducentes, ſunt, vel humores acres, & mordaces; vel nimia ſiccitas. *Cauſæ aſperitatis internæ.* Quanquàm enim non ignorem, fieri etiam aſperitatem cutis totius, in ſcabie, ob materiam craſſam, & tenuem, puto tamen materiam hanc craſſam, ſemper mordacitatem junctam habere. Cauſæ externæ, poſſunt eſſe alimenta, & medicamenta abſtergentia, aut etiam nimis exiccantia, qualia ſunt acerba omnia, & auſtera non mineralia: item puluis, fumus, aut ventus. *Cauſæ aſperitatis externæ.* Ex his cauſis, ſi adſint humores mordaces, ſunt attemperandi medicamentis humectantibus, & emplaſticis, de quibus in intemperiè ſicca habitus eſt ſermo; *ſuper hoc lib. capit. vigeſimo primo*, vel ſi attemperatio non ſufficat, euacuandi. Qua in re, ſi in toto redundent, medicamenta ad id facientia inter purgantia, ſeù vacuantia communia ſuperiùs ſunt propoſita: *ſup. hoc libro, capit. nono, decimo, vndecimo, duodecimo, decimotertio*, ſi autem contineantur in parte, neceſſariò deue- *Medicamenta pro cauſis aſperitatis internis.*

deueniendum eſt ad reſoluentia, referta aliqua deterſione, nec non adſiccantia. De ſiccantibus locuti ſumus ſuperiùs *cap.* 19. de moderatè detergentibus dicetur infra *cap.* 31. Nunc illud tantùm noto, medicamentum ex viperis intùs, & extra, balneum aquæ dulcis in ſcabie maxime probari. Quod ſi aſperitas inducta ſit à nimia ſiccitate, probantur rurſus humectantia. Si fiat ab alimentis, & medicamentis abſtergẽtibus, aut etiam nimis exiccantibus, conueniunt medicamenta humectãtia cum moderato calore, qualia ſunt emollientia cõmemorata ſuprà *cap.* 20 quibus addo ea, quę fiunt ex

Pro cauſis externis.

dactylis, caricis, pineis, gummi Tragacantha, & amylo: quorum formulę & rectus vſus, ſatis patent, ex dictis. Si à puluere, fumo, & vento, eadem medicamenta conueniunt, & inter cætera ſummis laudibus extollitur aqua dulcis tepida.

Cauſa lenitatis et earũ medicamenta.

Quod ad lenitatem ſpectat, cauſa interna eam efficiens vnica eſt, humor multus, lẽtus, & pinguis: in externis numerantur alimenta, & medicamenta nimiùm humectantia, pinguia, & lẽta. In quibus omnibus caſibus, medicamenta probantur reſoluentia, & ſiccantia, *cap.* 19 & 20. quorum catalogus recenſitus eſt iam ſuprà.

Medicamẽta quæ tollunt vitia in meatibus explicantur. Cap. XXVI.

Vitia meatuum.

VItium ad meatus *Vide Gal de cauſſ. morb cap. 7. li. Artis Med. c. 94. 5 ſimp 14. & 15. 11. Meth. 4.* attinens, vel eſt nimia anguſtia, vel nimia eorundem apertio, & laxitas. Anguſtia meatuum duplex exiſtit, vera, & non vera. Vera eſt, quæ proprie refertur ad viam, & cauitatem. Non vera pertinet ad poros. Prior quintuplex eſt, Obſtructio, Cõpreſſio, Coaleſcentia, Conſtipatio, & Subſidentia.

Anguſtia vera quintuplex.

Obſtructio & eius cauſa.

Obſtructio fit, vel à multitudine ſãguinis, vel à craſſitie, & lẽtore humorũ, & interdum à grumo ſanguinis. *Quæ à multitudine ſãguinis fit*, ea nõ curãtur medicamentis ſed venæ ſectione. *Quæ à craſſitie, & lentore* humorũ proficiſcitur, medicamẽtis tollitur deobſtruẽtibus, *V. Gal. 5 ſimpl. 12. 11. Meth. 13 4. Local c. 1. Auer 5. collect. 9.* quæ attenuãtia, & detergẽtia dicuntur. Sunt a. horũ alia mitia, alia fortia. Mitia, vel ſunt calida, vel non calida.

Medicamenta de obſtruentia ſimplicia. Mitia.

Ex nõ calidis, inter ſimplicia habentur, radix graminis, radices, & folia cichorei, ac endiuię, quatuor ſemina frigida maiora ſuccus cicorij cõcretus, & ſerũ lactis: inter cõpoſita numerãtur, Syr. de ſucc cich. & endiuiæ, & acetoſus ſimplex. Ex calidis, ſimplicia ſunt, agrimonia, capill. Vener, cuſcuta, ceterach, radices aperiẽtes recentes: cõpoſita ſunt Syrupus de duab. radic de cichor cõp. & oxym ſimplex.

Vehementia.

Fortia, & vehemẽtia deobſtruẽtia, ſunt in primis omnia verè Duretica ſuperiùs propoſita, &, præter illa, quæcunq; parantur ex abſynthio, abrotano, ſcolopẽdrio praſſio, pulegio, hyſſopo, artemiſia, ſtæcade, ariſtolochia, iride, aro, cortice capparorũ, ſeminib. vrticæ, carpeſio, amygdalis amaris, lupinis, cubebis, terebynthina ſcylla, melle, nitro, cinamomo, guaiaco, ſaſſafras, & præcipuè ex chalybe, quibus addi ẽt optimo iure poſsũt ſucci cõcreti abſynthij, & eupatorij Ex quibus ſimplicibus in officinis cõpoſita habentur, tũ intrinſeca, tùm extrinſeca. Ex intrinſecis ſunt, ſyr. de abſynthio, de hyſſopo, de calamenta, de praſſio, de ſtæcade, acetum, & oxymel ſcyllinũ Electu cyphoides ſeu de paſſulis Trochiſci d arhodõ de ſcylla hedychroi, cypheos, de caparib. de roſis, de lacca, de amygd amar. Tralliani: præter quę tũ, ex iiſdem, variè quo

Compoſita de obſtruẽtia intrinſeca.

quę formulę ex tempore parantur, tùm liquidæ, tùm ſolidioris ſubſtantiæ. Sed ex omnibus intrinſecis, ego maximè laudo, quę conſtāt ex chalybe, medicamenta, qualia, ſunt præter ea quæ ex tempore componuntur, oxymel chalibeatum, Sal. ex chalybe chymicè paratus, ſulphur chalybis, oleum ex eodem, ſpuma chalybis, Syrupus, vinum, & varia electuaria, de quibus omnibus ſuo loco. Laudo etiam ius galli antiqui, & ſuccum cichorei liquidum, infuſionis Rhabar. & comarum camedris, *Vide apendicem c. 2.* qui mihi familiaris eſt, & viſitatus. Ad extrinſeca pertinent olea, vnguenta, cataplaſmata, embrochæ cerata. Ex oleis habentur in officinis, ol. de abſynthio, de capparibus, de amygdalis amaris, cheirinum, laurinum, de baccis iuniperi, irinum, rutaceum, ex terebynthina, ex melle, atquè complura alia. In ſerie vnguentorum reperitur paratum in officinis, vnguentum ex althea. In genere cataplaſmatum illud, quòd de meliloto, & de baccis lauri dicitur. Ex ceratis habetur ceratum phænicinum, ireatum, diachylon magnum, ſacrum, diapyrites, de betonica. Embrochæ autem parantur ex oleis prædictis, vel decocto ſimplicium iam dictorum, facto in aqua communi, & vino, vel oleo cōmuni. In omnium verò horum compoſitione, duo perpetuò obſeruanda ſunt, alterum, vt attenuantia detergentiaquè miſceantur, quantum poteſt, cum diſcutientibus; alterum, vt ex deobſtruentium ordine, illa ſemper eligantur, vel ſaltem ijs immiſceantur, quæ viſceribus obſtructis proportione reſpondent, qualia ſunt ratione iecoris cichoreum, ſonchus, ſantali, agrimonia, abſynthiū, ſpica nardi: reſpectu lienis tamariſcus, capparis, ſcolopendrium, radix filicis maris, lignum fraxini.

Compoſita extrīſeca.

In compoſitione deobſtruentium duo obſeruāda

Doſis deobſtruentium.

Quod ad rectū vſum deobſtruētium attinet, de ſero in particulari noto, vt in hoc caſu depuretur cum aceto, & detur ad lib. i ſs. cum ſucci cichor. depurati vnc. iij. quinquè horis ante cibum. calidum actu, & obſeruetur an per aluum, ſiue per vrinam excernatur, an verò non. Si .n. excernatur præcipuè per vrinas licebit progredi in illius vſu, ſin, ab eo abſtinendum eſt. Quin imò ex Gale. *3. de alim. fac. 14. & 15. 4 Simp. 16. 19. ſimp. c. de ſero. aph. 65* qui flatibus ſcatent, poſſunt ſerum potare, dum modo illud excernant. Quantum ad reliqua. Doſis ſyruporum, decoctorum, trochiſcorum, electuariorum, ex alibi dictis patet. Succi concerti dantur ad drach. i. & requirunt apozema aliquod, præcipuè decoctum eupatorij, vel ſcolopendrij. Succus cichorei liquidus exhibetur ad vnc. iiij cui ego ſoleo ſcr. i vel ij. Rhabar. & comas aliquot camedris, vel abſynthij per noctem immacerare. Oxymel ſcylitinum ad vnc. i. acetum ſcylinum ad vnc. ſs. propinatur: Ius galli ad vnc. vij. idquè bis in die. Doſis chalybeatorum dicetur ſuo loco *Quoad modum* exibendi, tametſi potiones, eò quod faciliùs diſtribuuntur, videntur magis ſeligendæ, tamē nihilominùs, in materiæ contumacia, ſolida placent medicamanta, quæ tamen, vt magis vigoreutur, & faciliùs per venas propagentur, ab ipſis liquida aliqua etiam ſuperaſſumenda. Dandæ autem ſunt potiones actu calidæ, niſi febris, aut alias vehemens calor prohibeat. Tunc enim temperatæ, imò quandoquè frigidæ conueniūt. *De Tempore.* Deobſtruētibus, *Vide ſup. huius libri cap. 14.* quæ vrinas mouent, nunquam vtendum, niſi materia præparata: quæ verò vrinas non mouent, ea etiam in materia cruda conueniunt: imò cum tantum attenuent, & detergeant,

Modus exibendi deobſtruētia.

Tempus.

geant, ſunt in ipſorum præparantiū cenſu. De ſyrupis tamen cùm aceto paratis, & aceroſis omnibus, id in ſpecie notandum venit, non conuenire, vel ſaltem in exigua doſi conuenire, in vigilijs ꝑtinacibus, & in his, qui dyſenteriæ ſunt obnoxij. Acetū .n. vigilias inducit, & inteſtina lædit. *De Loco.* Conſtat ex dictis conuenire deobſtruentia, & intus, & extrà.

Locus deobſtruentium.

Sanguinis grumus ſi negocium faceſſat, ſicut accidere ſolet meatui 1. *de loc. aff.* 1. & 6. *ibi c.* 4 7. *aph.* 39. vrinario tunc pręter operationē Chirurgicam, ſectionē ſcilicèt in perinæo, conueniunt medicamenta detergētia, & diſcutientia *Vide de his* 5. *Meth.* 8. 6. *de loc. aff.* 4. 6 *Simpl. c. de amarāt.* 10. *Simpl c. de coagulo* Quare probatur medicamentum hoc. *Rec decocti origani lib. ſs. oxymell ſcyll. vn. ij. M pro vna vice.* Vel *Rec lixiuij & aqu. maris lib. ſs. Syr de capill. Ven Lactis ſem. melon. an vnc i. calcis dach. i.* M. Poſt hæc deueniendum ad cantharides modo ſuperiùs expoſito. Sed antequam hæc per os tentētur, licebit ea prius per cathærem in virgam inijcere, ſi obſtructio fiat in illa, prædictisq; poterunt addi occaſione virgæ obſtructæ, quæ à proprietate operantur, ſicut eſt veſica muſtelæ, vulgo donolæ, coagulum leporis, & puluis cancrorum fluuiatilium, marinorumq; Quinimò iſthæc etiam dari poterunt ex decocto aliquo Diuretico.

Grumos diſſoluentia.

Menſes mouentia ut differāt à Diureticis.

Cæterum quoniam ad deobſtruentia reducuntur aliquo modo quæ mēſes *De his Galen. 5 Simpl. c. 20. & 22. & paſſim in lib. Simpl.* mouent, propterea, & de his interim eſt dicendum. Hęc igitur à Diureticis in eo differunt, quòd ſunt minùs ſiccæ:

Menſes mouentiū catalogus

Parantur autem ex adianto, aſſaro, pulegio, calamintha, feniculo, petroſelino, artemiſia, ariſtolochia longa, calamo aromatico, dictamno Cretico, ciceribus, ruta, radice rubeæ tinctorū, ſabina, ſagapeno, lupinis, myrha, origano, caſtoreo, croco, cinamomo: ex quibus in officinis ſeruantur parata Trochiſci de myrra, Syrupus de matricaria, de artemiſia, antidotus hæmagoga, quę datur ex vino mulſo, Sed pręter hęc ego vtor puluere radicis gentianæ, ſale artemiſiæ, decocto Guaiaci, medicamento facto ex fermento, & croco, ac tādem medicamentis ex chalybe. Soleo.n. cùm vſus poſtulat, vel ex tpe permiſcere chalybem. cùm aliqua conſerua, aut cùm vino; vel vti, cùm opus eſt, electuario, aut vino ex chalybe *Recipit a. electuar. meum limaturæ chalyb. prap vn iij cinam. nuc. moſc. an dr. i. ſs. Rhabar. electi drach i. ſpec. aromat. roſ. dr iij ſacch. mellis. an. vnc. vij. M & f elect. ſ. a.* Vinum. a. præparatur hoc modo *Rec pulu cariophyl. dr. vi. Limaturæ chalyb. prap. lib. i Vini odorati lib. xij* M. *Macerentur in vaſe vitreo benè obturato ſub radijs ſolaribus, vel in ſtuffa furnaria per xij. dies Quantùm* ad vſum attinet *Doſis* ſyruporum decoctorum, Trochiſcorum puluerum, & electuar. patet ex dictis.

Doſis menſes mouentium.

Vinū chalybeatum datur ab vnc. iij ad lib ſs. Sal artemiſ. ad g. viij. ex liquore aliquo accōmodato. Medicamentū verò ex fermento, & croco ad dr. ij. & in huius compoſitione crocum debet ſumi in octupla proportione ad fermentum. Medicamentum ex chalybe, ſi ex tpe ſit præparandū datur chalybs à ſc. i. ad dr. i. cùm dr. ij. conſeruæ.

Modus exhibendi

Quoad modum quæcūq; liquida ſunt, actu calida conueniunt, quinq; horis ante cibū. Speciatim verò poſt aſſumptionē chalybeatorū imperādū eſt exercitiū.

Tempus

De tpe. In vſu horum perſeuerandum, quouſq; indicans pręſēs erit, prohibens verò abſens.

Locus.

Quoad locum non ſolùm intra conueniunt, ſed & extra. Ideo inſeſſus poterunt parari ex decoctis ſimplicū iā dicto-

rum, ſicut, & cataplaſmata ex eiſdẽ coctis, & cum oleis mixtis. Linimenta quoq; in eundem vſum fiunt, & mihi in frequenti vſu eſt, quòd *Rec. farin. lupinor. abſynth. elater. an. dr. ſs. ſagapeni, rutæ, myrrhæ an. unc. ſs. Pulueriƶentur om̃ia ſubtilitèr, & cum felle taurino f. linimentum pro vmbilico, & parte inferiore abdominis.* Sed & peſſarium fieri poteſt, ex ſacculo ad formã digiti parato, toto repleto, qui ſacculus illitus oleis prædictis, & de nuce moſcata, additis aliquot granis galliæ moſcat. Immittitur in pudendum. Quin, & ſuffitus conuenit ex puluere aromatum, & gall. moſcatę iniecto carbonibus accenſis, ea tamẽ ratione, vt mulier pannis tecta fumũ in pudendum recipiat. Sed de obſtructione tantum.

Menſes mouentia externa.

Compreſſio, et eius medicamenta.

Compreſſio, ſi fiat à tumore partium vicinarum, pendente à materia peccante in quanto, & in quali, vti ſunt tumores à toto genere præternaturam; probantur euacuantia inſenſibilitèr, de quibus iam eſt actũ: *à c.* 18 *ad* 20. ſi verò fiat à tumore ꝑfecto à materia peccante ſolùm copia, ſicuti eſt caro, & pinguedo, ꝓbãtur medicamẽta extenuãtia, & inter cætera decocta, & quæcũq; alia, ex Guaiaco, Saſſafras, & Salſa parata.

Coaleſcentia & eius medicamenta.

Coaleſcentia (vt ſi v.g. poſt vlcus ſanatum remaneat cicatrix) ſi medicamentis ſit tractanda, poſtulat quæ emolliunt priùs, deindè quæ detergunt, ac tandem quæ erodunt. De prioribus tractatum eſt iàm ſuprà, *c.* 20. *& hoc cap.* de poſterioribus, erodentib⁹ ſcilicet, agetur paulò infrà. *c.* 27. Id tamen ſciendum cicatricem hanc, internam præcipuè, ferè eſſe irremediabilem.

Conſtipatio et eius medicamenta.

Conſtipatio, ſi fiat à calculo, conueniunt lapidem frangentia, de quibus pertractabimus, vbi ſermonem habebimus, de morbis in numero. *Infr. c.* 28. Si à pure craſſo originem habeat, conueniunt detergẽtia, quæ iam ſunt explicata. Quoniam verò talis conſtipatio, vt plurimùm ſolet fieri in meatu vrinario, ideò medicamenta hæc non ſolùm per os aſſumentur, verùm etiam & in virgam iniicientur. Si proficiſcatur à tumore calido, vel frigido, paulò infrà tradentur medicamenta hùc ſpectantia *c. ſeq.* Si deniquè à tuberculo oriatur, vel tuberculum eſt calloſum, factum à pituita craſſa, & lenta; vel carnoſum, vel phlegmonoſum. Differt autem tuberculum à tumore, quoniam tumor obſidet ſubſtantiam meatus conſtipati; at tuberculum obſidet cauitatem illius meatus, hæretque parietibus illius. Tuberculum ſi fuerit calloſum, requirit medicamenta emollientia, tùm interna tùm externa, de quibus ſuprà *c.* 20. & ſi tuberculum hoc ſit in veſica, vel meatu vrinario, exteriùs medicamenta adhibenda ſunt pubi, & perinæo. Quo in caſu, pręter cætera, inſeſſus videtur accommodatus, poteruntquè in eodem medicamenta, vel iniici per cathæterem, vel per candelam ceream immitti, quãquam putem ſummoperè candelam conuenire paratam ex cera citrina. Si verò tuberculum fuerit carnoſum, conueniunt eſcharotica, de quibus infrà *c. ſeq.* ſi phlegmonoſum, tractandum eſt medicamentis ad inflammationem attinentibus, de quibus infrà *eod. cap.* vbi de tumoribus.

Tuberculum, vt à tumore differat.

Subſidentia & eius medicamenta.

Subſidentia fit à qualitate, vel ſpirituali, & dolorifica; vel materiali. Si à dolorifica, conueniunt Anodyna, quæ explicabũtur infrà *c.* 33. ſi à qualitate materiali frigida, & adſtringẽte, cõueniũt calefacientia, de quibus ſuprà *c.* 21. ſi à nimia ſiccitate, conueniunt humectantia, quemadmodũ ſi à nimia humiditate, ſiccantia, quæ omnia, qualia ſint, iam cõſtat. Quòd

Si

ſi ſubſidentiæ iungatur conuulſio, probantur medicamenta conuulſioſionem ſanantia, quæ ad nunc cõmemorata reduci aliquo modo poſſūt. Nec mirum alicui videatur, quòd cauitates ſubſident, & à ſiccitate, & ab humiditate, quoniam ab illa per attractionem, & collectionē, ab hac per relaxationem, tales fiunt.

Anguſtia quæ vera. Anguſtia, quæ pertinet ad poros, vocatur denſitas, & hæc fit tùm à frigore, tùm à ſucco craſſo, & lento replente poros. Ratione frigiditatis conueniunt medicamenta calefaciẽtia, & rarefacientia ſuperiùs propoſita; præcipuè verò, quæ fiunt ex althea, hordeo, eruo, tritico, oleo veteri, ſemine lini, meliloto, fænugræco, abrotano, capillo Ven. anetho, chamæmelo: quorum medicamentorum formulæ, & rectus vſus de ſe patet. Ratione ſucci craſſi & lenti, probantur attenuantia, detergentia, & reſoluentia, quorum ſyluam recenſuimus ſuperiùs. *Cap. 20. & cap præſenti.*

Apertio, & rarefactio. Atq; ità curatur anguſtia. Quòd ad apertionem, & rarefactionem canalium pororumquè attinet, ea omnis tollitur medicamentis adſtringentibus, & denſantibus, de quibus ſatis, ſuperquè in præcedentibus.

De medicamentis agitur quibus curãtur morbi in magnitudine.

Cap. XXVII.

MORBVS in magnitudine vel eſt in magnitudine aucta, *vide Gal. de cauſſ. morbor. ca. 9. Ar. Med. cap. 97. de conſtit. art. 12. 13. & 14. Meth. per totum 2. ad Glau. per totum.* vel imminuta, vt patet.

Tumores duplices. Quòd pertinet ad magnitudinem auctam, ad illam pertinent tumores, tùm præternaturam à toto genere, vt qui fiunt à materia ſolùm peccante in quanto, & quali; tùm præternaturam non à toto genere, vt qui fiunt à materia ſolùm peccante in quanto, quales ſunt tumor carneus, vel ex pinguedine factus. In horum primò genere, conueniunt medicamenta euacuantia inſenſibilitèr, de quibus cùm suprà actum ſit, *à cap. 16 ad 21.* hic duo ſolùm notanda ſunt. Vnum eſt, in tumore frigido, non conuenire repellentia: alterùm eſt, in tumore feruido, & calido valdè, qualis eſt cancer, nunquàm adhibenda eſſe verè, & validè reſoluentia, & exiccantia, ſed quæcunquè modeſtè, & temperatè ſunt talia, atquè facultatem habent attemperandi. Eiuſmodi. a. ſunt Syr. de roſis ſiccis, myrtinus, de portulaca, decoctum, & aquæ ſtillaticiæ roſarum, plantaginis, portulacæ, hordei, atquè maluarum, & altheæ, maximè ſi adſit dolor, quemadmodùm, & decoctũ Chinæ, & Santalorum, cùm cichoraceis, borragine, lupulis, paſſulis, & ſimplicibus dictis, paratum. Præter quæ omnia ego feliciſſimè vtor exteriùs hoc vnguento, quòd, & ſi poſtulat neceſſitas, in vterum iniici poteſt. *Recip. a. ſucci ſolani, ſemperuiui, plantaginis an. unc. i. Tuthiæ præp. ceruſſæ ablutæ, plumbi loti vſti an. drach. i. olei viol. roſ. compl. an. vnc. i. ſs. Miſceãtur in mortario plumbeo.*

Tumores toto genere præter naturam, & eorum medicamẽta.

Euacuantia inſenſibilitèr.

Suppurantia quæ, & qualia. Quòd ſi tumores hi per reſolutionem non finiantur, ſed ad ſuppurationẽ vergant, quemadmodum ex dolore, & febre ſuperueniẽte cognoſcitur, tũc ſuppurantia locum habent, & poſt hæc ea quę pus extrahũt, & euacuãt.

Suppurantia ſunt, calida, *De his Galen. quintò, Simpl. cap. 3. 8. & 9. & decimotertiò. Meth. cap. quintò, quartò Method. cap. quintò.* humida, vaporoſa, & viſcida. Ex his verò in genere ſimplicium ſunt

caricæ, dactyli, amygdalæ dulces, butyrum, lacryma therebynthi, oleũ commune, aqua calida, farina triticea á furfuribus expurgata, malua, althea, ac pinguedo ſuilla, & gallinacea. In genere compoſitorum eſt digeſtiuum lotum, Vnguentum ex mucilaginibus, & quod fit ex farina triticea, oleo communi, & aqua; quibus tamen, ſi adiuncta ſit tumori intemperies calida, admiſcenda ſunt violæ, cydonia, & lac primùm aſininum, deinde caprinum, ac tãdem, in defectu illius vaccinum: ſi verò frigida, addenda crocum, fermentum radix petroſelini viridis, ſemen lini, radix cucum. agreſt. oleũ anethinum, & liliaceum, ac farina orobi, tandemquè Diachylon cùm gummis. *Circà quorum omnium vſum*

Doſis ſuppurantiũ.

hæc notanda ſunt. Primò Doſin attendi debere penes maiorem vel minorem læſionem materiæ ſuppurandæ. Item ea ſemper calida adminiſtranda eſſe,

Modus.

potiſſimum verò vbi ſanguis ea copia viget, vt non poſſit reſolui.

Locus.

Tandem ea conuenire non ſolùm exteriùs admota, ſed etiam intus aſſumpta, ſi tumor ſit in viſceribus naturalibus. Ac intus quidem hæc adminiſtrari poterunt.

Formulæ internorũ.

Rec. decocti altheæ, caricarum dactylor. unc. iiij lact. amygd. dulc. unc. i ſs. Sapæ unc. i. M pro vna vice. Vel. *Rec. ole. amygd. dulc. recẽt. lib ſs. Detur modo dicto.* Vel *Rec. pulpæ caricar. dactyl. an. unc. ſs. cùm ſapa f. b. nu. ij pro duabus vicibus, & ſuperdetur apozema iuris decoctionis maluarum.*

Externorum.

Exterius conuenit Cataplaſma ex radicibus altheæ coctis, & butyro, vel ex eiſdem radicibus coctis farina triticea pinguedine ſuilla, & oleo amygdal. Ceratum ſuperiùs eſt propoſitum. Embrocha verò inſtitui poteſt, ex oleis iam dictis. *Quæ pus educunt*, *Vide Gal. 13. Meth. cap. 5.*

Pus euacuantia.

vel inſenſibilitèr id faciunt, vel ſenſibilitèr. Primò modo pus educitur reſoluentibus, quæ conueniunt, ſi pus non ſit copioſum. Secundò modo educitur, ſi extrá vergat tumor, ferro, & cauſtico, ſi verò non extrá vergat, medicamentis laxantibus, attenuantibus, & continuum ſoluẽtibus, ſeù diſrumpentibus, vt ſi in mulſa coquantur ſuppurantia, & addantur piper iris, ſynapi, & ſal. Sunt autẽ ab his aſſumptis vomitus, tuſſis & ſternutatio concitanda, & ſi non euacuetur pus, licebit dare mel roſatum ſoluens: poſſuntq; hæc medicamenta diſrumpentia etiam vſurpari exterius.

Sed hæc de primo tumorum genere. Occaſione ſecundi generis tumorũ, de acribus, & cauſticis agendum eſt. *De his omnibus Gal. Simpl. c. 3. & 15.* Conueniunt enim hæc potiſſimum in tumoribus quibuſdam externis, ſicut ſunt tumores carnei, pori, verrucæ, ficus, & huiuſmodi. Sunt autẽ medicamenta hæc trium generum.

Tumores non toto genere præternaturã & eorum medicamenta.

Priora vocantur Cathæretica, alia ſeptica, poſtrema eſcharotica, ſeù cruſtifica. *Cathæretica* calida ſunt, & ſicca, vltrà tertium gradum, minimè penetrantia. Componuntur ex alumine vſto, ſquamma æris, ærugine æris, flore æris, ære vſto, ac præcipitato. In officinis habentur parata, Vnguentum Aegyptiacum, Apoſtolicum, & Damaſcenum, Trochiſci Andronis, Paſionis, & muſæ.

Cauſtica triplicia. Cathæretica.

Septica medicamenta ſunt calidiora penetrantia, ac carnem corrumpẽtia huiuſcemodi parantur ex arſenico criſtallino, & auripigmento, ſandaracha, chryſocolla, riſagallo. Quò pertinet etiam oleum arſenici ſecundum deſcriptionem Fallopij. *In tract. de cauterijs.* & aqua quæ chymicè paratur ex arſenico mixto cum Euthia.

Septica.

Eſcharotica ſunt calidiſſima. Nam finem quarti gradus caloris attingunt, & ſunt craſſarum par-

Eſcharotica.

partium, ac dolorifica. Componuntur autem ex myſi, ſory, chalcantho, ſulphure, cinere, calce viua. Ad ea referunt oleum ſulphuris, & chalcanthi, aqua fortis, cauſticum paratum ex aqua capitelli, vnguentum Maſſæ, Aegyptiacum, trochiſci ex minio.

Vſus cauſticorum.

Quoad vſum, hæc medicamenta, vt dictum fuit, adhibentur exteriùs, & vbi penetratione opus eſt, eligi debent ſeptica. Sub varijs autem formis poſſunt adhiberi, caſtigata vnguento roſaceo vel albo, vel de ſuccis. Verùm quoniam & totum corpus aliquando a tumore opprimitur, ſicut in elephantiaſi, ideò intrinſecus conueniunt omnia medicamenta ex viperis parata. Exteriùs verò fel hirici, & ſanguis taxi, quæ omnia ſupponunt prouidentiam totiùs corporis.

Medicamenta ad tabem interna.

Sed iam de magnitudine diminuta dicendum eſt, 14. *Meth. cap.* 16. *Art Med* 97. qualis cernitur in macie. Ad hanc verò faciunt medicamenta impinguantia dicta. *Vide Gal. 6. de Tuend 8. 14. Meth cap. 16. & 7. Meth. c 7 8. Auic. 3. 1. doctr. 5. c. 4.*

Impinguãtia quæ

Intelligo autem per impinguantia, non ea tantùm, quæ corporis pinguedinem amplificant; ſed quæcũquè debitam membris molem adiungunt, & reſtituunt. Vndè & indicantur ab eiuſdem molis priuatione, maximè ſecundum pinguedinem, & carnem.

Indicantia, permittentia prohibentia impinguantiũ.

Partes enim ſeminariæ, cùm ſint vitæ noſtræ veluti fundamentum, ſalua ea, tametſi ex Ariſtotele 3. *de hiſt. an.* 16. imminui tantillum poſſunt, abſumi tamen nequaquam poſſunt Prohibentur autem ex rebus naturalibus à macie contracta ex generationis primordijs, ab ea, quæ ſenectutem perpetuo comitatur, a cute ardia, dura, ac aſpera: ex rebus non naturalibus, ab aere regionis, quem eiuſmodi corporis diſpoſitio neceſſariò ſequitur, qualis eſt in regione Aethyopum: ex rebus præternaturam, ab hectica tertij gradus, à maraſmo Phlippi ex ſenectute vocato, à phtiſi deniquè conſummata. Huius enim generis maciebus, fruſtrà impinguantia medicus admouerit.

Materiæ impinguãtium.

Porrò reſpiciunt materiæ impinguantium, vel cauſam efficientem bonæ habitudinis, & corporeæ molis, calorem ſcilicet innatum omnium operum naturalium auctorem; vel materiam exqua moles illa membris accedit.

Quæ referuntur ad cauſam efficiẽtem pinguedinis.

Prioris generis ea ſunt omnia, quę calorem innatum, ſiue augendo, ſiue conſeruando, ciborum optimam concoctionem efficiunt, qualia ſunt cinamomum, gariophylla, nux. miriſt. ſpecies aromat. roſ. Quæ ad poſterius genus ſpectant, ea omnia ad nutrimentum, ſiue alimentalem ſuccum, ex quo ſolo debita partibus omnibus magnitudo accedit, referuntur.

Quæ pertinent ad materiam ex qua eiuſdem id eſt ad nutrimentũ.

Sunt autem multiplicia. Nã vel qualitatibus occultis agunt, vel manifeſtis. In illorum cenſu habetur nux illa Indica dicta, cuius interior medulla ſubtilitèr terita, permiſcetur modò ſimplici iuri, modò pani iuri in cocto, modò pultibus: ſemen canabinum, ſarcocolla, ex qua conſtat puluis ille Auicennæ, 7. 4 *tr.* 4 *ca.* 2. quo ad impinguandum vtitur. *Recipit enim ſarcocollæ, & farinæ, amyli an lib. ſ. ex ijſque fit paſta cum butyro, & exiccata redigitur in puluerem.*

Qualitate occulta agentia.

Quæ manifeſtis agunt qualitatibus, ea rurſus quinquè modis agunt alimentum ſcilicèt gignendo; à materia excrementitia depurando; ad partes attrahendo; ad eaſdem deferendo ſeù impellendo; deniquè in ijſdem, dùm agglutinari poſſit, retinendo.

Agentia qualitatibus manifeſtis.

Quæ ſuccum alimentalem copioſum gignunt, vel copioſum gignunt & bonum, vt carnes gallinarum, caponum, phaſia-

Succũ alimentalem gignendo.

norum,

norum, perdicum, vitulorum, culumborum turritorum, turdorum caſtratorum vitelli, ouorum, teſtes gallorum, deſtillatum caponis, ſuccus carnis, contuſa, aqua carnis, vinũ, lac humanum, & huius loco aſininum, vel copioſum quidẽ, ſed craſſum, ac viſcidum, qualia ſunt, quæ conſtant ex farre, oryza, 1. *de alimen. c. 3. 4 &c.* pane cocto in iure, lacte ouillo, vaccino, caprino, carne porcina, cerebellis hædorum, vitulorum, ſuis, amygdalis, paſſulis, nucibus auellanis. *Plin lib. 15. c. 22.* caſeo recenti. ex Hippocrate. *Lib. de Vet. medicina.* Huc etiam ſpectat puluis ille qui *Rec. farin. cicer. infuſor. in lacte, & ſiccatorum, rurſus infuſorum, & ſiccatorum, tertiò deindè coctorum lib ſs. oryzæ freq lota unc. ij Tritici, hordei execcatorum, & ſæpè lotorũ ac ſiccatorum, ſæpè lacti infuſorum, & ſiccator. un. vac. iij amygd dulc. vnc v. Papau. panis albi bis cocti an. vnc. iij. ſacch. albi lib. i. Fiat puluis*, qui diù nõ conſtruatur, ſed ſæpè de recenti parari debet. Inter attrahentia ſunt balneum aquæ dulcis, & tepidæ, *Vide Galen. 10. Meth. cap. 10. & 11. Meth. ca 9.* adminiſtratum poſt celebratam primam, & ſecundam cõctionem, eò vſquè dùm carnes humectæ, rubicundæ, & turgidæ euaſerint: thapſia ex melle illita, 14. *Meth. cap. 16.* aut ad cerati formam redacta: dropaces, & picationes, de quibus ſupradictum eſt, quanquàm hæ præcipuè ad partium certarum, non totiùs impinguationem faciãt, quemadmodùm, & ex materijs Chirurgicis percuſſiones 14. *Meth c. 1.* veteribus dictæ, ferulis quibuſdam, ſaltẽ alternis diebus adhibitæ, quoad rubra, & turgida pars euaſerit. Ad alimentũ deferendũ, & impellendum ad partes conferũt omnia remedia Diuretica, & ſudorifica, vtpotè quæ, & vias omnes recludunt, & ſunt veluti vehicula ſuccos deferentia. Quò, & facit potus aquæ inter prandium, & cenam factus, ab ipſo Galeno propoſitus. 7 *Meth. ca. 6.* Sed, & ſalſa in hoc ſenſu huc pertinent, & eò prætereà, quòd appetitum excitant. Vndè Appollonius medicus apud Plutharchum. *Quæſt. nat. lib. quæſt. 3.* corpora emaciata ſale reficiebat, & paſtores eundem ſaginandis pecoribus obijciunt. Dixi hoc ſenſu. Nam ſimplicitèr loquendo, & per ſe extenuant potiùs ſalſa, quàm reficiant, vt potè terreſtris naturæ, & ſiccę, quomodò idẽ Plutarchus. *Ibid qu. 1.* & Theophraſtus, 6. *de cauſſ. plant cap. 14.* negant plantas vllas ſalſis nutriri poſſe. Ad retinendum. a cibum affingẽdumq; in ipſis partibus, ea imprimis commendantur, quæ humiditate quadam viſcida, & tenaci prædita ſunt, calida quidem in frigidis, & frigida in calidis, quò modo Rhas. & Auicen. laudant ad impinguanda corpora papauer, hyoſcyamum, & alia multa quæ impensè refrigerant. Sunt verò talia complura, ex ijs quę ſuprà inter ea commemorata ſunt, quæ copioſum craſſum ac viſcidum ſanguinem generant, & prętereà inunctio pro ſpina dorſi vocata quę *Rec. mucilag. ſem pſyl mucil ſem cotōn ſem. malu. an. unc. i. Lactis mulier puellam lactantis vnc. i ſs. Gum. arabic. Tragacanth. an drach. i. Butyr recent ſine ſale loti, ol. viol. loti an. unc. Ceræ alb e. qu. s. f. unguentum molle.* Itẽ ole. amygd. dulc. et violar. lotũ in vino ſubdulci, & balneum alteratum cùm malua, lapathio, & capitibus caſtratorum. Tandem ſanguinem depurant omnia euacuantia, tùm ſenſibilitèr, tùm inſenſibilitèr, de quibus ſuprà. Præcipuè. a. huc ſpectat China, quæ materiam excre-

Attrahendo alimẽtum ad partes.

Deferẽdo alimentũ ad partes

Retinendo alimẽtum in partibus

Sanguine depurãdo

excrementitiam ſiccat, & alimentalem non adit. Ex his verò ſimplicibus ſimul mixtis, variæ fieri formulæ poſſunt, quæ omnes prædictos ſcopos adimplent, inter quas præcipuè ſunt morſelli, pulueres, decocta, & pultes Quorum omnium hæc exempla ſunto. Pro morſellis. *Rec. carn. capon phaſiani vel perdic an. vn. iij. Nuc Indic. vn. iij ſs ſpec diatragac. frigid. vnc ſs amygd. dulc. recẽt phiſticor pineor. recent. an. vnc i. cinamom. elect ſubtil pulueriz. drach iij M & coctis carnibus cùm deſtillato capon. f. morſelli ponderãtes vnc ſs. pro quolibet*

Exempla formularum omnes ſcopos in impinguando explentiũ

Morſelli.

Puluis.

Pro puluere. *Rec. nuc. Indic. vnc. ij. ſem canab vnc. ſs. ſem. aniſ. r cinamom. an. drachm. ij amyli. farin oryza an. vnc. i. Chin elect. vnc ſs ſem papau. albi ſer v ſacch fin. vnc. iij. Pulueriƶentur omnia ſubtiliter, deindè miſceantur.* Pro decocto. *Rec. caponem carnoſum med. etatis decapitatum deplumatum exenteratum, & cùm vino optimè lotũ deindè. Rec. nuc. Indic vnc iij. phiſtic. pineor. recent amygd dulc. auel lan. anc vnc i. ſs. Cinamom craſſo modo contuſi ſem fenic an. drach. ij. ſem. papau. albi, amyli an drach. ſs. Conſuãtur omnia in ventre caponis: deinde bulliant in ſ q aquæ communis quouſque caro ſeparetur ab oſſibus: deinde facta expreſſione in torculari carnis, & oſſium ſimul; totus liquor coletur.* Pro pulte.

Decoctũ.

Pultes.

Præparentur alter capo pinguis cum iſtis ſimplicibus, aſſetur in veru, colligatur pinguedo, & posteà exprimatur ſuccus ex capone aſſato, & ſimul dentur in pulte. Item. *Fiat puls ex farin. oryƶ et amylo coctis in iure pingui caponis, deinde aſpergatur puluis ex tribus partibus nucis Indicæ.* Quoad rectum vſum *Doſis* medullæ nucis eſt ad vn. ſs. ex iure, vel pulte. Puluis Auicen. datur ad vnc. v. ex aqua frigida: alter verò puluis deſcriptus inter generantia ſuccum copioſum, craſſum, ac viſcidum, ad vnc ſs quã eandem doſin habent, & morſelli, & puluis polychreſtos, dandus ex iure bonæ carnis, deſtillato caponis, vino ſubdulci; alijſuè cibarijs accommodatis. Decoctum propinatur mane ad vnc. vij. quinquè horis ante prandium. veſperi ad vnc. v. ſeptem horis à prandio. *De modo* tametſi Hippocr. 2 *aph.* 11. ſcripſit faciliùs eſſe impleri potũ, quàm cibo, tamẽ in cõtumaci emaciatione præferẽda ſunt ſolida liquidis. Conueniunt autem omnia calida potiùs quàm frigida, cùm ſic, & citiùs penetrent, & calori natiuo ſint amiciora. *Tempus* exhibendi in genere patet ex indicantis præſentia, & abſentia prohibentium, in ſpecie ferè in omnũ vſu per menſem perſiſtendum eſt, ea què exceptis pultibus omnia propè ieiuno ventriculo conueniunt. *Quoad* locum non interiùs tantùm impinguantia aſſumuntur, aut exteriùs adhibentur, vt inunctiones, ſed etiam per clyſteres. ex lacte, vel pane cocto in iuſculo inijciuntur, maximè in infantibus, in quibus faciliùs, quàm in adultis clyſtere renutrire alijs iam obſeruatũ eſt. Et hæc de impinguantibus.

Doſis impinguantium.

Modus exhibendi

Tempus

Locus.

Vitijs in numero quæ ſuccurrunt medicamenta expediuntur.

Cap. XXVIII.

QVEMADMODVM morbus in magnitudine duplex fuit ita duplex eſt etiam morbus in numero, *Vide libro de differen. morbor. cap. 8. de cauſ. morbor. cap. 8. lib. Art. Med.* 96. alius ſcilicèt in eo aucto, alius in imminuto. Ratione numeri imminuti nulla medicamenta occurrunt. Ratione numeri aucti occurrunt medicamenta

lapidem

lapidem fragentia, & vermes enecantia.

Medicamenta ad numerum auctum.

Quę lapidem frangunt, *Gal. 5. ſimp. 1.3.3. Local. ca. 1.7. Local. lit. C lib. de ren affect. dign Auer 5. col. 20.* ſunt ſimplicia, & compoſita. In genere ſimplicium, ſunt ſuccus limonum, gramen, aſplenum, ſaxifragia, althea, aſparagus, virga aurea, ononis, millium ſolis, ciceres rubei, amygdalę amarę, carpeſium, cyperus, ſemina lappę maioris, comę polij montani, Terebynthina, radix raphabi, flores geniſtæ, balſamum. Ex quibus pro tempore poſſunt parari ſucci, aquę ſtillaticię, decocta, pulueres, inter compoſita ſunt oleũ chalcanthi, medicamentum ex cantharidibus: quibus mitiora ſunt acetum ſcyllinum, electuarium Iuſtinum, Lithontripticon, antidoti magnę, Trochiſci ex cicadis. Sed hęc agunt qualitatibus manifeſtis.

Lapidem frangẽtia à qualitate manifeſta.

Lapidem frangentia à proprietate.

A proprietate valent ſanguis hircinus pręparatus, cinis leporis decollati, & in furno exiccati, cinis teſtarum ouorum è quibus exiuit pullus, vitrum vſtum, oſſa capitis lucij millepedes, & inter compoſita cõfectio ex cineribus, Sed nihil pręſtantius eſt hoc puluere. *Rec ſanguinis hirci præp. lapidis ſpongiæ cicadarũ an drach. i. ſs Aadelij ammoniaci an. drach. i ſeminum dauci apij flor. geniſtæ, radicis ononidis an drach ſs. iunci odorati, caſſia lignea, an. ſcr. ij. f. pulvis ſubtiliſſimus, & detur ex aqua ononidis*, Horum omnium medicamentorum doſis ex dictis colligi poteſt. Sępius enim de medicamentis ſub formulis propoſitis dictum eſt. Solum de oleo chalcanti noto, vt detur à ſcr. ſs. ad ſcru j. cum Terebynthina. Non enim tutum eſſe puto, vt in potu illud vſurpetur. Reliqua autem, quæ ad vſum attinent de ſeſe iam patent conſideranti.

Doſis lapidem frangentium.

Medicamenta ad vermes triplicia.

Medicaméta quæ ad vermes ſpectant, trium ſunt generum. Nam alia enecant eos, alia enecatos expellunt, alia alliciunt. *Quæ enecant ſunt varia. De his vide Galen. 7. ſimp. paſſim 14 Meth. cap. 19. & de remed. fac parab. lib. 3. Auic. lib. 3. Fen. 16. tract. 5. Aetium in lib. 9. cap. 39.* Alia enim ſunt temperata, vti Syrupus acetoſus, oxymel ſimplex. Alia ſunt frigida, & conueniunt, vbi adeſt febris, vti acetum, ſuccus citri, limonis & arantij medij ſaporis maturorum tamen, radix graminis, hordeũ cum cortice, & cornu cerui. Alia vera ſunt calida, ſicuti abrotanum, coſtum, ſemina citri, perſicaria, folia perſici, nuclei pinorum, ſcordium, oleum calcanthi, & ſulphuris, oleum ex mea compoſitione ad vermes, *Conſultat. noſtr. Med 64.* vtraq; antidotus magna antiqua.

Vermes enecantia vi manifeſta.

Vermes necantia vi occulta

Peculiari verò ratione ad vermes longos, teretes vocatos, valent abſynthium vulgare, & ſantonicum, ſemen ſanctum, lupini, amygdalæ amare, centaurium minùs, ruta, hyſſopus, praſſium, cyminum, ſemina caulium, Syr. de abſynthio, oxymel cũm abſynthio. Latos autem reſpiciunt baccæ lauri, cardamomum, nigella, filix, à quibus aſcarides etiam interficiuntur. Cęterùm, quoniam vermibus aliquando coniungitur fluxus alui, aut ſaltem imminet, propterea in hoc caſu probãtur adſtringentia, vti roſæ, cichoreum, portulaca, plantago, cortex radicum mori, & abſynthium. Ex his medicamentis propoſitis variæ parari poſſunt medicamentorum formulæ, videlicet pulueres, rotulæ, electuaria, ſucci, ſyrupi, decocta, olea, vt ſunt quę parantur ex amygdalis amaris, & nucleis perſicorum. Sed puluis efficaciſſimus ad vermes omnes paratur in hunc modum. *Rec. fragmenta precioſ. an. drach i. cornu cerui, ſem. ſancti, dictamni, myrrhæ, tormentillæ,*

Formula vermes necãtium.

ſem.

ſem cauliũ, ſem. acetoſæ, coriăd. præp. ſem. portulacæ an unc ſs. ſem. leuiſtici drach x Rhabarb. drach. i. ſs. folia auri num. xx. M. f. puluis ſubtilis. Ex quo etiam rotulæ, & electuaria parari poſſunt. *Doſis* medicamentorũ iam dictorum, ſub quacunquè forma vſurpatorum, alibi patet: illud ſolum noto oleum chalchanti, & ſulphuris ad guttas aliquot debere dari: oleum .a. amygd. amarar. ab vnc. ſs. ad lib. ſs. in qua doſi ſolet dari, & oleum commune, quod præcipuè conuenit cùm ſucco limonis, & arancij. *Circà vbi agendum* animaduertendum quod hæc medicamenta nunquam in anum immitenda ſunt, præterquàm in duobus caſibus. Primus eſt, in prouentu vermium aſcaridum. In his enim licèt parare, & clyſteres, & glandes, ex medicamentis propoſitis. Alter eſt, quando vermes alij ab aſcaridibus ſunt in teſtinis craſſis. Tunc verò licet parare clyſteres, & non glandes. Quoniam clyſteres tantùm in hoc caſu attingunt vermes. Sed, & ventriculo ac vmbilico eadem apponi poſſunt. Prædictis autem omnibus licet addere, quæ à proprietate agunt, vti ſunt coralina, lumbrici terreſtres exiccati, & Mercurius, quę etiam per ſe dari poſſunt: Et propterea aliqui dant puluerem lumbricorum ex ſapa vel mulſa.

Doſis vermes necãtium.

Vbi agendum.

Vermes enecantia quando immittenda in anũ

Mercurius autem non datur in ſubſtantia, niſi in caſu deſperato à ſcr. i. ad drach. ij. ex vino. Poterit tamen dari Vinum in quo idem Mercurius ſit maceratus. Et hæc vermes enecant. *Quæ vermes expellunt 14. Meth. ca. vlt lib. 8. ſimpl. Aetius, & Auic. vbi ſup.* ſunt amara, vti aloè, ſpecies hieræ, pilulæ Ruffi, agaricus Troch. Rhabarb. de quorum doſi alias dictum fuit. Hic tamen illud addendum, quæ bilem euacuant, non debere dari in ſumma doſi. Agunt enim vt amara, & non vt ſoluentia. Danda autem ſunt, quæ commemorauimus hactenus, per os. Quæcunquè verò ſunt iniucunda, vti fel omne animalium, vmbilicio ſunt apponenda, aut etiam, ſi adſint aſcarides, adminiſtranda per inferiora. Imò in hoc caſu licet deuenire ad Trochiſcos Andronis, ad ole ſulphuris, & chalchanti. *Vermes* alliciunt ſaccharum, mel, butyrum, lac, adeps medulla, ſapa. Hæc tamen ferè ſemper per inferiora ſunt adminiſtranda. Quod ſi tamen vermes haberent impetum ad hos, allicientia hæc poſſent in ore detineri. In quo caſu etiam adminiſtrari poſſunt reprimentia vermes à partibus ſupernis, & propterea laudo hauſtum aceti, odoramentum factum ex allio, & cepa.

Vermes expellẽtia

Vermes il licentia.

Exponuntur medicamenta morbum in ſitu reſpicientia.

Cap. XXIX.

MORBVS in ſitu obſeruatur, in oſſibus, tunica vueæ oculi in teſtinis, & matrice. Morb' in ſitu, qui contingit oſſibus, dicitur Luxatio, vulgo Dis locatio. *Vide Gal. lib. Artis Med 98. de conſtit art. ca. 12. 2. de fractur. com. 52. 53. 54. & 3. de ijs quæ fiunt in med. com. 21. & paſſim Auic 5. 4. tract. 1. Celſ. lib. 8. cap. 10.* Hæc verò, vel recens eſt, vel antiqua. *In recenti præter manum* operationem, quæ conſiſtit primùm in extenſione, & repoſitione oſſis, deinde in deligatione membri, requirunt medicamenta ante ligationem adhibenda, quæ corroborent ligamenta luxata, contrahant, adſtringantquè, ne ſuperueniat inflammatio Ideò in principio laudo linteum imbutum ſucco plantaginis, cydoniorum, aut vuæ acerbæ. Valet etiã

Luxationis recentis curatio

& ce-

& ceratum Hipp. ſeù vnguentum, quod fit ex ole roſ. compl. & cera: quo pertinet, & vnguentum roſ. Mẽbrum ſic deligatum deponendum in media figura, poſitione molli, æquali, & ſurſum verſus facta, ſicquè detinendum per quatuor dies immotum, deindè laxatis faſcijs, prurituquè excitato, ſi non adſit dolor, primùm apponendum ceratum, æſtate quidem de minio vel Diapalma; hyeme barbarum, vel oxycroceum: deindè à cerato ſuperdanda eſt faſcia, & ad firmitatem capitis oſſis apponendæ ferulę ex corio, vel denſa, & craſſa papyro confectæ, & poſt deligationem deponendum membrum, vtſuprà: tandemquè, vbi membrum, euaſerit robuſtum, ſoluendum id eſt, atquè fouendum decocto abſynthij, roſ. gallar. malicorij, nucum cupreſſi, chamæmeli in vino adſtringenti facto; ac tandem ceratum aliquod ex dictis, abſquè deligatione, eſt ſuperdandum, membrumquè ad conſuetas actiones ſenſim perducendum. Quod ſi in luxatione recenti dolor vrgeat, ſed exiguus adhibendum eſt medicamentum cum ſtuppis, paratum ex bolo armeno, ſanguine Draconis, myrto; malicorio, album ne oui exceptis. Si verò dolor ſit inſignis, inungendus eſt locus oleo myrtino, & roſ. vel maſtic. deindè imponendum medicamentum iam dictum, vel linteum cum cerato Hippoc. cui ſuperdandæ ſunt ſtuppæ oui albumine imbutæ.

Luxationis antiquæ curatio.

In luxatione autem antiqua, oportet priùs materiam circà articulum emollire, atquè diſcutere, exiccarequè, ijs de quib. ſuprà dictum eſt. Emollientibus tamen addo perfuſionem cum aqua lanarum, nec non luta emollientia, vt illa D. Bartholomæi. Diſcutientibus adiungo ſuffitum ex lapide pyrite, vel molari, addo, & foueas balneorum: ac luta D. Hellenæ Patauij. His verò ità factis agendum, vt in luxatione recenti,

Pro tunica vueæ procidentia medicamenta.

Procidentia tunicæ vueæ oculi, *Vide Gal lib fin. med fol. 48. de differ. morb ca. 13. lib de cauſ. morb cap. 10. Paul. 3 ca. 22. & 6. ca. 19. Ceſ lib 7. ca. 7. Aet. li 7 c. 34* vbi affectus eſt in principio; ità vt ſit ſolùm ille affectus, qui communitèr Myocephalon dicitur, atquè etiam incipit ſtaphyloma, requirit medicamenta adſtringentia. Inter quæ, ego laudo cum ſpongia fotum, ex decoct. roſ. plantag. burſæ paſt. & polyg. facto in vino adſtringenti, vel aqua pluuiali, Laudo etiam Cataplaſma confectum ex cidonijs coctis, adiectis acacia, & pulu. roſ. Præter quæ ex ſimplicibus iam commemeratis, & coctis paratur cataplaſma, adiecto modico croci; lycio, hypocyſtide, & ſpica nardi. Sed, & collyrium paratur huiuſcemodi. *Rec. aloes lotæ, Tutiæ prep. Sarcocollæ nutritæ an ſcr. ſs. ſpicæ nard. croci an. gr. v. antimonij. vſti, et loti ter ſcr. i. Cũ cremore tragacanthæ, fiat colyriũ.* Simile fit ex puluere gallarum, lauſtiorumq. cum ſucco fol. oliuę.

Prolapſus inteſtinorum curatio.

In deſcentia, inteſtinorum *Gal. de cauſ. morb. ca 10. Art Med c. 98. Celſ. lib. 7. ca. 14. & c. 20. Paul. lib. 6. c. 65. & li. 3. cap. 53. Aet. lib. 14 c. 7.* præter repoſitionem manu factam, cruribus eleuatis, præter deligaturam ferream, vel ex corio geſtatam, conueniunt medicamenta retinentia inteſtina in ſuo loco, in quorum genere laudo exteriùs cataplaſma ex burſa paſtoris cum fauo mellis, vel ex ſanicula cũ melle. Laudo, & chartam papyraceam ſuper locum affectum geſtatam, & deligatam. Sed præcipuè pro retinendis inteſtinis facit ceratum, quod de pelle arietina dicitur. Debet verò patiens decumbere per 40. dies, eoquè tem-

pore

pore ſingulo mane ſumere drach. i. huius pulueris, cum vnc iij ſucci vel aquæ plantag *Rec. pellis ariet. combuſt vnc. ſs myrtillorum drach iij. nuc. cupres. acaciæ, coralij rubri an. drach. ij fol oliuæ, ſumach an drach i. ſs. M. f. puluis ſubtiliſſimus cui adde ſacch. fini partem tertiam.* Verùm hic notandum, antequam reponantur inteſtina, ſi adſint impedimenta, ea remoueri oportere. Si igitur in inteſtinis ſit ſtercus induratum, illinatur tumor amurca olei, adhibeatur emplaſt. de meliloto, ac tandem inijciatur clyſter communis, & emolliens. Quod ſi adſit inflammatio, ea curetur, vt de tummoribus dictum eſt.

Ad deſcẽſum vteri materia medica.

Quoad deſcenſum vreri, *Vide Gal. introd. ca. 17 6. de loc. aff c25. Aetium lib. 16 cap 76. Paulum lib 3. cap. 72.* repoſita muliere in lecto, cruribus eleuatis, ſuffumigetur ad pudendum per embotum, cum puluere corij angulilæ, vel caſtorei, aſſæ fætidæ & galbani: naribus adhibeantur odorata: & dum hæc peragentur cucurbitula magna adhibeatur vmbilico: partes ſuperiores vngantur, & fricentur. Et his non conferentibus, immittatur in pudendum candela cerea, illita oleo myrtino atquè ſurſum pellatur vterus. Deindè apponatur ſpongia locis mulieribus, imbuta vino adſtringenti, decoctionis malicorij, & gallarum, ac ceratum hoc ſubtus vmbilicum applicetur. *Rec maſticis vnc ſs. galbani drac. iij nucum cupreſſi gallarum an. drac. i galliæ moſcatæ grt vt. Cùm cera pice & oleo maſticino fiat ceratum.* Poſtremò lumborum regio inungatur vnguento Comitiſſæ, vel de cortice caſtanearum Montagnanę. Sed iam medicamenta ſolutam vnitatem concernentia aggrediamur.

De medicamentis ſolutæ Vnitatis, & primum de pertinentibus ad fracturas. *Cap. XXX.*

MEDICAMENTA ad vnitatem ſolutam attinentia, vt ex ſupradictis patet *ſup. c. huius ſect. 24.* vel ad fracturas referuntur, vel ad vulnera, vel ad vlcera, vel ad ruptionem; vel ad diuulſionem, ſeu auulſionem; vel denique ad conuulſionem. De ijs quæ ad tria poſteriora ſpectant, nihil in particulari, vel pauca dicenda ſunt. Nam tametſi ſua ſint his etiam, & propria medicamenta: tamen longiorem per ſe tractatum nequaquam requirunt. Ruptio ſiquidem, eadem ſe è requirit, quæ vulnus. Diuulſio poſtulat adſtringentia, & firmantia. Conuulſio, ſi fiat à repletione, poſtulat reſoluentia; ſi ab inanitione, humectantia; de quibus omnibus iam ſuprà eſt pertractatum Remanent igitur tantùm illa, quæ ad fracturas, ad vulnera, & ad vlcera diriguntur.

Ruptionis; Diuulſionis, Cõuulſionis materiæ medicæ.

Quod igitur ad fracturam attinet, ea vel eſt ſine vulnere, vel cum vulnere.

Fractura ſine vulnere curatio.

Sit ſermo ſit de fractura ſine vulnere, *Vide Gal. 6. Moth ca. 5. & 6. li. Art. Med c 91 & de off med com. 23. Hip. li de frac. paſſim. Celſ li. 8. Paul. li. 7* vnicus eſt ſcopus, oſſis vnio quę p conſolidationẽ non fit, niſi in pueris; in alijs verò interuentu calli circumligantis oſſa. Porrò, ſcopum hunc vt conſequatur medicus, ſic ei agendum eſt. Primò omnium, partes oſſis fracti rectè ſunt committendæ. quod fit à Chirurgo trib. modis manu, funibus ſeu habenis, ac tandem machinamentis. Facta extenſione, & cõmiſſis partib. ſeruandæ ſunt in ea commiſſione partes,

& inflammatio arcenda, quod fit deligatura, vel ſecundum Hippocratem, *Hippoc. lib. de fractur. paſsim Celſ. lib. 8. Paulum lib. 7. de fract. à cap. 26. ad 31.* vel ſecundum Celſum. *lib. 8. cap. 70.* Circà illam Hippocratis noto. Primò, poſt ſecundam faſciam ſplenia, & plagulas ex pannis, inunctas cerato Hippocr. eſſe adhibendas. Secundò, Faſcias arctius deligandas eſſe, circà fracturam. Quomodocunquè verò fiat deligatio, tertio, & ſeptimò quoquè die ſoluenda illa eſt, & renouanda, & in deligatione ſeptimæ dei aptandæ, ſunt ferulæ ligneæ, *6. Meth. 5.* curuabiles, vel ex papyro craſſiore. Atquè hæc dum fiunt, proſpiciendum quoquè eſt ſaluti partium adiacentium, & ideò ceratum Hippocratis, & lintea vino nigro auſtero imbuta, vel medicamentum ex pulueribus adſtringentibus, oui albumine exceptis, vel ſtuppæ, vino prædicto imbutæ, apponendæ. Membrum autẽ ipſum collocandum eſt in canali, *3. de offic com. 51. 52. 53.* ex charta craſſa parata, vel in capſula lignea, ſeruata ipſius figura media. His peractis deueniendum eſt ad ea, quæ callum inducunt. *De his videatur Gal. 5. Simpl. 16. 6. Meth. de fractur. com. 1. t. 41. 3. de comp. med. per gen. ca 9 & 2. ibid. c. 17. & 5 ibid. cap. 2.* Qua in re præter alimenta craſſa, & viſcida, probantur medicamenta tùm externa, tùm interna. Interna ſunt pulu. rad. agrimon. ad drach. ij ex vino datus: ſuccus eiuſdem ad vnc. ij. In qua doſi conuenit, & ſuccus primulæ veris. Extrà conuenit linimentum, factum ex farina volatili, cum albumine oui. Emplaſtrum etiam quod, *Rec. pulu. bol. arm. ſang. drac. malicor gallar. bauſt. ior. roſ. an. drach. i farina volatilis vnc. iij cum albumine oui excipiantur.* Ex ceratis, æſtate conuenit ceratum diapalma; hyeme barbarum, & oxycroceum. Ante quæ tamen omnia, paranda perfuſio eſt, ex decoct. rad. vlmi, fraxini roſar. plantag. gallar. & huiuſmodi, deligatura verò quintò quoquè die, mutanda. Atquè hic modus conuenit in fractura tùm tranſuerſali, tùm in longum facta, ea tantùm differentia, quòd in ſecunda arctior requiritur deligatura. *Cæterum quoniam fracturæ* multa ſymptoma adiunguntur, quæ, & ipſa medicamentis indigent, ad hæc etiam reſpiciendum eſt. Sunt autem Symptomata ferè octo. Superuenit ſi quidẽ fracturis non rarò dolor, inflammatio, pruritus, excoriatio, gangrana quoque, & membri gracilitas: callus item fit ſæpè vel maior, vel minor, quàm deceat: figura deniquè membri interdum diſtorquetur. *Si igitur dolor* vrſerit, ei occuri poteſt, vel ſpongia olea roſac. imbuta, vel lana ſuccida, oleo, & aceto coctis imbuta; vel fotu ex decocto maluar. & chamæmeli; vel inunctione facta ex oleo chamæmelino, & lumbricato, à qua ſuperdandum eſt linteum vino nigro imbutum. Hùc pertinet ceratũ Hipp. *Pro inflãmatione* cõuenit emplaſtrum quod *Rec. flor. chamameli, violar an. M i. radic. alth. vnc. iiij Coquantur, piſtentur, deinde addatur farina hordei vnc. iiij. Sapo vnc. i ſs ol. roſ. viol. an. vnc. ij. Cum vino nigro aut aqua hordei f. cataplaſma*, cui, ſi feruor adiungatur inſignis, poterunt addi plantago, balauſtia, & ſimilia; & in declinatione adhibere licebit fotum ex decocto in vino beton. & chamæmeli vel roſar. & calamenthi. *Si superuenerit pruritus*, fiat perfuſio cum calida ad vapores diſcutiendos: vel fotus cum ſpongia in eadem aqua, vel etiam marina macerata. *Excoriatio.* corrigitur refrigerantibus, & ſiccantibus.

Callũ inducentia.

Symptomata fracturum vt tractãda.

Dolor.

Inflãmatio.

Pruritus.

tibus. Propterea vnguentum de ceruſſa cum, & ſine camphora, & in maximo feruore, Vnguentum populeum probatur, & in hyeme vnguentum ex minio.

Callus minor aut maior q̃ doceat.

Si callus ſit minor quàm conuenit, præter victum pleniorem, vti oportet faſcijs laxatis, medicamentis adſtringentibus, perfuſione calidè *Si verò maior* ſit quam deceat, contraria quaſi adhibenda ſunt, calluſquè emolliendus, emplaſtro ex althea, malua, meliloto coctis, & addita pinguedine anatis, priùs tamen facienda perfuſio, ac tandem ad conſolidantia perueniendum, de quibus ſuprà.

Gangrænæ.

Quo ſi gangrena infeſtet, perfundatur locus lixiuio decoctionis plantag. pentaphylli, ſcordij: deindè adhibeatur cataplaſma quod; *Rec. farinæ lupinor. lib ſs pulu ſcord. vnc ſs pulu ſem. citri drach ij cum oxymell. & lixiuio fiat emplaſt*

Membri macies.

In gracilitate. & macie membri, ſi ea fiat ob faſcias nimis arctas, laxandæ illæ erunt: ſi ob paucitatem alimenti, nutriatur æger, balneum aquæ dulcis paretur, adhibeatur picatio.

Figura membri diſtorta.

Figura membri diſtorquetur non benè coaptatis oſſibus. Quo in caſu, ſi impediatur motus, patiens ſit iuuenis, robuſtus callus recens, os fractum exiguum, fracturam denuo rumpere oportet, facta priùs calli emollitione medicamentis ſuprà dictis. Frangitur verò callus manibus, vel inſtrumento aliquo accommodato. Atquè ſic agendum in fractura ſine vulnere.

Fractura cum vulnere curatio.

Quod ſi fractura ſit cum vulnere, vel in ea os non eſt detectum, vel detectum conſpicitur. Si detectum eſt, vel ſquammula ſeù fruſtrũ oſſis receſſurum creditur, vel non creditur. *Si igitur fractura ſit cum* vulnere, *De huius curatione Hippocrat. agit 3. de fract. à tex.* 8. & in ea os non conſpiciatur nequè ſquammulam oſſis iri ſeparatam creditur, rimia oſſium eſt coaptanda, & conſeruanda fibulis, vel ſutura: deindè pro conſeruatione partium, adhibenda, quæ dolorem, & inflammationem arcent, de quibus ſuprà; in curatione fracturæ ſine vulnere. Quibus illud tamen hic addendum abſente dolore, conuenire adſtringentia, ſtabilientia fracturam. His peractis faſciæ molliores, latiores ac minùs arctæ ſunt adhibendæ, ità vt potiùs medicus curet aſſequi intentum ſuum pluribus circumuolutionibus, quàm alia ratione. Soluendæ autem ſunt faſciæ, tertio quoquè die, ferulæquè non adhibendæ parti vulneratæ, ſed ſupplenda earum facultas multitudine faſciarum

In qua os nõ conſpicitur, nec oſſis fruſtum ſeparatum iri creditur.

Si fractura ſit cum vulnere, De huius curatione, Vide Hippocr. ibid. text. 28. & 27. in qua os non eſt detectum, aliquod tamen oſſis fruſtulum ſeparatum iri creditur: in hoc caſu animaduertere oportet, an os ſit ſeparatum, an non. Si ſeparatum eſt, volſella educendum eſt, & ſi per rimam ſit ſeparatum, detineatur tamen in ſuo loco, ſi fieri poteſt, attrahendum ſine violentia, ſecus, dimittendum negocium naturæ. Si os non ſit ſeparatum, nihil paritèr medico eſt agendum. Sed in hoc caſu, prærer dicta, animaduertendum, an fruſtulum oſſis ſit paruum, vel magnum. Si paruum erit oſſis fruſtullum, cauendum ne pũs collectũ in fractura commoretur, & os bonum corrumpat, & ideò pus euacuandum, deindè receſſio oſſis iuuanda, quod præſtabit medicus, ſi faſciam laxam, & frequentem adhibebit. Ferulæ autem non ſunt apponendæ, vt pus poſſit effluere. Quanquam verò in fractura os ſeparari oporteat, conſuendum tamen vulnus, quoniam natura non permittit vulnus vniri in ea parte,

In qua os non conſpicitur, ſed oſſis fruſtulum ſeparatum iri creditur.

à qua exire debet os. Si verò fruſtulum erit magnum, parentur plagulæ è panno lineo duplicato, madefacto in vino nigro, & auſtero. Sic enim ſtabilitur fractura: ſed priùs tamen apponatur cerat. roſ. vel linteum in vino, & oleo madefactum. Poſt hęc, tranſacta omni ſuſpicione inflammationis, extrahendum os oleo veteri, cera citrina, medicamento quod, *Rec. ſordices vaſor. apium unc. i euphorbij drach i. Tithymali drach. ij. Ariſtolochiæ drachm. iij. M. ad ignem*. Quod ſi patiens mollis fuerit, & temperamenti calidi; conueniunt ammoniacum, bdellium diſſoluta cum oleo lilaceo. A proprietate valet cinis lumbricorũ terreſtrium cum melle. *Si denique fractura cum* vulnere habeat os denudatum, *De hac. Hippoc. 3. de fract. t. 43. ante ac poſt.* cooperiendum id, adductis labijs vulneris, fibulis, vel ſutura, & agendum poſtea, vt in fractura ſimplici. Et ſi fortè os extrà fracturam promineat, reſtituatur in proprias cauitates, beneficio extenſionis, & poſteà vulnus conſuatur; & ſi non poſit reponi, lima ferrea, vel alio inſtrumento, breuius reddatur, & coaptetur, & ſi difficulter coaptetur, tùm etiam ità pręciſum, quantum fieri poteſt, reponatur inſtrumentis, ſeu ſcalpellis, altero extremo latioribus, & tenuioribus nter oſſa fracta impoſitis, & modo rectis fractura inflectatur, ità vt oſſa magis, quàm muſculi, extendantur, & reponantur.

In qua os de nudatum conſpicitur.

Medicamenta vulneribus accomoda percenſentur.

Cap. XXXI.

Vulneris ſimplicis cura.

VVLNVS vel eſt ſimplex, vel compoſitum. Vulnus ſimplex vniendum eſt, *Vide Galen. lib. Artis Med. cap. 90. 4. Meth. 6. 3. Meth paſſim. Auic. 3. 4. tr. 1. ca. 3. Celſ. lib 5. cap. 26. & c.* & agglutiandum. Id verò poteſt fieri, & materijs Chirurgicis, & medicamentis. *Materiæ* Chirurgicæ ſunt quatuor, Deligatura, Fibula, Sutura, & Glutinum, circa quas digredi pertinet ad Chirurgum.

Materia Chirurgica.

Solum duo noto, quorum vnum pertinet ad ſuturam, & eſt, vt antequàm illa adhibeatur, prius ſanguis grumefactus detergeatur, ſuper affuſo vino nigro auſtero. *3 Meth. 4.* Alterum attinet ad glutinum, ac illius compoſitionem. Solet igitur parari glutinum ex puluere thuris, ſarcocolæ, maſtic. boli armen. ſang. drach. albumine oui exceptorum: quò pertinet, & farina volatilis, fabrorum fuligo, gypſum, Tragacantha, & reſina. Et ſi timeatur, ne ob humiditatem, à vulnere prodeuntem, glutinum fruſtretur ſua operatione, poterit ei addi reſina pini, vel picea, ammoniacum in aceto diſſolutum, & gummi elemi. Sed nec illud interim eſt ignorandum, quod deligatio eſt debilior ſutura, *3. Met. vls. Celſ. loc citatio.* ſutura fibulis, & fibula glutino. Quare ſi vulnus ſit minimum, nihil agendum, ſed negocium naturæ dimittendum Si verò vulnus ſit paruum, ſufficit tela araneæ farina referta, raſura corrigiarum, vel aliud quid ſimile agglutinans. Si vulnus ſit magnum, ac per longitudinem muſculorum, conuenit deligatura: ſi latum ſit vulnus, atq; per tranſuerſum, etiam fibula commoda eſt: glutimum autem indifferenter in omni vulnere probatur *Medicamẽta agglutinantia, de his Gal 5 Simp. c 1 & 16 & 3. Meth. 4. & 5. 1 de comp per gen* quæ poſt adhibitas materias Chirurgicas iam dictas, ſuperdanda ſunt vulneri, ſunt

Materia Pharmaceutica.

quæ

quæcunquè ſanguinem abſumunt, atquè carn s raritatem adſtringendo remouent. Sunt autem mitia, mediocra, & fortia. *Agglutinãtia mitia.* Mitia ſunt, quæ ex roſis, plantagine, vlmo, thure parantur; & inter compoſita habetur ceratum de minio, & de ceruſſa; item vnguentum de Tuthia. *Mediocria.* Mediocria ſunt, quæ parantur ex cauda equina, rubo, maſtiche, corallis, vino nigro auſtero, & folijs ſalicum; & inter compoſita ceratum barbarum minùs, & diapalma. *Fortia.* Fortia ſunt, quæ parantur ex bolo armeno, ſanguine draconis, myrto, nucibus cupreſſi, malicorio, gallis immaturis, & inter compoſita præcipuè ceratum barbarum maius. Illud autem interim notandum eſt, ex ſimplicibus propoſitis, poſſe parari, pulueres, ſuccosq́, vnguenta, & ſimilia, quæ adhibenda ſunt vulneri, prout decet, & vſus poſtulat.

Vulnus compoſitũ quid. Quod ad Vulnus compoſitum attinet, tale eſt vulnus cauum, quod huiuſcemodi euadit, vel quia deperdita ſit aliqua portio ſubſtantię, vel quia labia vulneris inuicem abſcedunt. *Eius cura.* In hoc verò adhibenda ſunt, 3. *Lib. Meth. cap* 3. præter agglutiantia, etiam Sarcotica, quæ ſcilicet exiccant, & abſumunt excrementum craſſum, atquè etiam tenuè, quod in carnis generatione continuò aggregatur. Priùs tamen materia in vulnere exiſtens, & quã expellere pars non poteſt, eſt concoquenda, ſeù digerenda; deindè detergenda.

Digerẽtia. Pro degeſtione conueniunt medicamenta pus mouentia, vti ſunt oleum roſatum copletum Terebyntina, digeſtiuum lotum, & alia ſuprà propoſita. *ſup. huius ſect. cap.* 27. Quibus omnibus tamdiù vtendum, quamdiù in vulnere aliquid puris conſpicitur. *Detergentia.* Detergentia, *De his.* 5. *ſimpl.* 12. 11. *Meth.* 13. 2. *ad Glau. cap.* 8. quæ digerentibus ſuccedunt: ſunt mel, melicratum, mel roſatum ſimplex medicamentum ex farina hordei, & fabarum cum melle, decoctum hordei, lupinorumq́, furfurum, radicis genitianæ, Thermæ ſalſuginoſæ, & nitroſæ. *Sarcotica.* Sarcotica, *De his* 3. *Meth. cap.* 4. 5. *ampl.* 16. quibus poſt detergentia locus eſt, ſunt ea quæ carne implent caua vulnera, & ſunt ſicca in primò gradu, detergentquè ſine morſu. Parantur autem ex farina hordei, fabarum, thure, iride, farina erui, ariſtolochia, panace, & ſimilibus. Ex his enim ſolent parari pulueres varij, qui inſperguntur vulneri pro vſu antedicto. *Epulotica.* De cicatricem inducentibus, quæ vltima ſunt, paulò infrà occaſione vlcerũ agemus. *Cap. ſeq.* Illud hic notandum eſt, cicatrizantia paritèr debere remouere impedimenta, quæ obſtant, quò minùs generetur cicatrix. Cum ergo, quò minus cicatrix ex ſubiecta carne generetur, quæ eſt veluti cutis, obſtet humorq́, tùm naturalis, 3. *Meth.* 4. tùm excrementitiùs, hic vterquè per epulotica eſt abſumendus, quæ, & ideò ſicca eſſe debent in tertiò gradu, & in ſecundò adſtringentia, vt ex his pateat, epulotica magis talia eſſe, id eſt magis ſiccãtia, & adſtringentia, 5. *Simplic.* 16. quàm agglutinantia. Sed illud etiam addendum, ea quoquè, quæ carnem abſumunt, & liquant inſigni calore, vti ſunt catheretica, cicatricem inducere, eaquè probari in carne dura. Hæc tamen, ſi lauentur, euadunt mitiora, & probantur in carne etiam molli. Et hæc ſunt medicamenta quibus in vulneribus ſanandis vtimur.

Symptomata vulnerũ vt tractanda. *Verùm enim verò*, quoniam, dum prædicta peraguntur, non rarò ſymptomata quædam ſuperueniunt, vt dolor, fluor ſanguinis, inflammatio, & in cicatrice aliquando

inſignis deformitas derelinquitur, ideo de de medicamẽtis etiã ad hęc appoſitis, aliquid eſt dicendum.

Dolor.

Si igitur dolor occurrat, conuenit anodynum, quale eſt ceratum Hippocratis, perfuſio facta cum vino auſtero nigro, & aqua: Emplaſtrũ ex mica panis, lacte vaccino, oleo roſac. compl ſuperdatum alijs medicamentis.

Fluor ſanguinis.

Si ſanguinis fluor infeſtet, agendum ijs medicamentis de quibus dicetur infrà *c. vlt. huius ſect.*

Inflammatio.

Si inflammationis ſuſpicio ſit pręter venę ſectionem, cucurbitulas, hirudines, quæ conueniunt ratione materiæ fluxæ, ſicut ratione fluentis conueniunt frictiones, ligaturæ extremorum; probantur medicamenta reuellentia, intercipientia, & repellentia. Reuellentia ſunt purgantia, quæ reſpiciunt bilem, ſuccum ſalſum, & aduſtum, circà quæ opera danda, vt, quantum fieri poteſt, ſint immunia ab inſigni calore, & ſi poſſibile ſit, potius refrigerent. De his verò alias dixi nũc illud dicere ſufficiat, dilui ea debere ſero lactis, aut ſaltem poſt ea, apozema ex eodem ſero propinandum. Ante verò eorum exhibitionẽ poterunt Lenientia, & Præparantia vſurpari. Dico poterunt. Quia ſi appareant veſtigia inflammationis, ſtatim purgans dandum abſquè pręparatione, id quod faciendum etiam ſi non ſit præſens inflammatio, ſed cum cautela tamen. Intercipientia iam expoſita ſunt. *ſup. ca.* 23. Poſſunt autem adhiberi: pro his, petiæ lineæ in polca madefactæ, ſuprà locum vulneratum: quò item pertinent ſucci plantarum adſtringentiũ cum aceto. Repellentibus, de quibus, & ipſis iam dictum eſt. *ſup c.* 18. vtendum eſt vſquè ad ſeptimum diem, ſi præſens ſit inflammatio. Vt plurimùm enim dies hic ſolet eſſe terminus inflammationis. *Gal. 3. de comp. per gen cap.* 2. Quod ſi immineat tantum inflammatio, poterunt vſurpari vſquè ad diem quintum.

Ciccatrici deformitas quadruplex.

Cauitas.

Quoad cicatricem, circa eam quattuor occurrere ſolent, quę indigent emendatione, cauitas, eminentia, color prauus, & rugæ. Ratione cauitatis, ſi patiens ſit adoleſcens robuſtus, tentabit medicus regenerare portionem aliquam ſubſtantiæ quod aſſequetur, ſi frequentèr ſcarificet cicatricem ſuperficie tenus, deindè, tanquam ſarcoticum, ſuperimponat vnguentum ex ſucco betonicæ, cera, ac oleo. Et ſi voluerit medicus cohibere generationem cicatricis cauæ, (poterit autem id præſtare, vbi ſupereſt cauitas exigua tantùm) hoc tempore vtatur epuloticis. Ad hoc verò obtineneum non parum iuuabit, labia vulneris ſuſpenſa detinere, vel linimentis ſiccis, vel glutino aliquo cum anſulis, quibus lab[illegible] eleuata permanent.

Eminẽtia.

Eminentia cicatricis fit, aut carne nimis excreſcente, aut labio vno ſuper alterum glutinato. Si primùm, ſcarificanda eſt pars, & deniquè apponendum medicamentum cathæreticum. Si ſecundum, pars pariter eſt ſcarificanda, deindè applicandum medicamentum cicatrizan.

Color prauus.

Color prauus, Vide Celſ. lib. 5. cap. 26. cicatrix emendatur victus ratione, & intemperiè viſcerum mutatis, ac tandem detergentibus, diſcutientibus, & ſiccantibus. Quare ad cicatricem albam; paratur lamina plumbi albi, vel deraſi, vel contriti. Conuenit etiam, & radix cucumeris agreſtis, & colocynthidis ſuperpoſita. Ad nigras cicatrices confert ægruo, plumbum lotum calamenthum cum vino decoctum, & puluis ellebori nigri ex aliquo vnguento appoſitus.

Ruga.

Quod ſi cicatrix ſit rugoſa, priùs ſcarifica

ſcarificetur pars, deinde apponantur erodentia, tandem cicatrizantia. *Si tandem magna* ſit cicatrix, & multiformis, non curatur. Si fuerit dura poteſt emendari pinguedine humana, ol. de been, de vitellis ouorum. His verò ſic conſtitutis, de medicamentis vulnerarijs, quæ ſcilicet ſanguinem depurant, putredinem arcent, grumos diſſoluunt, aliena eijciunt, ac tandem expurgant, eſſet agendum. Sed quia hæc proponuntur ab omnibus Chirurgis, propterea de his dicere conſultò ſuperſedeo, illud ſolùm obſeruo, hæc non conuenire in principio, nec vbi febris ac inflammatio imminet, aut præſens eſt.

Exponuntur medicamenta quæ conueniunt vlceribus.

Cap. XXXI.

VLCERIS medicamenta, diriguntur vel ad vlcus in communi, vel ad vlcus compoſitum.

Medicamenta pro vlcere in communi.

Quæ diriguntur ad vlcus in communi, *Ita Gal. 13. Meth. ca. 9. 1. de comp per gen ca. 12. 3. de fractur. com. 7. 7. aph. 12. Celſ. lib. 5 ca. 16 Rahaſ li. 15 ca. 3.* ſunt primùm ſuppurantia, quæ conueniunt ratione materiæ, quæ extra vaſa in poroſitates mem-
1 brorum influxit, ſuntquè tamdiù vſurpanda, quamdiù pus apparue-
2 rit læue, album, & æquale, deindè detergentia; tùm ſarcotica ſeù car-
3 ne implentia, tandem cicatrizantia. De ſuppurantibus, detergentibus, Sarcoticis, ſatis iam dictum eſt.
4 Illud tantùm hic addendum, quòd ad Sarcotica pertinet, aliquando propter errorem Medici, vel ægri, vſquè adeò carnem excreſcere, vt medicus hanc ipſam abſumere teneatur. *De his Gal. 5. Simpl ca. 15.* In hunc verò vſum faciunt filamenta arida, linteum in aqua ſalita infuſum, alumen vſtum, myſi, calcithis, ærugo vnguentum Aegyptiacum, oleum chalcanti. Quæ autem cicatricem inducunt, *Vide Galen 5. Simplic. med. ca. 16. 4 de comp. per. gen. ca. 1. 13. Meth. 5. 5 Simpl ca. 26.* Epulotica dicta, ſunt, quæ fiunt, ex filiamentis ſiccis, lithargyro, tuthia præparata, gallis immaturis, malicorio. Inter compoſita conuenit ceratum ex minio, ex palma, ex ceruſa.

Carnem abſumentia ſeu catheretica.

Vlcus compoſitum quid.

Quod ad vlcus compoſitum attinet, *Vide Galen. 4 Meth. ca. 1. 4. de comp. per. gen. 5. 2. ad Glau. cap. 8.* tale eſt, quod adiungit ſibi, vel fluxum humorum; vel intemperiem; vel molliciem, vel oſſis corruptionem; vel fiſtulam, in quibus omnibus remouendis, valdè diligens eſſe debet medicus. Porrò, quibus is medicamentis fluxum humorum, intemperiem, molliciem remoueat, facilè eſt ex dictis colligere. Circà fiſtulas illud notare oportet, vt, quantum fieri poteſt, callus adimatur. *Vide de his Gal. 8 ſimpl 5 Local. 1. de comp per gen cap. vlt* In hoc autem caſu, ſi callus ſit exiguus, nihil præſtantius herba regina, & vnguento Apoſtolorum: ſi maior, conueniunt medicamenta erodentia; ſi magnus, cauſtica, & actualia, & potentialia. Et vbi non patet aditus iſtis medicamentis, licebit dilatare, ſinum cum turunda, facta ex radice gentianæ, vel ex ſpongia. De medicamentis corruptionem oſſis emendantibus, ſciendum, antequam adhibeantur, priùs oſſa detegi debere, ac poſtmodum applicanda medicamenta valdè ſiccantia, *Gale. 6. aph 46 de comp. per gen ca. 67 & 11.* Hæc enim admodum, vbi os in ſuperficiè corruptum eſt, probantur. Talia ſunt ariſtolochia, myrrha, aloè, radix peucèdani, pumex vſtus,

Medicamenta callum adimentia in fiſtulis.

Medicamenta corruptionem oſſis emendantia.

ſcoria æris, euphorbium chalchantum & inter cætera ol. chalchanti, & ſulphuris, necnon aqua fortis, qua ſeparatur aurum ab argento. In horum tamen vſu, partes vicinæ ſunt muniendæ linteis madefactis, in aliquo liquore refrigeranti. His verò non conferentibus ad terebrum, ſcalprum, ferrum ignitum deueniēdum eſt. Sed de medicamentis morbi quodlibet genus emendantibus hactenus.

Tranſitur ad medicamenta retundentia Symptomata. Agitur de Anodynis.

Cap. XXXIII.

INTER Symptomata, tria ferè occurunt, quæ opera medici ſeorſum indigent. Sunt autem dolor, *De huius curatione vide 12 Meth. ca.*8. ſtupor ſeù torpor facultatis corpus gubernantis, & fluxus immoderatus.

Anodyna quadruplicia. *Quantum attinet* ad dolorem occurrunt medicamenta anodyna vocata. Hæc quadruplicia ſunt, facultatem diſtrahentia, ſeù aliò auertentia; ſtupefacientia; Emplaſtica, & modicè digerentia, quæ ſenſum æquantia à nonnullis dicuntur: è quibus ea quæ primi, & ſecundi generis ſunt, impropriè, quę tertij propriè, quæ quarti propriiſſimè anodyna à Galeno vocantur. 5. *Simplic. cap.* 19.

Porrò indicantur hęc omnia à triſti ſenſatione, in qua forma doloris conſiſtit, ſed diuerſimodè. Cū enim duo ad illam concurrant, iudicium, & receptio, ſi ſumitur ratione iudicij, indicat anodyna facultatem diſtrahentia, ſi ratione receptionis, tria reliqua *Anodynorum ſingulorum indicātia.* Nam cum duo in receptione conſiderentur, & ipſa ſcilicet receptio, & id quòd neceſſariò hanc receptionem ſequitur, nimirùm materia à dolore attracta, ratione quidem huius indicat modicè digerens: ratione verò, illius tùm ſtupefaciens, tùm Emplaſticum: ſtupefacies quidem quod frigidum eſt, quatenus organum, quod ad receptionem concurrit, effectum eſt calidum calore innato: Emplaſticum verò, quod denſandi ſimul, & humectandi vim habet, quatenus idem ab alteratrice ſiccum, ſiccitate ad receptionem requiſita, à formatrice autem rarum conſtitutum eſt, ob exquiſitiorem ſenſum, cum, vbi maior raritas, ibi ſpiritus animalis promptius ſuos radios mittat, & conſequentèr melior fiat ſenſatio. Conſtitui autem ſtupefaciens; & emplaſticum indicari à ſolo organo ad receptionem concurrente. Nā tametſi ad receptionē concurrat pręter organū etiam ipſa facultas: tamen cum facultas nihil patiatur, ſed tantùm Organum, à facultate indicatio nulla ſumitur. Sed iam in particulari materias horum anodynorum perſequamur.

Anodyna facultatē diſtrahentia, quæ & quotuplicia. Anodyna igitur facultatem diſtrahentia ſunt omnia ea, quę induceunt ab obiecto moleſto ad obiectum aliud, ſiuè iucundum, qualia ſunt muſica, colloquia amicorum: ſiuè moleſtius, quę anodyna dolorifica vocantur. *De his Hippoc.* 2 *aph.* 46. In horum genere ſunt veſicatoria, aut etiam puluis paratus ex ſcammonio, vtroquè elleboro, colocynthide, cuius pulueris drach. j. inſpergitur parti non dolenti, excitatur vulcus, & proinde dolor, qui eſt in cauſa, vt prior ſedetur, & fiat illud, quod in ore mediocrum verſatur, Dolor eſt medicina doloris. *Hippoc.* 26. *Epid* 9. *Stupefacientia* nō *Stupefacientia.* conueniunt, *De his.* 5 *Simpl. cap.* 19. 11. *Meth. cap.* 1. & 8. niſi alijs non conferentibus, & ſtante doloris vehementia.

Ex

Ex his, in ordine ſimpliciũ ſunt, flores violarũ, ſalicis, lactucę, nymphææ, ſolanum, mandragora, vtrumque papauer opium, ſuccus à papauere expreſſus hyoſcyamus albus cùm croco correctus. Compoſita ex dictis varia parari poſſunt in officinis autem habentur parata, inter intrinſeca, pilulę de cynogloſſa, Trochiſci diaſpermaton Galeni, Theriaca recens, Philonium Romanum, & Requies Nicolai. Inter extrinſeca olea, & vnguenta. Vnguenta ſunt populeũ, & nenupharinũ. Olea ſunt violatum, nenuphar. de floribus ſalicum. Doſis horum medicamentorũ varia erit, pro varietate, actiuitatis doloris. Communitèr autem Trochiſci Diaſpermaton dantur ad ſcrup. ij. Pilulæ de cynogloſſ. ad gr. viij. & ſcr. ſs. Theriaca, ac reliqua electuaria ad drach. j, Syr. de papauere ad vnc. ij. cum vnc. iiij. aq. lactu, vel violar. Olea autem & vnguenta præſcribuntur ad vnc. j. vel ij. atque vrgente neceſſitate pluribus vicibus adhibentur, & ſatis copioſè. In genere autẽ vnguentorũ ego ſoleo ordinare huiuſmodi *Rec vnguenti populei drac iij ol. nenuphar. vnc. i. Philonij perſici, vel Romani ſcrup. ij. M.* Vel *Rec. ol. nenuph. vnc 1. Vnguent popul. vnc. ſs. Opij croci an. gr. iiij. M.* Cæterùm fiunt etiam fotus, & perfuſiones, ex decocto, & oleo ſimplicium dictorum, necnon ex aquis ſtillaticijs; fiũt, & cataplaſmata, item & clyſteres. Quantum attinet ad modum exhibendi, intrinſecùs, in dolore contumaci, conueniunt medinamenta ſolida: in miti potiones calidæ, vel tepidæ aſſumptę: exteriùs autem fotus, cùm petijs lineis, aut ſpongijs, perfuſiones, linimenta, & cataplaſmata, vt diximus, adhiberi poſſunt, quibus ratione vehiculi poterit addi acetũ, vel ſuccus limonis; rõne cõſeruationis caloris natiui, crocum, chamæmelum, anethum, fœnugræcum & althea. Omnia verò externa calida, aut ſaltem tepida vſurpanda ſunt. Mihi autem familiaria nulla ſunt, ſed ex tempore ſoleo componere medicamentum ſecundùm rationem iam propoſitam. De Tempore adhibendi, omnia hęc conueniunt vbi pręſens dolor eſt; an verò poſt, vel antè euacuationem, ſic declarare oportet. Vbi enim euacuatio ſimul dolorem minuit, quia cauſam illius aufert, tunc euacuatio pręcedere debet ſtupefacientia. At ſi euacuatio non tollat cauſam actu doloris, ſed fluxum humorum corrigat, tunc ſtupefacientia ante illam pręmitti poſſunt, iuxta illud *Auic.* 4. 1. Cùm ad diuerſa trahere volueris, priùs, ſed à dolorem. In vſu autem horum ſtupefacientium, tamdiù perſeuerandum, quamdiù vehementia doloris durat, & priùs externa, de indè interna medicamenta ſunt adminiſtranda. In genere internorum probantur, quæ opio ſunt referta, in dolore à cauſa valida, 12. *Meth. c.* 1. vehementi, cui vigiliæ ſunt iunctæ: externa verò cuilibet parti adhibentur.

Doſis ſtupefacientium.

Modus exhibenui ſtupefaciẽtia.

Tempus.

Locus.

Anodyna Emplaſtica ſunt, *De his Gal.* 5 *Simpl. ca.* 8. 1. *Simpl* 12 quæ fiũt ex oleo communi, ſeſamino, & amygdal. dulc. ex adipe vituli, hirci, & caprę: ex pinguedine ſuis, gallinę, & anſeris: ex lacte bubulo, caprę, & ouis: ex butyro, & omentis animalium, ex malua, violaria, althea, ex pomis dulcibus, vuis paſſis, pulpa caſſię, farina triticea, pane modicè cocto.

Emplaſtica anodyna.

Anodyna ſenſum æquantia, De his Gal. 5 *Simp.* 19 & 12. *Meth. c* 1. ſeu modicè digerẽtia tenuium ſunt partium, vel temperata ſaltem, vel calida. Fiunt autem ex vitellis ouorum, milio, eruo, chamęmelo, anetho, fœnugræco, ſem. lini, oleo cõi, cum

Anodyna ſenſum æquãtia.

cum vino albo tenui, vel cumino mixto. Sed & quædam anodyna habentur quæ emplaſtica, & calida ſunt vti ol. lumbric. roſ. compl. Vnguentum ex althea, & alabaſtrinum medicamentum quod fit ex Terebynthina, butyro, & vitellis ouorũ item quod ex cremore ptiſſanæ conficitur, & ol. comm. recenti. Doſis horum medicamentorum diuerſa exiſtit. Si enim per os danda ſunt, vti ol. amygd dulce, & ſẽ. lini, & decoct plantarum prædictarum, paſſularum, necnon lac: oleum datur ad lib. ſs. decoctum, & lac ad vnc. x. Externorum autem doſis vnica conſtitui non poteſt, ſicut ex alibi dictis colligi poteſt. De modo exhibendi, in contumaci dolore probantur perfuſiones, Cataplaſmata, & ſacculi ex prædictis parata. Fotus autem, linimenta, vnguenta, & omenta calefacta in oleis, vel vino ſubauſtero conueniunt in dolore non adeo contumaci, eaquè ſemper actu calida, vel tepida ſaltem applicanda ſunt. Id quod intelligere oportet etiam de his, quæ intro dantur. Quoad tẽpus. Cõueniũt oĩa vbi dolor eſt preſens. Sed priùs totum eſt euacuãdũ, quod tamen ſano modo intelligere oportet. Primùm.n. hoc intelligẽdũ venit de anodynis calid. Hæc.n. ſupponũt euacuationẽ totius, antequã exteriùs adhibeantur. Deinde circà idem notandum quod ſuperiùs tradidimus, ſi euacuatio ſimul tollat cauſã doloris, 12. *Meth.* 1. & 9. hanc priùs eſſe molẽdã, deinde adhibenda anadyna. At ſi euacuatio non auferat cauſam doloris proximam, eſſe poſtponẽdã anodynis. Circà vbi agẽdũ patet intùs, & extra adhiberi hæc anodyna, ꝑ diuerſitate dolentis partis. Imo, & clyſteres anodyni fiunt vt ſup. dictum eſt. Quo.a. horum locorum adhibere ea conueniat, illud attinet ad iudicium diſcretiuum ipſius medici determinare.

Doſis ſenſũ æquantium. — *Modus exhibendi.* — *Tempus.* — *Locus.*

Medicamenta ad facultatem ſopitã proponuntur. Cap. XXXIV.

MEdicamẽta facultatis ſopitę, cõmunitèr excitatoria vocãtur. *De his multa Gal. lib. 1. ad Gla. c. 13. Auic li 3 fẽ. 1 tr. 3. c. 9. & 12 tr. 5. c 14. Aet li. 6. c 27. Paul li 3. c. 9. 18. 71. Aet. 1. acut. c. 2. & 7. Celſ. lib. 1. ca. 30.* Hæc oĩa in eo conueniunt, ꝙ ſint acria tactui infenſa, & ingrata odoratui, ac guſtui ſummatimq; oẽm ſenſum conſtantia. Ideò medicamenta purgantia pituitã, clyſteres, & ſuppoſitoria acria, eandẽ pituitã reſpicientia, ſuprà propoſita hùc referuntur. Præter ea.a. ſunt, & quædã alia, ſub forma odoramẽti, illitus pro palato; atq; ẽt potionis adminiſtrata. Pro odoramẽto cõuenit caſtoreũ, aſſa fætida, pili humani. pennæ perdicũ, ſoleæ calcamentorũ vetuſtorũ, & ſulphur, quæ ignita, & torrefacta ſunt admouenda, Valet ẽt in hunc vſũ fumus, per nares exceptus, a ſpongia madefacta in decocto thymi, origani, rutę, caſtorei facto in aceto acerrimo. Palatũ verò illinitur mithridatio, Theriaca antiqua, confectione anacardina, aurea alexandrina, Pro potione in cochleari ſæpiùs datur modicũ huius medicamenti. *Rec. caſtor. opt. ſubt. pulu. ſcr. 1. oxymel ſcyllin. vnc. ij. M.* Põt. ẽt dari in potione portio aliqua decocti ſuprà deſcripti ꝑ ſuffumigio. Præter hæc verò probantur a ſcriptoribus multa chirurgica, de quibus ſuperiùs in c. 8. itẽ, & plures remediorũ materiæ, q̃ cum motu agunt, vt vociferationes, & acclamationes.

Medicamenta facultatē excitantia. — *Purgātia pituitam.* — *Odoramẽta.* — *Illitus palati.* — *Potiones.*

De medicamentis fluxum ſanguinis compeſcentibus. Cap. XXXV.

QVæ compeſcũt fluxum immoderatum, *V. de his li. 5. Meth 3. 4. 8. 6 de plac. c. 9. 7 de Anat admĩ. 13. & 6. Hipp. li. de alimẽ. cir. med. 3. in 6.*

Compeſcẽtes fluxũ immoderatum materiæ.

Epid.

Epid. com. 14 partim medicamenta ſunt, partim materiæ chirurgicæ. Sed hæ ad noſtrum propoſitum non ſpectant. Quare omiſſis, ſectione venæ, cucurbitulis, hirudinibus, frictionibus, ligaturis, lotionibus, deligatione facta ſuper partem inciſam, adductis priùs oris vaſorũ labijs: omiſſis itẽ, compreſſione facta ſuper locũ, à quo fluit ſanguis, ſuperpoſitis linamentis, & ſtupis, laqueatione item, ac vaſis ſectione per tranſuerſum, ac eiuſdẽ vſtione, ſola medicaméta propono, quæ metũ ſanguinis, ac aliorũ humorũ cõpeſcunt. Hæc verò redigo ad duo capita. Alia n. ſanguinem immobilẽ reddũt, alia verò interpellant, & intercipiunt. *Priora vel craſſefaciunt*, vel cruſtam inducunt. *De his ſup. huius ſect. c. 23. Quæ craſſefaciũt*, vel cum ſtupore id faciunt, vel ſine. Quæ ſine ſtupore craſſefaciunt, rurſus vel cũ lentore id agunt, vel ſine. De craſſefacientibus cum ſtupore iã eſt actum ſuprà. Craſſefaciẽtia cum lentore Emplaſtica dicuntur, & ſunt tùm calida, tùm frigida. Calida ſunt, quæ parãtur ex thure, cortice illius, aloè, maſtiche, reſina. Frigida, quæ, & adſtringentia dicuntur, ſunt, quæ cõficiuntur ex ſang drac. Tragacãtha, amylo, carabe, bolo armeno, terra ſigillata, albumine oui, pedibus vituli, & porci, farina volatili, plantag. ſymphyto, ſubere, ebore, folijs quercus, portulaca, ſolano, poligono, burſa paſtoris, & lapide Hæmatite. Craſſefacientia ſine lentore, omnia ſunt frigida, ac proindè adſtringentia, & fiunt ex roſis, ſumach, granis granatorum ſiccis, moris, immaturis, gallis immaturis myrto malicorio, balauſtijs, ſorbo, meſpilo, ſantalis, coralijs, cornu cerui, acacia, hypocyſtide, ſẽ. acini vuæ, ſpodio, & cortice pini. Quo pertinent, & aquã frigida, & aqua Thermalis aluminoſa ac ferrea. Ex quibus omnibus parantur varia medicamenta tùm interna, tum externa, quibus ego addo compoſita experta mihi. In genere igitur externorum, ſoleo parare lutum ex bolo armeno, ſanguine draconis, creta, exceptis aceto, & albo oui. Gypſum etiam eodem modo exceptum vſurpo. Præter hæc laudatur vnguentũ Comitiſſæ, de cortice caſtanearum, ſang. drac. cum reſina exceptus, ſicut, & poſca, & medicamentũ Gal. quod. *Recipit duas partes thuris, & vnam aloes, albo oui exceptas & cum pilis leporinis applicitu.* Inter ĩterna medicamenta ſunt ſyr. de Ribes, de agreſta plantag. myrto, portulaca, Trochiſci de carabe, ſpodio, de terra ſigill. ſine opio quorum omnium doſis ex alibi dictis patet. *Quæ cruſtam inducunt, De his ſup. c. 27.* ea omnia exterius adhibentur, ego tamen aliquando etiam iuſſi in vterum, & anuum ſi venæ illius nimis ſanguinẽ perfundant ea injici. Sũt autem quæ parantur ex ol. ſulph. & melle adiecto puluere calcithidis, vel calcanthi, vſti. Fiunt etiam ex ol. chalchanthi, cum ſucco porri. *Medicamenta; quæ ſanguinem impellunt*, ac ſimul intercipiunt, ſunt, quæ paulùm ſuprà locum exitus apponuntur. Inter quæ probatur, defenſorium communitèr dictum, ex medicamentis iam commemoratis. Probatur, & affuſſio frigidæ, in maxima fluxione; & ad idem facit poſca. Sed quoniam occaſione Hæmorrhagiæ, aliquando concreſcit ſanguis, ad ipſum diſcutiendum datur drac. i coaguli lepor. vel vnc. ſs, ſucci calamenthi, vel oxymel, vel poſca. *De his ſup. ſect. huius c. 26.* Et hæc dicta ſint de omnibus medicamentis, quæ affectus præternaturam reſpiciunt, & vniuerſè de omnibus materijs pharmaceuticis: reſtat Diæteticas vt percurramus.

Chirurgicæ.

Pharmaceutica.

Sanguinẽ immobilẽ reddẽtes.

1 *Craſſefaciendo.*

2 *Cruſtam inducẽdo.*

Sanguinẽ intercipiẽtes.

SECTIO III.

PARTICVLARIS EXERCITATIO circa materias diæteticas inſtituitur.

Hoc eſt.

Quomodo Materiæ Diæteticæ ſeligendæ ſint; & rectè adminiſtrandæ, ſigillatim oſtenditur.

De Aere. Caput primum.

Materiæ Diæteticæ ſex.

MATERIAE Diæteticæ omnes, vt conſtat, referuntur ad res nonnaturales, dictas *Gal li. Art. Med c.* 95. Hæ ſex ſunt, Aer, Cibus, & Potus, Somnus, & vigilia, Excreta, & retenta, Motus, & Quies, Animi accidẽtia, de quibus ſi pertractatum fuerit, ſimul negocium totum Diæteticũ abſolutum fuerit, Agamus igitur de illis, & primũ de aere. Aer igitur conſiderari poteſt, & tanquã alimẽtum, & vt materia medicinalis. *Si primò modo conſideratur aer*, debet eſſe purus, & odoratus, 12. *Met.* 5. 1. *de Tuen.* 11. non putridus, & infectus. Sic enĩ materia generationis ſpirituum euadit, 11. *Meth.* 3. & 13. *Meth. c.* 5. quo quidem modo ſolùm conſideratur, velut materia alimenti; quamuis alimentum valdè impropriè dicatur, cum ſpiritus propriè non nutriantur, ſed reficiantur tantùm reparenturq; 7. *De vſ. part. c.* 9 & *lib. de Vtil. reſpirat. c.* 4. *Siverò conſideratur* idem aer, vt materia medicinalis, 9. *Meth. cap.* 14. tunc modo calidus, modo frigidus, modo ſiccus, modo humidus eligitur, pro varietate affectuum prę ternaturam, qui tractantur; & ſi talis haberi non poteſt, ſecundum propriam naturam, efficitur talis arte & alteratione. 10. *Meth.* 8. *Calidus erit* aer ſecundum naturam ſuam, ſi cubile patiens eligatur verſus auſtrum, in parte ſuperiori ædium. Arte autem efficietur talis, ſi accendantur ignes ex lignis odoratis; qualia ſunt cupreſſi, iuniperi, & roſmarini: item ſi ſuffitus fiat ex rebus aromaticis, & odoratis, quibus omnibus non calidus tantùm, ſed purus etiã, & odoratus aer redditur. *Frigidus erit* natura ſua aer, ſi eligatur cubile verſus aquilonem, in inferiori parte ædium, ſi arceatur frequentia hominum. Arte procurabitur aer frigidus, ſi ſpargantur ſimplicia refrigerantia; ſi aqua de vaſe in vas transfundatur, ſi fiant irrorationes, & euaporationes, cum aqua ſimplici, vel roſacea, violacea, item cum aceto roſaceo. Quinimò poterit in hunc vſum ornari cubile pomis arantijs, citrijs limonibus, ac piris, & orbiculis frigidis in præcedentibus deſcriptis. Qua etiam ipſa ratione, idem aer ad calidum alterabitur piris calefacientibus, moſco, & ambra refertis. *Quoad aerem ſiccum*, & humidum illius ratione, probantur habitationes ad loca, maritima, & montes: ratione huius, ad paludoſa, & aquis ſtagnantibus referta: ratione vtriuſq; quæ, pro diuerſitate clymatis, vel hac, vel illa qualitate, ſunt, prædita, Arte autem talis parabitur, ex ijſdem, quæ pro calefaciendo, & refrige-

Aer conſideratur vt alimentum, qualis eſſe debeat.

Aerem cõſideratum vt medicã materiã, qualẽ eſſe oporteat.

Calidus aer qui, et quomodo arte fiat.

Frigidus aer qui, et quomodo arte paretur.

Aer ſicc° & humidus qui, & quomodo efficiatur arte.

gerendo aere ſunt ſuperiùs propoſita. Sed illud de aere notandum eſt delectum eius potiſſimùm probari, in affectibus capitis, & thoracis, in alijs verò non eſſe negligendum, hęc tantum de aere.

De cibo rectè inſtituendo. Cap. II.

Cibus duplex.

QVemadmodum aer, itâ, & cibus pariter duplex eſt, 8. *Meth.c.* 5 *& 3. de Temp.c.* 2. alimentalis ſcilicet, & medicinalis.

Quod ad alimentalem attinet, is maximè reſpicit virtutem, à qua, & indicatur. 1 *de rat. vict.* 44. Deſumitur autem tùm ex animalibus, tùm ex plantis 2. *de alim fac.* 1. *&* 3. *ibid.* 30. *Qui ex plantis deſumitur.* de eo vniuersè hoc ſcire ſuficit, eum nutrire quidem, ſed minùs eo, qui eſt ex animalibus, adeooq; plus excremēti continere, quàm nutrimenti: 8. *Met.* 2. excepto tamen tritico, farre, aczea, ex quorum illo panis, ex his verò alica paratur. Sunt, verò alica, & maximè panis ex Galeno 1. *de alim. fac c.* 2. *&* 6. *&* 3. *ibid.* 26. cibi copioſiſſimi alimenti. Quod tamen, quantū ad panē ſpectat *ib.c.* 2. de illo ſolū intelligendum eſt. Primò qui ex tritico denſo, nō raro conficitur. In hoc enim plus omnino excrementi furfuracei ineſt, quàm nutrimēti. Secūdò qui eſt purus, non furfuraceus; & plurimùm fermētatus, ſubactuſquè ac igne moderato coctus. De hoc enim Gal. loquitur, quemadmodum Alexander quoquè, 2. *Prob.* 26. cum ait panem omnium ciborum maximè nutrire, & propterea Homerum imperare, vt eſitaturis antè cætera apponatur: & Ariſtoteles 21. *Probll.* cum dicit, nunquam homines panē faſtidire, quoniam triticum homini pro peculiari cibo eſt datum, cum maximè alat. Porrò hic ipſe panis, quemadmodum, & alica, quoniam merito eorum, ex quibus parantur, nonnihl viſcidatis, neceſſario obtinent, cuius ratione obſtructiones pariunt; propterà in morbis, qui ab obſtructionibus pendent, vt ſun febres putridæ, Galenus 8 *Meth* 2. alicæ quidem, antē coctionem perfectam, aliquid immiſcet aceti, panem verò ablutione corrigit 1. *de alim.* 5. *&* 9. Eſt autem panis lotus, qui in fruſtra diuiſus, in frigidam immergitur, quouſquè creſcat, & lentorem deponat ex *Auicen. lib.* 2. *c. de pane Oribaſ.* 4. *collectan. vltimo.* qui id tamen addit, panem hunc modicè prius aſſandum. Sed hic panis ità lotus noſtris temporibus in vſu eſſe deſijt, illiq; ferè ſubſtituitur, fortè ob debiliorem hominum naturā, panis ex iure coctus, qui tamen nihil impedit, meo quidem iudicio, quò minus ante coctionem, modo dicto lauari poſſit, & ità exhiberi. *Ex animalibus habentur* præcipuè carnes, & oua. *Vide* 3. *de fac. alim. tot.* *Caro vel* piſcium eſt, vel volucrum, vel greſſilium. *Quoad piſces.* ſoli ſaxatiles in vſu ſunt apud curantem medicum, 3 *de alim fac. c.* 28. 8. *Meth. c.* 7. Præparantur autem elixatione. Hæc enim ægris accommodata eſt, frixio autem, & aſſatio ſanis. Coctio autem in craticulis; & patinis eſt cauſa cruditatis. *Circà carnes volucrum, & greſſilium* in genere, pro earum electione, hæc conſideranda. *V. hac de re* 3. *de alim fat. c.* 2. *c.* 18. *de cib. bon. & mali ſucci c.* 9. Primò ætas illorum animalium. Eligendæ enim ſemper carnes animalium adoleſcentium, ſeù increſcentium, non eorum, quæ vel recens nata ſunt, vel ad ſenectutem iam vergunt. Illæ enim tanquam mucoſæ, & excrementitia humiditate ſcatentes, ad nutritionem ineptæ ſunt, imò quia lubricæ ſunt, ad aluum potius ciendam

Cibus unde ſumatur.

Cibus ex plantis.

Qui panis optimi nutrimēti

Panis lotus qui.

Cibus ex animalibus.

Caro piſcium.

Carnes uolucrum & greſſilium in genere conſiderata.

fa-

faciunt, hæ verò exigui ſunt nutrimenti, & tanquam ſiccæ difficultèr coquuntur, Secundò paſcua. Perpetuò enim illorum animalium meliores carnes ſunt, quę laudatis paſcuis vtuntur. Tertiò locus, vbi degunt animalia, & genus vitæ. Carnes enim animalium in montibus, aut in locis minimè paludoſis degentium, tanquàm minimè excrementitię, coquuntur faciliùs, & contrà. Item animalia domeſtica, *3. de alim. cap. 14.* carne ſunt molliori, & humectant, ſylueſtria, contra duriorem habent, & ſiccant. Quartò caſtratio. *lib de diſſol. contin. cap. 6.* Caſtratorum enim caro ſemper eſt ſuauior, & ab omni affectione remotior carne nō caſtratorum. In ſpecie *de alim. 3. cap. 19 Caro volucrum* minoris quidem eſt, quàm caro greſſilium nutrimenti, faciliùs tamen concoquitur. In hoc autem genere primùm locū hēt, caro perdicū, & auicularū mōtanarum: huic ſuccedit caro artagenarū, turdorū, & m-rularum, deinde columbarum, phaſianorum, & gallinarum, ad quas redigo pullos, etiam & capones. Omnibus poſtponitur caro pauonum. Carnes graſſilium multiplices ſunt, eliguntur q; variæ, pro varia neceſſitate, & vſu. *De cib. boni, & mali ſucc c. 6.* In eorū genere maximè probatur caro hædi, veruecis, & vituli. Porcina bonum, & copioſum alimentum gignit, dum modo poſſit concoqui. Bubula ſicut eſt minùs lenta porcina, ità eſt craſſior illa, & propterea fucoum melancholicum multiplicat. Ouilla poſt bubulam eſt, deterioris tamen, quā illa ſucci: quàm ſequitur caprina, quæ omnium maximè prauum, & vitioſum ſanguinem progenerat. *Ceterùm circà* alimenta ex animalibus, non ſolùm habendus eſt delectus, ipſorum animaliū, verùm etiam & partium illorum. *de alim. fac. 1. & 3.* *à cap. 4. de cib. bon. & mal. ſucci cap. 6.* Vndè, qui voluerit generare ſanguinem, ei partes carnoſæ eligendæ ſunt, qui craſſefacere, partes viſcoſę *3. de alim. ca. 21. 1. ad Glauc. 9.* Ampliùs teſtes gallorum, præcipuè eorum, qui Venerem nondum ſunt ex perti, plurimùm valent ad generandum bonum, & copioſum ſuccum, facileq; concoquuntur, ſicut, & hepata gallinarum, caponum, anſerū, & alæ primùm gallinaceæ, deinde anſerinæ, quippe quę, ab continuū exercitium, minùs ſunt excrementis obnoxię. *3. de alim fac. ca. 2 Praeparatio harum* carnium eſt varia, aſſatio nimirùm, elixatio, frixio. Sed illud imprimis ſciendum, ſi propoſitum ſit medico ſiccare, debere eum carnes frigere, ſi humectare, elixandas eas eſſe. Sed & elixandę ſunt, cum in virium languore nutrire citò, & citrà moleſtiam volumus. Ex carnibus enim elixatis parantur, iuſcula, quæ & citrà maſticationis laborem aſſumuntur, & faciliùs concoquuntur, *2. aph. 11.* & citò diſtribuuntur, & ſatis benè nutriunt, cùm ex Gal. *3. de alim. 2.* tota carnis elixæ vis, in iuſculis conſiſtat. Vnde Ariſtoteles affirmabat, *4. Metheor* elixa eſſe humida hnmiditate extranea, non ſubſtantifica, quoniam hæc in iuribus remanet. Ad elixationem verò videtur, etiam pertinere cùm in Balneo Marię liquor ſtilatitius, vel ad ignē ſiccum, ex carnibus ſuccus extrahitur, aut ex iiſdem contuſum paratur. Ad præparationem ſpectant. *3. de alim. cap. 2.* & quæ immiſcentur cibis, vt aromata. Sed quia hęc ferè (excepto ſalis, qui iucunditatis cauſa ęgrotum cibis admiſceri poteſt) cibum reddunt medicamentalem, ideò nihil de illis in pręſenti, *lib. 3. de alim. 22. et de cib. boni, et mali ſucci ca 4 Inter oua habentur* gallinacea, phaſianorum, perdicum, quę & ſola pro-

Carnes volucrum in ſpecie.

Carnes greſſiliū n ſpecie.

Partes animaliū alimētoſæ

Praeparatio carnium.

Quæ immiſcentur cibis ad praeparationem ſpectant.

probantur. Anſerum enim oua deterrima ſunt. Sint autem oua recentia. De quibus vniuerſè id ſciendũ ſorbilia minùs nutrire, indurata difficultèr concoqui, tremula, & nutrire màgis, & faciliùs coqui: item, ſi vſu ouorum velimus ſubducere aluum, ſorbilia eligenda eſſe, abſtinendum verò ab his ipſis, ſi æger ſit nauſe abũdus, vt ſatis alicubi Galen. innuit 1. *acut.* 18. *Præparatio ouorum* varia eſt. 3 *de alim.* 22. Concoquũtur enim vel cùm putamine, vel ſine. Si cum putamine, elixantur in aqua, aſſantur in ceneribus, ſuffocantur in patinis. Si ſine putamine, elixantur in aqua, quæ vulgò dicuntur ſperdute, & frigentur in ſartagine. Ex omnibus verò his, tremula probantur, primùm ſuffocata, deindè elixa, poſtremùm aſſata. Frixa vitantur, quia peſſima. Nam ventriculum lędunt, ructus mouent, ęgrè conficiuntur, cibum corrumpunt, malum prębent alimentum, putridas exhalationes pariunt.

Oua quæ proba.

Cibus medicinalis duplex.

Cibus medicinalis reſpicit, vel cauſam morbificam, vel morbum.

Cibus medicinalis reſpiciens cauſam. Putredinem.

Qui cauſam reſpicit ad eam refertur, quatenus peccat, vel putredine, vel copia, vel qualitate. *Ratione* putredinis, 11. *Meth cap.* 4. conueniunt cibi refrigerantes, & ſiccantes, Quare cùm cibis alimentalibus, licebit immiſcere acidum citri, & limonis; ſuccum arantiorum maturorum, acetum; acetoſam, margaritas in ſucco limonum maceratas, ac tandem cordialem puluerem pro cibo Verùm quoniam putredo ſit ab obſtructione, ideò probatur propterea cibus attenuans, & detergens, *Gal. ibid.* ſicut eſt lac ſem. melonum, & ptizana, in affectu calido; quemadmodùm in frigido, feniculum, aſparagus, petroſelinum. *Ratione copiæ,* cibus debet eſſe tenuis, ſeu minuẽs, idquè magis, & minùs, pro maiori, vel minori copia cauſę; item prout materia morbifica efficit morbum acutum exquiſitè, vel non: acutiſſimum paritèr exquiſitè, vel non exquiſitè. *Vide Gal. & Hipp. 3. aph à 4. ad 12. & 1. de rat. vict paſsim Celſ. lib. 2. c.* 18. Si enim morbus fuerit acutus exquiſitè cibus etiam erit tenuis exquiſitè, qualis noſtris temporibus eſt tota ptiſana. Si verò erit acutus non exquiſitè, conueniet etiam cibus tenuis non exquiſitè, vel panis ex iure coctus, vel ipſa iura optimarum carnium, & oua Rurſus ſi morbus fuerit acutiſſimus non exquiſitè & in extremò, conueniet, & victus tenuiſſimus non in extremò, qualis eſt noſtris temporibus cremor hordei, lac. ſem. melonum, & aqua cùm ſaccharo parata: ſi verò acutiſſimus fuerit in extremò conueniet, & victus tenuiſſimus in extremò vti mulſa, aqua ſaccharata, oxymel, imò virtute exiſtente robuſtiſſima, ipſa inedia. In morbis autem Chronicis oua, carnes, piſceſquè conceduntur petroſi *Quoad qualitatem* cauſę morbificæ, prout ea varia eſt, ità etiam cibus eſt varius. *Hippoc. 6. Epi. par. 4. c.* 13. Si ergò ad ſit calor probantur lactuca, endiuia, hordeum, cichoreũ domeſticum, cucurbita. *Gal. lib. de cib. boni, & mali ſucci.* Si frigus, ſaluia roſmarinus, ſerpillum, ſampſuchus, ſatureia, origanum, ac aliquando aromata, Si ſiccitas borrago, bugloſſum, malua, paſſulæ, caricę. Si humiditas, ſuperiùs propoſita occaſione putredinis, atquè etiam quę calefaciunt, prout opportunum videbitur.

Copiam.

Qualitatem.

Cibus morbũ reſpiciens.

Quantum ſpectat ad cibum, qui morbum reſpicit, pro huius delectu ſciendum medico, hunc cibum deſumi ex oleribus, fructibus, & granis. *Olera modo* calida ſunt, modò frigida, eligẽda pro varietate ipſius morbi, & non ſolùm incoquenda cùm carnibus, verùm etiam in aqua co-

Ex oleribus.

cta cum oleo, & aceto condita, ſub forma acetarij. Quæ autem ſint huiuſmodi olera dictum eſt. *ſup. hoc c.*

Ex fructibus.

Fructus calidi ſunt, nuclei pini, phiſtici, amygdalæ dulces, 2 *de alim.* 29. auellanæ, caricæ, paſſulæ, *ibid. c.* 10. oliuæ, & cappares ſaliti, poma, & pira dulcia. Frigidi ſunt, cucurbitæ, melones, ceraſa, & poma, ac pira, prunaque ſubauſtera, vua graſpina. Qui tamen fructus in morbis ex putredine, ſunt vitandi, quia facilè corrumpuntur, ſelgendi, qui non ità facilè corrumpuntur; & concedendi non liberè tamen, & abſolutè, ſed guſtus tantum gratia, quò modo concedit *Gal.* 1. *ad Glauc. c.* 9. in curatione Tertianæ.

Ex gratus

Grana quæ ſunt in vſu medico loco cibi, calida quidem ſunt ciceres rubei, & nigri: frigida ſunt grana hordei, ex quibus paratur panis, & ptiſſana. *Vide in apendic. c. de ptiſſana.* Sed hordeum ſi frigatur ſiccat, ſi fiat ptiſſana, humectat. Sunt, & grana aliqua quæ inuiſcant, incraſſant, & ſiccant; 1. *de alim.* 6. 13. 15. 26 vti far, oryza, milium, panicum, & alica ſeu zea, quæ eſt multi nutrimenti. Poſtremo eſt triticum, 1. *de alim. c* 2. quod prout magis vel minus denſū eſt, ſic magis vel minùs nutrit. Ex eo paratur panis purus, vel furfuraceus, vterq; bene fermentatus, & moderate coctus, e quibus furfuraceus deterget, & aluum ſubducit: purus magis nutrit. Sed hæc de cibi natura.

Quantitas cibi

Alimentalis.

Medicinalis.

Circà rectum cibi vſum, quod ad *quantitatem* attinet, ſi de cibo alimentali ſit ſermo. Dico virtute debili exiſtente, plurimum eſſe cibi dandum, ſed per vices, *Vide* 1. *aph.* 17. ità vt parùm, & ſæpè aliquid detur: robuſta verò exiſtente, multum vnica vice, ſed raro eſſe exhibendum. Quod ſi ſermo ſit de medicinali, pro diuerſitate cauſæ, & morbi, cibus ſecundū quantitatem variandus eſt. Quò enim materia, & morbus eſt calidior, eo etiam magis augendus eſt cibus frigidus: &, quo cauſa, ac morbus frigidior, eo maior exhibenda eſt quantitas cibi calidi. Et hùc reſpiciens Galen. 1. *aph.* 17. materia exiſtente cruda, auget cibum, medicinalem ſcilicèt, non alimentalem. Hic enim hoc in caſu minuendus eſt, cū impura corpora quo magis nutrias, eò magis lædas. 1. *aph.* 20. Rurſus, ſi opus ſit cibis medicinalibus copioſis, virtute robuſta multùm ſed raro dandum, debili verò parùm, & ſæpè.

Modus dandi cibum.

Alimentalem.

Medicinalem.

De modo dandi, Noto Virtute debili exiſtente, cibum alimentalem liquidum eligendum eſſe; cuius cenſus eſt ſuccus carnis, deſtillatum capponis, & aqua carnis Hinc Hippocrates febricitantibus exhibet ſorbitiones, & in aphoriſmis, 2. *aph.* 11. faciliùs, ait, eſſe impleri cibo, quàm potu. Ariſtoteles quoquè in omnibus morbis cibū ſorbilem laudat. 1. *Prob.* 52. At medicinalis modo frigidus, modò calidus conuenit actu, pro diuerſitate cauſæ. Vterquè verò tam medicinalis, quàm alimentalis, rectiùs ſedentibus exhibetur, quàm decumbentibus, ex Aetio, *li.* 9 *c.* 24 & Auicenna; 31. *doct.* 2. *c.* 7. quòd ſic faciliùs ad vētriculi fundum deſcendit. Quòd præceptum maximè in ventriculo imbecilliori obſeruandum eſt.

Tempus vniuerſale exibendi cibum.

Alimentalem.

Quoad tempus exhibendi cibum, ſi de vniuerſali morbi tempore quæratur, Dico cibum alimentalem conuenire, vbi magis poteſt virtus. Poteſt autē ſēper magis in declinatione, vt plurimùm in principio: in illa quoniam tunc eſt debilis; in hoc quoniam debet ſeruari, vſq; ad morbi ſtatum, Porrò dictum fuit, *vt plurimùm in principio*, quoniam nonnunquam in principio aliquorum morborum, imminet aliquòd vehemens vitium, vt in paralyſi, *Vide Auice Paul. Meſuem de Paralyſi*, meritò cuius abſtinendum

dum

dum eſt ab alimento; In augmento autem, & ſtatu, non eſt dandus cibus alimentalis, aut ſaltem minuẽdus, niſi tamen virtus diſſuadeat. Huic enim maximè præcæteris eſt attendendum. De cibo medicinali alia eſt ratio. Hic enim augendus eſt in ſtatu, & augumento, & in ſtatu quidem tùm euacuans, tùm alterans. Eſt autem euacuans victus tenuis. Quòd ſi de temporibus particularibus ſermo ſit repleto toto, *Gal. lib de ptiſſana*, ac præſente acceſſione abſtinendum à cibo. 1. *aph.* 11. & 19. Cibandi autem hora decernenda eſt, pro morbi ratione. *V. Gal. hac de re* 11. *Meth. c. vult. Hipp.* 2. & 4 *acut.* Nam morbus vel continuus eſt, vel intermittens. Quoad intermittentem, huius vel breue vel longum eſt interuallum. Si breue eſt, cibus eſt dandus in fine augmenti, ſi virtus non diſſipetur, ſed veluti à materia morbifica ſuffocetur: quia vbi diſſoluitur virtus, etiam à principio cibum dare conuenit. Si verò longum eſt interuallum cibus porrigendus eſt tempore ipſius interualli Quoad continuum, is vel acceſſiones habet, vel non. In habente acceſſiones dandus eſt cibus hora quietiori. Exiſtente autem morbo ſine acceſſionibus, cibus aſſumendus hora ſolita tempore ſanitatis necnon hora temperatorie diei. 11. *Meth. c* 5. *Circa vbi agendum*. Cibus ſine dubio per os aſſumitur. Sciendum tamen in quibuſdam caſibus, vbi per os non poteſt aſſumi alimentum; aut id quod aſſumitur, non eſt ſufficiens, vt in angina, præfocatione ab vtero, &c. parari clyſteres nutrientes ex iuribus conſummatis, ex contuſo, deſtillato, & ſucco carnis optimę, ex ouis, vino Cretico, & lacte. An verò fieri poſſit, vt clyſteres nutriant, nolo fuſiùs diſputare qui puto poſſe hoc aliquo modo contingere; ad quod credendum moueor. Quia ventriculus, in maxima alimenti inopia, trahit à partibus proximis, maximè ab inteſtinis. 3. *Facut. Nat. c.* 13. Cui accedit; quòd inteſtina eandem habent facultatem cōcoquendi, quam ventriculus. 4. *de vſ. part c* 17. Nec obſtat, quod Galenus nil nutrire aſſerit, quod non priùs in ventriculũ aſſumptum ſit, 4. *de vſ. part in princ.* 1. *Fac. Nat. c.* 10. & hinc ad iecur, at clyſteres non perueniunt ad ventriculum, imò ne ad ieiunium quidem inteſtinum. 13. *Meth.* 13. Loquitur enim Gal. de cibis non præparatis, & attritis, quales non ſunt, qui clyſteribus immiſcentur, vel ſi loquitur de omnibus cibis, id intelligit, quòd dixit, de vera tantùm, & omnimoda nutritione, qualis non eſt ea, de qua loquimur. Et hæc de cibo dicta ſint, quantum quidem is pro ægrotantibus facit. Nam de cibo ſanorum agere alterius eſt loci. De potu nunc agendum eſt.

Medicinalem. — *Tempus particulare.* — *Hora cibandi.* — *Locus ſeu vbi agendum.* — *An clyſteres nutrire poſſint.*

De Potus adminiſtratione. Cap. III.

QVod de aere, & cibo dictum eſt, idem de potu quoquè dicendum, duplicem ſcilicet eſſe, 8. *Meth. c.* 3. & *de Temp.* 2. alimentalem, & medicinalem. *Alimentalis* in morbis curandis triplex ferè occurit, Primus eſt aqua cocta cum carne, vel melle, & ſaccharo. Aqua n. ſimplex, & cruda nonmodo non nutrit, 3. *acut. com* 17. & 4 *de vſ. par.* 5. ſe etiã ob craſſitiẽ diutiùs in ventriculo moratur, & in bilioſis amareſci 13. *acut.* 40. Coquatur igitur, vt tenuior fiat, ac cibum vehat commodè per corpus, ſicq; erit potus medicinalis refrigerans, & alimentalis, vi cibi vehiculum. Secundò loco eſt deſtillatum caponis, Tertiò eſt vinum purum, 12. *Meth. c.* 4. non recens, tenuè ex vuis

Potus duplex. — *Potus alimentalis.* 1

maturis paratum, boni odoris, & ſaporis, album vel ſubrubrum, quòd claretum vulgò dicitur, (Rubrum enim, ſicut & dulcè, craſſum eſt) prętereà aquoſum. Sic enim vrinas mouet, *3. acut.* 28. *Meth. c* 3. 11. *Method.* 1. *ad Glauc. c* 9. 12. *Meth c. cap.* 5. & caput non replet. Ex his ſubrubrum in fluxionibus magis probatur. Circà vinum tamen ſciendum, in affectibus capitis, *3. Epidem. com.* 2. *t.* 1. & 12. *Meth. c.* 4. 1 *ad Glauc.* 3. 3. *de morb. acut.* 41. ac morbis calidis omnino eſſe ab illo abſtinẽdum. Quin imò ferè in omnibus morbis, niſi materia ſit cocta, 1. *ad Glauc. c.* 9. & pro maiori parte euacuata, non debet concedi vinum, niſi id ipſum requirant vires. Requirunt autem id, primùm in declinatione vniuerſali. Tunc enim plus poſſunt quàm morbus. Secundò ſi fuerint debiles per reſolutionem ſpirituum, 1. *ad Glauc.* 14 quo tamen ipſo in caſu aquoſum conuenit, & aquæ etiam immixtum. Dixi autem reſolutionem ſpirituum, quia ſi reſolutio pertingat etiam ad ſolida, vt in maraſmo torrido; abſtinendum ab illo. *lib de marcore cap vlt.* Tertiò ratione cuiuſdam proprietatis indiuidualis. Sunt enim qui nullo modo abſtinere à vino poſſunt, qualis fuit Dionyſius, de quo ſcribit Ariſtoteles, 28 *prob.* 1. proprietate quadam vſquè adeò vino fuiſſe amicum, vt cum i obſidione quadam fuiſſet coactus aquam bibere, tabidus euaſerit.

Vinum quibus morbis conueniat, & quando.

Potus medicinalis multiplex eſt. Ratione cauſæ putridæ probatur, Primò Oxyſaccharum. Secundò aqua cocta cùm ſucco citri, vel limonis, & modicò ſacchari. Tertiò decoctum tamarindorum. Ratione cauſæ calidæ, conuenit potus frigidus, qualis eſt aqua cocta, vt ſuprà diximus, decoctum prunorum acidorum, vinum granatorum aqua dilutum, oxyſaccharum, aqua cocta cum ſucco arantij, vel limonis, vel vino granatorum cum ſaccharo. Quinimò, & aqua hordei mundi, cum Iulapio violarum, aut roſarum. *Huius meminit Hip. 3. de ra. vict* 43. & 4 *ibi* 71 Nec diſplicet decoctum paſſularum, & prunorum dulcium: Ratione cauſæ frigidæ probatur decoct. coriandri, cinamomi vinum medicatum cùm abſynthio, rore marino, ſaluia, Guaiaco, ſaſſafras, & alijs calorificis. *Quoad morbum*, probantur ijdem potus, modo dicti, in calido frigidus, & in frigido calidus. Illud ſolùm notare oportet, quod capitè affecto, etiamſi affectus ſit frigidus, 2. *Local. c* 1. cautè incedendum eſt in vſu vini. Solet enim vinum caput, quomodocunquè affectum lædere, quamuis non negarim interim, malo in longum protracto, concedi etiam hic poſſe vinum aquoſum, & ſubrubrum.

Potus medicinalis reſpiciens cauſam.

Potus medicinalis reſpiciens morbum.

Reliqua materia Diætericæ percurruntur. Cap. IV.

RESTANT ex materijs Diætericis, Somnus, & vigilia, Excreta, & retenta, Exercitatio, & quies, Animi accidentia. De his breuitèr agendum eſt. Dico breuitèr. Quia quatum ad curandos morbos, eorum non perinde in omnibus, ac iam dictorum eſt vſus. Quod igitur attinet

Ad ſomnum, & vigiliam, neutrũ horum modum excedere debet 2. *aph.* 4. Licet tamen quandoquè, & ſomnum conciliare, & vigilias procurare. Pro inducendo ſomno ſunt remedia. *De his* 10. *Meth* 8. 12. *Meth.* 3. & *in li Simp.* & *Loc* & *de comp. per gen. paſſim.* & externa, & interna. In genere externorum, occurunt lotiones, factæ a cæna per horam. *Recipiunt autem capita papaueris albi, cum ſem. modice contuſa numero x. cort. mandragora vnc.* 1 *vel ſs fol. lactuc ſalic. vitium, flor. nenuph. violar. roſar.*

Somnus & vigilia vt inſtituenda

Somnum concilianti.

roſar anet chamæ. an. M. ſs Bull. in ſufficiet, quãtitate aquæ ad tertias pro vſu dicto. Paratur ẽt linimẽtum pro partibus capitis pulsãtibus, & foraminibus nariũ, quòd recipit. *Vngu popul. vnc ſs. olei nenuph. vnc i. Opij croci an. gr. iij.* M. Fit & fotus pro partibus iiſdem, & anfractibus auriũ, cùm vino decoct. ſem. hyoſcyami albi. Quo ad interna, ad hæc deueniendum eſt externis non conferentibus, inter q̃ ego laudo, vt cibarijs incoquãtur lactuca, & eius ſem. vel immiſceantur emulſ. ſem. pap. albi ad vn. ſs. vel vn. j. Hora ẽt. ſomni poterit dari hic ſyrupus. *Rec. aquæ lactuc. vnc. iiij. Syru. de papa. vnc. i. ſs.* M. ac vrgẽtibus vigilijs nõ erit inconueniens eadẽ hora dare dra. j. Ther. recent. vel Philon. Rom. vel Req. Nicolai, aut gr. viiij. pilu. de cynogloſſa. Addo quod. pro inducẽdo ſõno faciet quoq; ĩtus lac amyg. in aqua, vel decoct. lactucæ liquatũ acceptis xx. amygd. & ſuff. q. liquoris. Detur hora ſomni. Opiata autẽ quę propoſita ſunt, non dentur niſi vrgente neceſſitate, & per interualla, nequaquam quotidie. Extrà, præter lotiones propoſitas, artubus extremis adhibendas, vſurpari etiam hęc poterunt. *Primo inunctiones* à cæna narium internarum, ceruicis, & partium pulſantium cum ol. flor. ſali cũ. II. Pro pueris, & delicatioribus *Odoramentum* naribus à cœna admouendum, ex capitibus apau. albi cùm ſeminibus tuſis, aſperſis vino odorato, & deligatis in ſyndone rara. III. *Perſuſio capitis* tepida, manè ante prandium, & aliquando veſperi à cęna per horam, cùm lactis, & aquæ ſolani æquis portionibus, adiecto ad penetrationem ſucco limonis, non autem aceto, quia ſua ſiccitate vigilias infert. IIII. *Emplaſtrum* ex mica panis in lacte cocta, adiecto opio, & croco an. ad dr. s. & ol. viol. q. ſ. à cæna ſyncipiti detonſo, fronti, & temporibus adhibitùm. Porrò ſomnus, ipſe ineatur noctu non interdiù (niſi nox inſomnis fuerit) nec ſtatim à cibo, idquè quòd minùs ſit, ad horas ſeptem, q̃d ſummum ad nouem. Decumbatur autem priùs in latus dextrùm, deindè in ſiniſtrum ad iuuandam concoctionem capite eleuato, & cruribus retractis pterquã in deſtillationibus in quibus vtiliùs eſt decũbere capite humili. Ad vigilias inducẽdas ptinẽt medicamenta ſuperiùs ppoſita, *Sect. 2. c. 34.* vbi de facultatis corpore. *Inducenda vigilias.*

Quoad excreta, & retenta, aluus lubrica ſeruanda eſt *Hip. 1. de rat. Vict. 32. & 55. Vide item Gal. 6. de Tuend. c. 9.* etiam auxilijs medicis. Inter quæ occurrit panis ex tota farina factus, cùm ſale, & paſſulis, & aliquando aniſis, in prima menſa commanſus. Ad idem facit ius caulium, vel mercurialis, cùm paſſulis paratum, & ante menſam acceptum. Pertinet etiam hùc puluis Tartari albi pręparati ad vnc. ſs. ex iure pingui datus. Item cydoniatum in vltima menſa acceptum. Probatur, & vinum Sena medicatum, paſſulæ item, ac pruna præparata, ac pilulæ de aloe ſoccotrin. lota cùm ſucco roſ. ad ſcr. i. acceptæ. Pruna autem, & paſſulas ſoleo præparare hũc in modum. *Rec. Infuſ. Senæ facta ſecund. artem li. i ſs. cùm qua diſſolue man. elect. vnc. 4. deinde adde paſſular. vel prunor. dulc. li. ſs. Ponãtur ad cineres calidos quouſq; totus liquor. abſorbeatur atquè his vtatur patiens antè menſam.* Quin & clyſteres emolliẽtes ex oleo, butyro, & iure facti, & qui communes dicuntur in hoc caſu laudantur. In morbis tñ calidis abſtinẽdũ à calidioribus. *Excreta & retẽta.* *Aluus lubrica ſeruanda & quibus.*

Sed aluum, præter dicta, ſeruabũt lubricam, aſſumpta in menſę principio vti, *ferculum ex* oleribus, & herbis conſuetis pro cibo aſſumptis, nimirùm Malua Braſica, Mercurialis,

& beta, cùm paſſulis, & prunis dulcibus *fructus horarij*, vt ſunt pruna dulcia, ceraſa dulcia, ficus recẽtes, vuę, tempore æſtatis: *polpa paſſularũ*, cũ ſaccharo ad vn. i. *caricæ pingues* quinquè numero, in quarum cuiuſq; medio fit vnum granum ſalis cõmunis: *Sal chymice* e Tartaro paratus ad gr. xv. ex ouo ſorbili, vel iuſculo *radices polyp* quercini recẽtis inciſæ, & lotę in vino ad vnc. ſs. ſub forma acetarij cũ modico piperis: *cappares* ſaliti, vel Genuẽſes aceto cõditi, prius expreſſi, deindè macerati pro vna vice ad vnc. i. in vnc. ij. aceti ſolutiui, quòd *Recipit aceti acerr lib i. ſenæ vnc i ſs. flor. cor. M. ſ. anixor gingib. cinam an. dr. ß. M. infundantur ſ. artem, & f f.* expreſſione ſeruetur vſui, eſt, & aliud acetum ſolutiuum in quo ẽt capparides macerantur, & vſui ſeruantur loco acetarij in veſpera, quòd *Rec. polipodij quercini dr. x. paſſularũ vnc. i cinamomi anixorum an dr s. contundantur contũdenda & bull ad conſumptionẽ quarta par deindé adde fol. ſenæ elec. dr. x. flor. cord p i. bull. vnica ebull & maneantin infuſione quouſq; tot⁹ liquor refrigeretur, et poſteà f col. cùm forti expreſſione*, *prunum* vnum damaſcenũ ex his, quæ hoc modo parãtur. Rec. pruna damaſcena dulcia benè matura, excoriata ponãtur ad Solẽ in vaſe vitreo repleto mãna trita. Euoluantur ſingulis diebus, donec accipiant corticẽ ex manna. Ad idẽ faciunt maximè in renibus calidioribus, *caſſia tùm* cõdita ad vnc. j. deuorata, tũ fiſtularis ad vnc. i ſs vel iij. ſæpius ante prãdiũ ꝑ dimidiũ horæ maſticata. ſupera ſũptis coriãd. præp & ſacch. ſemiobductis ad mẽſurã cochl *item electuarium* ex ęquis portionibus pulp. caſſiæ, paſſul prunorũ dulc. ſcbeſtẽ cũ tãtillo cinam, ad vnc. i hora ante cibum deglutitũ: prætereà *conſerua ex roſis* cõibus cũ mãna ad cochleare vnũ, & in maximo feruore vnc. ij. *Infuſ. roſar.* ſol. cũ cyatho ſeri lactis quinq; horis antè cibũ quemadmodũ in naturis, & affectib frigidis, vnũ, vel alterũ cochl. *aq. vitæ in cuius* lib. i fol. ſenę ele. vn. ij. fuerint immacerata. His verò oĩbꝰ operoſiora, nec minùs ſuauia ſint iſta. I. Diacydoniatũ, qđ *Rec polyp epith. an. vnc. iij vini albi lib. iij. M. Bull. ſ. artẽ. Coletur. colat adde carn. cyd. lib. vij Bull ad debitã craſſitiẽ, coletur ex prim Expreſſis add ſacch fini lib. 3 iterũ bull ad formã Diacyd. deinde inſperge pul. Mechioc vnc ij. cinam garyoph. an vnc i. M. f elec. Doſis ab vnc. ſs. ad vnc. i.* II. Diamarenatũ, qđ *Rec. ſucci marenar. lib i flor caſs nouit extr. vnc. 6 Buli an ad moderatã cõſiſtẽtiã, deĩde adde loco ſacch. mã. el. q. ſ. M f cõfectio Doſis ad vnc i.* III. Diaſuſini dictũ qđ *Rec. fol ſen el à ſtipitibus vnc i. Tartari albi, cinam. gingib. an dr i vini albi odora lib. iij infund. oĩa ſimul facta vnica ebullit per xij hor. deinde bulliant ad conſumptionẽ tertiæ partis. coletur. Deinde* Rec *prun. dul exic lib i Extrahãtur oſſa, & bull in ſup dict. infuſ ad ebibitionẽ ipſius, poſt aromatizetur cũ modico ſacc. albi, et ſeruetur ꝑ vſu. Doſis ab vnc i ad ij* IIII. Electuarium, qđ *Rec. polyp ſem carth. an. vn. ij aniſi vn. ſs cinnam. dr. iij. Senæ vnc iij* M. *infundantur aq. com lib. iij per hor 24. Bull. ad cõſumpt tert par & in colato infunde prun. dulc lib ſs. Traiect ꝑ ſetac. adde ſacch. fini vnc vij. pulu. Mechiocan. vnc. ij ſs. M. f el. Doſis vnc ſs vel i.* Pro nobilibus, & diuitibus parari poterit *aqua ſtillaticia, ex pomis citr.* ꝑforatis excauat, & replet, pulu. ſenę ꝑp rad. polyp. Tart. alb & ſacc. paſta deinde obductis, in furno coctis, & tandem abiecta paſta deſtillatis in B. M. Doſis ad vnc. iij. vel iiij. Quod ſi quis efficacius q̃d velit, is *pululis uti poterit ex aloe ſuccotrina* quæ aſpergitur ter decocto myrobal. citrin. chebul. Indor. ſem. carth. modicè cõtuſor. Rhabarb.

barb. & polyp. ac exiccatur ter, in vmbra, & deindè excipitur in magdaleum cum aliquo ex ſup. ſcriptis electuarijs.

Venus vt inſtituenda.

Ad excreta, & retenta pertinet etiam Venus. Quæ, ſi conueniat, ſit moderata, atq; prima concoctione celebrata *Lib. Art. Med.* 87. *Auic.* 2. 37 *tr.* 1. *c.* 20. tantùm exerceatur, dũmodo tamen fuerit licita.

Exercitiũ

De exercitio ſtatuo, vt, ſi liceat, fiat vſq; ad ſudorem excluſiuè, 6. *Epid* 3 *text.* 8. 2 *de Tuend. cap. vlt.* ieiuno ventriculo. 6 *Epid.* 4 *tex. vlt.* Fiet autem frictionibus, ambulationibus, equitationibus, nauigationibus, & geſtationibus.

Ita tamen vt in his, qui decũbũt, & laborant, exercitij loco conueniant frictiones: conualeſcentibus accommodatæ ſint geſtationes: ambulationes paulò robuſtioribus, & ſanis ſint aptæ. Quæ tamen omnia ſemper ieiuno fiant ventriculo. Prohibentur enim exercitia quæuis à cibo in ventriculo exiſtente.

Animi accidentia.

Quoad animi accidentia, in ſanandis, & præcauendis morbis omninò cauenda ſunt omnia animi accidentia moleſta. *Vide Gal.* 1. *de Tuend.* 4. quamuis non negarim, pro morbi diuerſitate, diſponi poſſe patientẽ, ad hæc, vel illa, prout opportunum videbitur.

Concluſio huius tractatus.

Et hæc ſunt, quæ habui pro complemento tractatus de ingreſſu ad infirmos, dicere. In quibus, ſi artis Tyronibus, vt confido, viam ſtraui ad faciliùs, & feliciùs eam exercendam, imprimis Deo Optimo Maximo gratias ago, deinceps de grauioribus, & vtilioribus cogitaturus: ſin minùs, at ſaltem rationem meæ imbecillitatis habẽtes, bona ac propenſa in artis ſtudioſos mea voluntate, qui hęc legent, erunt contenti. Id quod etiam atq; etiam ab ijs peto, atq; contendo.

Finis Libri Secundi.

IVLII CAESARIS CLAVDINI MEDICI, ET PHILOSOPHI BONONIENSIS.

AD TRACTATVM SVVM DE INGRESSV AD INFIRMOS

Appendix de remedijs generoſioribus.

PRÆFATIO.

Occaſio ſibendi.

IN præcedenti *De ingreſſu ad infirmos* tractatu *lib. toto* 2. in Empirica item noſtra rationali, breui, ſi DEVS volet, edenda, non raró mentio incidit remediorum quorundã, quorum vſus, & natura ibi non proponuntur, quòd, & longiorem, quàm pro re, tractatum, requirent, & tanquàm ea, quæ multiplicis ſunt vſus, ad nullum certum aliquem locum referri poſſe viderentur. Horum igitur, cùm perquàm neceſſaria Medico ſit cognitio, quia infrequentiſſimo verſantur vſu, vt ne quid deeſſet artis Tyronibus, quod ad Medicinam ex tempore faciendam prodeſſet, viſum eſt eorum explicationem tractatui huic, appendicis qnaſi loco, ſubnectere. Id quod eo feci libentius, ꝙ nonnulla de ijs alibi, me inſcio, typis commiſſa viderem, ac quidem conciſius, & ieiunius, quàm res poſtulabat. Redigũtur autẽ ea omnia ad duo sũma capita. Vel enim materiæ ſunt remediorum vel remediorum formulæ. Ad formulas pertinent Balnea, & ſtillicidia, materierum aliæ ad alterandum ſolùm valent: aliæ ad alterandum pariter, & ad euacuandum, tùm ſenſibilitèr, tùm inſenſibilitèr, adhibentur; aguntq; partim manifeſtis partim occultis qualitatibus. Sumuntur aut à rebus tùm inanimatis, tùm animatis. Quæ ab inanimatis petuntur, partim à ſimplicibus ſunt, vt aqua ſimplex; partim à mixtis, tùm liquidis, vt aquę thermales, cum ſuis annexis lutis, & vaporarijs; tùm ſolidis, vt quę conſtant chalybe, Quæ ab ani-

Diuiſio tradendorum.

animatis deſumuntur, ea, & ex plantis, & ex animalibus habentur. Quę à plantis colliguntur, vel à radicib⁹ capiuntur, vt medicamenta è China, Salſa, Canna vulgari, & aliquo modo Saponaria: vel ex lignis puta Guaiacino, Saſſafras, Iuniperino, Lētiſcino, Tamaricino, *Viſci* quercini, Fraxineo, & Santalino; vel ex fructibus, vt aqua hordei, & ptiſana; vel ex ſuccis, vt Vina medicata. Quoad animalia, alia à carnibus ipſorũ habentur, vt medicamenta ex Viperis; Ius galli, pulli, & columbi turrialis; alia ab excrementis ipſorũ vtilibus, vt Lac, & eius Serũ. De quibus omnibus acturi, non mutabimus eum, quē in reliquis materijs medici, ſeruauimus ordinem ſuperiori tractatu; ſed primò ex eorũ natura explicata, indicantia, permittentia, prohibentia eliciemus; deindè circa rectũ eorum vſum, & adminiſtrationem verſabimur. Initium autē faciemus à materijs medicis, eaſque eo, quo propoſitę ſunt, ordine, proſequemur.

Ordo procedendi.

SECTIO I.

De natura, & vſu aquarum naturalium, tùm ſimplicium, tùm medicatarum, vbi de Lutis quoque & Vaporarijs.

De aqua ſimplici.

AQuæ naturales in duplici ſunt differentia. Aliæ enim ſimplices ſunt, aliæ medicatæ, quas vulgò Thermas vocant. De vtrarumq; natura, & vſu nobis agendum eſt.

Aqua ſimplex quæ, & quotuplex.

Quòd igitur ad aquã ſimplicē attinet, intelligimus per aquam ſimplicem cum Gal 1. *ſympl.* 5. non eam, q̃ talis eſt ad naturam, ſed ad ſenſum; & vt cum marinis, & mineralibus cõfertur. Sunt autem huius ex Aetio quinque genera, *Tetrabib.* 1. *Serm.* 3. *cap.* 165. pluuia, fontana, putealis, fluuiatilis, ſtagnina. Quod ſpectat ad facultatem aquæ ſimplicis, & ad eius indicantia, prohibentia, ac permittentia, de ijs. In genere hoc tantùm dici poteſt, frigefacere, & humectare, non ſubſtantificè tamen, ſed qualitatiuè, vt loquuntur, ideoquè vſum eius totum eſſe medicinalem, non alimentalem, indicariquè ab affectibus calidis, & ſiccis, prohiberiquè à contrarijs. Aqua ſiquidem, Galeno 3. *de rat. vict.* 17. 4. *de vſ. part. c.* 5. teſte, non nutrit, ſed ſolius vehiculi habet rationem. Quo in ſenſu ſolo eius vſum damnat in morbis acutis Hippocrates, vt potè plurimorum malorum, quæ ipſe fusè commemorat, autorem, 3. *de rat. vict.* 40. & 42. In ſpecie verò ea explicari non poſſũt, niſi tradẽdo priùs rectũ vſũ. Pro vario enim vtendi modo, maximè ſecundũ. Vbi, ipſa quoque varia ſunt.

Aquæ ſimplicis facultates, indicãtia, prohibẽtia in genere.

Aqua ſimplicis vſus totus medicinalis.

Rectus vſus aquæ ſimplicis.

Vbi agendum.

De aqua ſimplicis vſu in potu.

Si igitur de recto vſu ſermo ſit, & primo de Vbi agendum, ſic adhibetur aqua ſimplex, & intùs, & extrà, & vtrobiquè tùm frigida, tùm calida. Ac intùs quidem, per modũ potus ſolummodo exhibetur: extra verò per modum tùm ſtillicidij, tùm balnei, ſiuè vniuerſalis, ſiuè particularis, ſub quibus comprehenduntur aliquo modo inſeſſus, lotiones, irrigationes, & fomenta. Sed de aqua ſimplici exteriùs adhibita ſuo loco, in peculiari ſcilicet de balneis, & ſtillicidijs ſermone. Quantum verò ad eam pertinet, vt in potu adminiſtratam; vt ſic variùs eſt eius vſus, prout varia eius facultas. Tepida enim, quia ob teporem nauſeam mouet, maximè ſi in maiori detur quantitate, & præterea, quia ob eundem, in calore velut temperata, vim obtinet attemperandi, ideò & ad ciendum vomitum propinatur in capite dolente ex ebrietate, aut alio quouis ſtomachi vitio, 11. *Local. cap.* 1. & ad acres, ac mordaces frænandos humores. 7. *Meth.* 8. quo modo, & ad

Vſus, & vires in potu aquæ tepidæ.

ſingultum ex eroſione humorum acrium, ad bilem ſupernè, & infernè erumpentem id eſt, ad choleram: ad gingiuarum, faucium, & tonſillarum inflammationes, & alia huius generis, datur ab Aetio *loco ſupra citato.* Sed, & ad renes alterádos facere, ſi in principio paſtus ſumatur, experientia animaduerſum eſt. Frigida autẽ, eo quia, præterquam quod refrigerat, & humectat, repellit etiã; eam ob cauſam multis in affectibus apud ſcriptores veteres exhibetur: ad deturbandas cruditates è ventriculo: *Aet. lib 3 ſerm.* 1. *c.* 24. ad medicamenti aſſumpti, nec operantis, vim promouendam: *Meſ. lib.* 1. *Theor.* 3. *Dioſc. c. de Lathyride*; ad prohibendum aſcenſum vaporum in caput, & auertendo ſymptomata, quæ idem in acutis morbis tentare ſolent. *Hippo 3 de rat. vict.* 41. *Cel. li.* 1. *c.* 3. Sed præcipuè datur ad profligãdam intemperiem impensè calidam, ſiue illa peculiarem partem obſiderat, ventriculum puta, iecur &c. 7. *Meth* 6. Siue totum occupet, vt fit in continentibus, & ardentibus febribus. 9. *Meth cap.* 5. *Aet. lib.* 2. *ſer.* 1. *cap.* 72. Quin, & ad Eryſypelas internum ea Galenus 7. *Meth.* 6. & ex illo Aetius vtitur. Ex quibus omnibus facilè conſtat, aquæ ſimplicis potus, à quibus indicetur. Indicatur ſiquidem ab omnibus ijs quibus ſuccurrere dictum eſt, maximè verò frigidæ potus, (cuius conſideratio præcipuè ad Medicum ſpectat) à febribus continentibus, & ardentibus indicatur. *Vide Gal* 9. *Meth.* 5. 11. *Meth.* 9 4. *de rat vict* 12. Quoad prohibentia, & permittentia; aquæ tepidæ vſum, quatenus vt vomitorium exibetur, non ferunt, qui conditionibus ad vomitum neceſſarijs deſtituuntur, de quibus actum eſt præcedenti in tractatu: quatenus attemperat; à nauſea, & ventriculi debilitate excluditur. Aquæ frigidæ vſus prohibetur, ex rebus naturalibꝰ à temperie frigida totius, aut principum partium; ab ętate ſenili puerili: quòd illa neceſſariò debilis ſit, hæc verò ex Galeno conuulſionibus aptiſſima; 1. *Epide ſect.* 2. *t.* 24. & 57 ab habitu gracili, & extenuato, vt potè qui perexiguo ſanguine, 2 *aph.* 28. qui præcipuum eſt contrà frigidæ vim tutamen, abundat. Conſuetudo non prohibet; nã etiam inſuetis data nullam noxam infert: 9. *Meth.* 5. datur tamen audacius aſſuetis. Ex rebus non naturalibus eundem interdicunt hyems, & cæli conſtitutio, ac regio frigida; permittunt contraria; quidquid dicat Auicenna. Ex rebus præternaturam eam abnuunt materia frigida, craſſa, ac lenta: item calida impacta: intemperies morboſæ omnes præter calidam, & ſiccam: obſtructio viſcerum: tumor in iiſdẽ ex genere inflammationis, œdematis, ſcyrrhi. 9. *Meth.* 7. Cæterùm non quælibet pro potione aqua eligenda eſt; ſed optima. Talis autẽ eſt, ex Gal. 1 *Simp* 5. *li de ptiſ. c.* 2. quæ quo ad guſtũ, & odorẽ exquiſitè oĩs qualitatis expers eſt, quoad viſum pellucida & ſincera: ex Hippoc. 5 *aph.* 26. quæ leuiſſima eſt, id eſt, citò caleſit, & refrigetur; itẽ in qua carnes, legumina & cætera citiſſimè coquuntur. 4. *in* 6. *Epid t* 10. Ex omnibus autem aquæ generibus ſuprà enumeratis, ad has virtutes proximè accedit pluuialis, *Gal. ibid.* non quæuis tamẽ ſed illa, quæ tẽpe æſtatis ſereno cælo, aut cũ tonitru nõnunquã demittitur vt potè quæ ex tenuibus vaporibus, vi aeris eleuatis conficitur. Poſt hãc eſt putealis, quæ promanat ex proximo fonte, aut fluuio. Hæc. n. per terram, per quã fluit, dummodo illa nõ ſit alienæ alicuius qualitatis particeps, percolata, tenuior, & purgatior cæteris redditur. Stagnina oĩum peſ-

Vſus, & vires in potu aquæ frigidæ.

Indicãtia potum aquæ ſimplicis.

Prohibentia, & permittentia vſum aquæ tepidæ.

Prohibentia vſum aquæ frigidæ.

Quæ aqua pro potione eligenda.

Optimæ aquæ nota.

Quæ aqua optima, quæ minus.

ſima eſt. Fontana, & fluuialis in defectu pluuialis, & putealis, ijs poſſunt ſubſtitui, hac tamen conditione, vt ſi minùs videantur probatæ, decoquantur eo modo, quem Galenus fusè proſequitur, *Gal ibid.* quē què à Nerone Plinius inuentum exiſtimat, *lib 31. cap. 3.* quamuis et à Hippocratis tempore decoqui aquā conſueuiſſe, ex eius de ratione victus libris colligitur. Quod ad quantitatem aquæ exhibendæ ſpectat, tepida quatenus vt vomitorum exhibetur, eius doſis ex doctrina de vomitorijs patet: quatenus vt attemperans. ſic ex Aetio pauxillum eius dandum eſt, vnus ſcilicet, aut alter cyathus. Frigida verò in affectibus tribus prioribus ſuprà commemoratis, ad ſeſquicyathum, aut paulò amplius ab autoribus exhibetur.

Aqua minus bona quomodo corrigēda

Doſis aquæ tepidæ in potu.

Doſis aquæ frigidæ pro potu.

Quod ad poſteriores attinet, maxime ad febrem, vel ea exhibetur ad ſitim ſedandam, & tantùm eius exhibendam eſt, quantum vnica inſpiratione æger hau ire poteſt, 1. *de rat. vict* 43. vel ad extinguendum calorem & tantùm eius imperandum eſt, quantum haurire ægro libet, ſeu ad laborantis ſatietatem, vt Galenus loquitur, 9. *Meth.* 8. vel ex Auicenna, donec æger fiat viridis, idquè confertim ex Paulò faciendum eſt, *lib. 3. ca 36.* Qua tamen in re ex eodem Galeno, 1. *ad Glau. cap.* 13. tempus anni, regio, ætas, natura, & conſuetudo ſpectanda ſunt. Quò factum eſt, vt Galenus non perpetuò eandem eius menſuram exhibeat, ſed nunc, vt dictum eſt, nunc moderatè, 10 *Meth.* 5. & 7. nunc ad duas heminas, nunc ad duos, aut tres cyathos. *Modus exhibendi eſt*, vt frigida quidem actu talis detur, ſine vllius rei permiſtione, aut præparatione, *Galen. paſſim locis citatis*, ſimplex ſincera, & cruda; dummodò conditiones, quas enumerauimus, habeat: quæ ſi deſint, 6. *Epid.* 4 *tex.* 10. erit coquenda, ita tamen, vt refrigeretur denuò, & prorſus gelida exhibeatur. Iam verò tepida, quamuis, & ipſa ſola quoquè propinetur interdum, non rarò tamen quædam ei permiſcentur, quæ vim eius exſtimulent, de quibus ſuo loco eſt actum. Quoad tempus vniuerſale, tàm frigida, quàm tepida exhibentur, præſentibus indicantibus, & abſentibus prohibentibus. Sed circà frigidam in febribus, ſi de tempore vniuerſali loquamur, ſciendum eſt, nunquam exhibendam eam eſſe, niſi apparente concoctione, 9. *Met.* 5. 1. *de rat. vict.* 43. quidquid contrà Auerrhoes ſtatuat 7. *coll. ca* 8.

Contradictio in Galeno conciliata.

Modus exibendi aquam frigidam.

Modus tepidæ dādæ.

Tempus exhibēdæ aquæ ſimplicis pro potu.

Licet enim frigida proprium remedium ſit febris, vt febris, non tamen eſt remedium febrem efficientium humorum, niſi quatenus eos euacuat, per vrinam, alluum, ſudorem. Hi autem niſi poſt coctionem vtiliter exturbari nequeunt. Non eſt tamen expectanda coctio omnimoda, ſed ſufficit, moderata. 9. *Meth. cap.* 6. Secus enim periculum eſſet, ne in Hecticam febri faceſſeret.

Vniuerſale.

Quoad tempora particularia, circà diem, non conuenit in die critica. In tali enim die nihil mouendum, nec innouandum ex Hippocrate, 1. *aphoriſ.* 20. cum nobis ignota ſit naturæ molitio, quæ, & per quam viam futura ſit. Circà horam, conuenit in paroxyſmo, & quidem in eius ſtatu ſeù vt Auicenna loquitur, 9. *Meth.* 5. in hora ebullitionis: quia tùm partes intimæ maximè ardent; ardor autem hic eſt veluti propugnaculum contrà noxam frigidæ. Et hactenus de aqua ſimplici.

Particulare. Dies.

Hora.

DE AQVIS MEDICATIS.

Aquæ medicatæ, aliàs metallicæ etiam, & Thermæ dicuntur, per

Anto;

Antonomaſiam , à potiori ſcilicet facta denominatione : quia plurimæ, imò ferè omnes metallici aliquid in ſe habent, & calefaſciunt. Intelligimus autem nomine aquarũ medicatarum, ſeu thermalinm , non ipſarum tantùm liquorem ; ſed ea etiam , quæ coniuncta cum ijs , tùm ab illis exhalant, vt vapores; tùm in fundo earum reſident, vt luta.

Quid intelligamus per aquas medicatas.

1 Rurſus intelligimus medicatarum nomine, non eas, quæ in medicum vſum veniunt: hunc enim aqua etiam ſimplex præbet ſed illas, quæ à natura ad vſum medicum ſolùm factæ ſuut.

2 Vnde excluduntur ab harum ratione , aquæ illæ, quæ calidæ ſcaturiunt , & dulces ac potabiles ſunt; quales erant olim Geſtanæ apud Strabonem, *lib. 6 Greogr.* & illæ Magneſiæ apud Ariſtotelem: nunc autem ſunt balneum ſancti Ioannis in agro Lucenſi, balneum de Cornetis in agro Senenſi: quippe quas ad voluptatem potiùs, quàm ad medicum vſum natura produxit. Fuerunt autem in vſu etiam apud veteres, quippè quarum Hippocrates libro de aquis meminit, *tex. 13. & 16.* & Galenus paſſim , quamuis pauca de ijs tradiderit , ſed experientia potiùs quam ratione faciendum de ijs eſſe iudicium affirmauerit. *6. de Tuend. ca 9.* Sunt verò hæ omnes aquæ mixtæ, & quo mixtæ ſunt magis, eò præſtantiores, tanquàm illæ, quæ ad plures affectus ſunt vtiles. Sunt autem quæ ijs miſcentur, & peculiares ijs facultates imprimunt, ſolùm ſubterranea, eaq; ferè cuiuſcunq; generis.

Quæ excludãtur à ratione aquarum medicatarum.

Aquarũ medicamentarũ vſus apud veteres.

Aquæ medicatæ omnes mixtæ et quæ eis miſceãtur

Hibent enim, ſibi admixta atquæ hę tùm foſſilia terras ſcilicet , vt Calderiana , quæ rubricam , Beati Petri Patauij quæ Ochræ ſimilem terram præfert ; & lapides, vt balneum in agro Corſenæ , balneum de Agnano in agro Piſano quæ è marmoris fibris emanant ; & nuper inuentæ Capheronianæ dictæ, quas, qui de ijs ſcribunt, *Iacob. Lanell. epi. ad Aurel. Anſelmium.* Gagatis mixtura conſtare affirmant: tùm mettallica ſiue perfecta, aurum ſcilicet, vt Ficuncellenſes, Fabarienſes, Piperinæ in Rhætia, vel æs, vt aqua de Grotta ſub Viterbio, Cellenſes in Sueuia, Tigurinæ iu Heluetia, Ferinæ in Martia ſylua, vel ferrum vt Auinionenſes in Agro Senenſi, Ficuncellenſes. Tungrenſes in Belgijs, vel plumbum, vt aquæ in Lotharingia plumbeæ dictę: ſiue imperfecta, quæ vulgò media mineralia dicuntur, verbi gratia ſulphur, vt Puteolanæ, Aponitanæ, Badenſes in Heluetia, Carolinæ in Bohemia, ſalem, vt aqua Beatæ Virginis Patauij, montis Orthonis; nitrum, vt Puteolanæ in valle S. Martini, ſancti Laurentij, alumen, vt aquæ Porretanæ, ſancti Bartholomæi, & ſanctæ Helenæ Patauij ſancti Ioannis ſub Luca, Embſenſes in Germania; chalchanthum, vt balneum in agro Vollaterano, vulgò Bagno al morbo, Acidæ ſancti Ioannis ad Vrbem, Fiderianę in Rętia, Spadanæ in Belgio (vt ego obſeruaui diebus ſuperioribus, facta deſtillatione illarum, cum ex Belgio in Italiam, atquè Bononiam potiſſimum tranſuectę ſunt, pro Illuſtriſſimo quodam Cardinali;) bitumen vt balneum Petreoli in agro Firmiano, montis alti ſub Peruſio. Sed, & exerementa mettallicorũ Thermis cõmiſcentur, cinis, calx, pumex &c. vt in Aponitanis videre eſt, & Baianis, ac Puteolanis, Porrò miſcentur hęc omnia aquis, aut in aquas tranſeunt, (ſi terras, bitumen, ſulphur, & alia quę friabilia ſunt, & abraſilia excipias,) non quà talia ſunt, ſecundum ſuam ſubſtantiam: (nec e-

Metallica quæ miſcẽtur.

Perfecta.

Imperfecta media mineralia dicta.

Excremẽta metallorũ quæ miſcentur.

Quomodo metalica, & cætera his aquis miſceãtur

nim

nini aurum, vt aurum, verbi gratia, aut lapis, vt lapis, cum aqua miſceatur, & ei vim ſuam imprimit:) ſed per ſoluta ſua principia, terras, ſc, ſuccos, & vapores. Quod cum non intelligeret Falloppius, perperam negauit dari aquas feri, auriuè naturam participantes, hac ratione ductus, quòd ob eorum ſoliditatem nihil ab ijs abradi poſſit.

Falopij error, & eius cauſa

Quoad facultatem attinet aquarum medicatarum, eæ vel euacuāt, quomodò vulgò vſurpabantur tépore Galeni, *Gal 4 de Tuen.* 4. *Vitruuius lib.* 8. *cap.* 7. & exhibentur à Tralliano pro euacuandis, & detergendis inteſtinis in affectu colico : vel alterant, idquè tùm primis, tùm ſecundis qualitatibus. Ac de primis quidem ſi ſermo ſit, omnes Thermæ in eo conueniunt, quòd valenter ſiccant: imò in quibuſdam tanta ſiccandi facultas eſt, vt in hydrope etiam vſurpentur, quemadmodum Spadanæ, vulgò de Spa dictæ; diſcrepant in eò, quòd aliæ calefaciunt, aliæ refrigerant. In genere calefacientiũ moderatè id agunt Brandulenſes. Aquarianæ, & quæ his reſpondent; validiùs idem præſtant Porretanæ nouæ, Aponitanę S Bartholomęi Patauij, Tetucianę. In genere refrigerantium ſunt lucenſes, Porrhetanę veteres, Ficuncelenſes, Beatę Virginis Patauij. Calderianę, & quę marmor participare dictæ ſunt: Quòd ſi ſecnndæ facultates ſpectentur, eæ variæ ſunt, pro varietate admixtorum. Aliæ enim cùm inſigni penetratione adſtringunt, vt aliuminoſę; alię reſoluunt, aperiunt, attrahunt vt ſulphureę, alię prętereà detergunt, vt nitroſę, ſalſę, & cinereę, alię prolixè molliunt, leniuntq; vt bituminoſę; alię deniquè peculiari vi membra corroborrant, vt ferratę, cupreę aurię. *Quibus ſic adnotatis*, iam facilè

Facultates aquarum medicatarum.

Thermæ omnes ſiccant.

Aqua medicata calefacientes.

Thermæ refrigerãtes.

Falcutates thermarum ſecundæ.

eſt proponere affectus, à quibus indicentur aquę eiuſcemodi, & à quibus prohibeatur.

Frigidæ igitur indicantur ab intemperie calida iecoris, renum, veſicę, vteri, ventriculi, & quā ſiccant etiam ab vlcere earundem partium. Indicantur prætereà à deſtillatione ſalſa, & humorum acredine, ab hypochondriorum obſtructione leui. Prohibeantur ex rebus pręternaturam ab intemperiè frigida viſcerum naturalium, & pręcipuè ventriculi; (qua tamen in re experientia confirmatum eſt, inter Thermas frigidas minùs ventriculo tali aduerſari Porretanas noſtras veteres, vt quę nonnihil participent, ſulphuris:) ab humorum cruditate, & ab inſigni primorum ductuum obſtructione, nam mites obſtructiones, vt dictum eſt, ſanare ſolent. Ex rebus verò ſecundum naturam prohibentur ab ętate puerili, augumento enĩ obſunt 2. *de Tuend.* item à ſenili, calorem n. ejus debilem ne extinguant periculum eſt. Calidæ Thermę indicantur ab affectibus frigidis ventriculi, inteſtinorum, vteri, vaſorum ſeminalium. Prohibentur ex rebus naturalibus à temperiè calida, quàm magis incendunt: ab habitu gracili, & cutis raritate, quod ſpiritus, & calidum innatum diſſoluunt, neceſſarioquè ſiccant: ex rebus præternaturam ab omni affectu calido, vt ſunt febres, & tnmores calidi, niſi degenerent ad finem in frigidum, quomodo ijs vtitur Aet. in inueteratis viſcerum inflammationibus, & Paulus in vteri tumoribus induratis, non adeò contumacibus, ab omni morbo acutò; à capitis dolore, & imbecillitate; à fluxionibus humorum, cum omnium, quo modo iubet Galenus abſtinere ab his in conſluxu humorum ad ventriculum, tũ maximè ſanguinis, 7. *Met.* ex quacunquè

Indicantia, & prohibentia aquas medicatas.

Frigidarũ indicãtia, & prohibentia.

Indicantia, & prohibentia calidarũ.

cumquè parte, & ea, quæ à ſalſa pituita è capite concitatur. Et ſi quis dubitaret ex Gal. de ſan. tuen 6 c. 9. quod enumeratio prohibentium ſit manca, eo quòd ibi proponat caput calidum, cui dicit aduerſiſſimas eſſe aquas ſulphureas, bituminoſas, & proinde calidas, hic ipſe ſciat Gal. ibi loqui de aquis hiſcæ, quæ exteriùs adhibentur, non autem aſſumuntur, vt patet ex modo loquendi illius: Quod verò attinet ad Potum harum aquarum calidarum, ſine dubio in capite calido ſunt ſuſpectæ, non autem fregidæ, quia illæ valdè caput replent. Quæ detergunt aquæ, in vlceribus, & prçcipuè inteſtinorum, vti in Dyſenteria, ſummoperè conueniunt: quemadmodum quæ emolliunt, ac digerunt, in duris, ac ſcirrhoſis tumo ib. qua ratione, ad ſtrumas diſcutiendas, ijs vſos eſſe veteres, ſcribit Vitruuius, *loc. ſup. citat.* Quoad adſtringentes, eæ indicantur à nimis excretionibus, vt mictu ſanguinis, menſium, & ſeminis immoderato profluuio, &c.

Indicantia detergentium thermarũ

Quorum affectuum cauſa, Thermæ frigidę chalybeari poſſunt, ac cum felici ſucceſſu dari. Prohibentur autem aquæ adſtringentes, cùm ab alijs, tùm maximè, ex Galeni ſententia, 7. *Local.* à thoracis anguſtia, & vocis exilitate. Ad adſtringentes poſſunt referri corroborantes, vt quæ auro, argento, ferro, conſtant: niſi potiùs quædam illarum occulta qualitate effectus ſuos præſtent: quo modo aurę: & argenteæ, colicis, & podagricis proprietate quadam prodeſſe creduntur. Cæterùm illud in genere ſciendum eſt, omnes aquas thermales, ſiue calidæ ſint, ſiuæ frigidæ, prohiberi à virium languore, & ab hepatis ac lienis ſcirrho: omnes item, vt actu humidæ ſunt, ab hydrope, vt potentia ſiccæ, à macie, & melancholia, præcipuè hypocondriaca, ac tandem ab omnibus affectibus ſiccis, ſiue naturales illi, ſiue morboſi fuerint. Sed aliqui ex recentioribus in ſerie prohibentium has aquas, reponunt luem veneream. Ego verò, qui motus argumentis ex natura rei, & euidentia deductis, non modo aquas thermales non nocere, ſed ſummoperè prodeſſe in lue hac noui: rem hanc paulò diligentius hic conſiderare decreui, ac eo magis, quia aquæ iſtæ ſunt materia remedij generoſioris, ac penè ſacros producunt effectus, vt meritò veluti ſacræ à medicis dicantur. Primùm igitur tanquam ratum, & firmum interim ſuppono, luem hanc eſſe cauſam morbificam, quæ in corpore humano varios cùm totiùs tùm partium corporis affectus parit, & in ſerie affectuum partium ſæpiſſimè occurere intemperiem calidam, non tamen ſemper ſiccam, ſed aliquando etiam humidam hepatis. Addo luem eandem ſecundũ propriam ideam, ac formam contineri proprietate quadam ſecreta, & à tota ſubſtantia; non citrà tamen aliquas manifeſtas qualitates, vt paulò intrà dicam, quod neminem negaſſe obſeruo immò proprietatem illam proprijs alexypharmacis, Guaiaco, inquam, & ſalſa debellari omnes affirmant. Tertiò dico, quod etiam ſi thermæ, ſtrictiùs, & propriùs loquendo, connotent tantùm aquas calidas, nihilominus latiùs vſurpato vocabulo eò certo ſcio illud ad aquas omnes medicatas, ac ſponte naſcentes, & proindè frigidas quoquè ampliari: quibus iactis fundamentis, reſolutè aſſero primùm, luem prædictam non aquis his, ſed proprijs alexypharmacis curari, ſicuti vſu illarum plures luis effectus ſubmoueri pro certo

Emollientium, & digerentium.

Indicantia, & prohibenta adſtringentium.

Prohibentia generalia omniũ thermarum.

An lues venera prohibeat vſum aquarum thermaliũ Pars negatiua aſtruetur.

1 Fundamentum.

2

3

Opinionis propria.

to habeo exempli gratia, Intemperies calida hæpatis vſu aquarum harum refrigerantium, & frigida ventriculi intemperies vſu earumdem calefaciendum in potu maximè tollitur. pari quoq; ratione materia in partib. obfirmata, vt in doloribus, ſtupore paraliſi, & tophace, per lauacrum ex aquis his calidis paratū abſumitur, atq; diſcutitur, ſiue abſit, ſiue adſit lues quoniam hæc ipſa in ſui curatione nihil habet cum medicamentis, vt dictum eſt, quæ qualitate manifeſta operantur, & ideò nec indicat, nec ꝓhibet has æquas; vt ex his omnibus hice clarius appareat luem veneream nulla rōne prohibere vſum aquarum medicatarū ſpontè naſcentium: nec rationes aduerſariorum ali quid vrgent: nam ea

Rationes pro parte aduerſa ſoluūtur.

quam ipſi ex experientia cum infelici ſucceſſu ab vſu harum aquarum deducunt, nil valet, habeo enim ipſe oppoſitam experientiam; accedit, quòd ſi aquæ hæ laborantibus lue propoſita fuerunt aliquādo noxiæ; id forſan contingit ex malo, & proinde intempeſtiuo, ac nimio illarum vſu ob contemptum omniū indicantium, permittentium, & prohibentium, quod addunt ſecundò aquę thermales, vti calidas non conuenire pro curanda hac lue, quę cōſiſtit, & fundatur in intemperie calida, & ſicca: dico formam luis huius eſſe proprietatem quandam arcanam, quæ non tollitur vſu harum aquarum; & quanquam ab illa prodeat intemperies calida, & ſicca, vti effectus à ſua cauſa; hæc ipſa thermis frigidis ſubmoueri poterit: quare effectus hic, & non lues thermas calidas prohibet; & eſto, quod concederent intemperiem prædictam eſſe effectum luis, toto cælo aberrarent, quando ēt intēperies frigida à lue ſubſequatur, quę thermis calidis tolli poteſt, & ſi quis obijceret, immo nullam aquā ex prędictis conuenire, qa omnes & ob id frigidæ quoquè ſiccant, & intemperies prædicta luis effectus eſt ſicca, reſpondeo non ſemper intemperiem hanc conſiſtere in ſiccitate, adijcio quoq; ſiccitatem harum aquarū virtualem, ob humiditatem actualem aquæ aliquo pacto refractā eſſe, preterquā quod arbitror ſiccitatem harum aquarum ob putredinem luis valdè proficuā fore, eſt enim lues hæc excrementū putridum, craſſum, & viſcidum, contagioſumq; tertiò adducunt aquas thermales argēto viuo eſſe refectas, quod deleterium, & aduerſarium eſt naturæ humanæ, & propterea nullo modo conuenire: Reſpondeo, quòd (quicquid ſit de mercurio, an ſit venenum, necne) non omnes aquæ medicatæ participant mercurium, quāquam aliqui ipſum habeant pro alexypharmaco huius luis, quod apud me eſt dubium, & cōtrouerſū, & eo rariſſimè vti ſoleo: hæc de thermalium aquarum natura. Deuenio ad rectum earū vſum. Quantum igitur ad vbi agendum, vt ſic variè medicatæ aquæ adminiſtrantur. Nam vel intus exibentur, vel exteriùs admouentur. *Ac intus quidem* adminiſtratę duob. modis in vſum veniunt, vel iniectę in anum, vterum, meatum vrinarium: vel aſſumptæ per os. Aſſumuntur vulgò duobus modis, primò per ſe in potu: ſecundò permixtę cum alijs, cum vino ſcilicet, vel cū cibis, qui in eis incoquuntur ex quibus aſſumptionis modis primus quidem non noſtro tantū tēpore cæpit, vt perperam quidā ex recentioribus putant, ſed veteribus etiam vſurpatus fuit, qemadmodum patet ex hiſtoricis, Strabone vbi de aquis Labanis, & Albula; *lib 5. in deſcriptione Italiæ.* Pauſania in Arcadicis, vbi de fonte Alyſſo; Vitruuio, *Lib 8 ca. 3.* & Plinio *Lib. 32. ca. 6*, qui ait ma-

Rectus vſus aquarum medicatarū.

Vbi agendum ſcù per quæ loca exhibeātur aquæ medicatæ.

gnos

Quos modis exhibeantur totus.

gnos ſibi viros fuiſſe viſos, qui maiorem cæteris harum aquarum copiã bibiſſent Sed, & Medici hoc teſtantur Aetius ex Archigene, & Galeno *Tetrabib. lib. 1. Sermone 3 ca. 167.* Oribaſius, 10 *collect. cap. 5.* Scribonius Largus, *cap. 146.* & ipſe Galenus ac Auicen. *4. de tuend. 4. 3. Fen. 16. c. de colica.* qui varijs in affectibus eas propinabant, vt ex locis citatis videre eſt. Secundus verò modus, vt veteribus Medicis in vſu nunquam fuit, ita inutilis quoquè videtur eſſe, & damnari ab ipſo Hipp. in ſuo de aere aquis, & locis commentario. *lib. 13. & 16.* Nam nec vt alimentum aquæ hę conueniunt, cùm, præterquam quod aqua non nutrit, medicamentoſæ omnes ſint, medicamentum autem à natura digeri nequeat; nec vt medicamentum, cùm hoc modo niſi in magna quantitate ſumptæ niſi poſſint prodeſſe, obſint potiùs, ſi non ſtatim, at ſaltem, quod de aqua niuali Gal. dixit, *lib. de ren affetionibus.* temporis ſucceſſu. Id quod maximè de calidis intelligendum eſt.

Termarũ vſus in potu etiã veteribus notus.

Thermæ perperam miſcẽtur potui, & cibis.

Nam frigidæ, ſi quis ſenſim crebro ijs vtendo profligare affectum velit, fortè cum emolumento hoc modo vſurpari poterunt. *Iam verò exterius*, non tantùm in ſubſtantia ſua aquæ admouentur; verum etiam ea, quæ ipſis ſunt adnexa. Subſtantia ipſa iſdem modis quibus aqua ſimplex, de qua dictum iam eſt, vſurpatur, per modum ſtillicidij, balnei, inſeſſus, fomenti, lotionis. Quæ aquis his annexa ſunt, ea in duplici ſunt differentia. Nam vel vaporia ſunt, ſtuphæ, & fouæ dictæ, vel luta. Porrò cùm tot ſint modi thermarum vſurpandorum, nobis non niſi de tribus in præſenti agendum eſt; de potu earum, de Vaporarijs, & Lutis. Nam quantum ad alios attinet, ex internis, vſus earum in iectionibus patet ex *tractatu de ingreſſu ad infirmos* vſus verò in potu & coquendis cibis, tanquàm vel inutilis, vel per ſe clarus omittitur. Ex ijs verò qui externi ſunt, omnes qui, circà ipſas aquas præciſè verſantur, ex tractatu de Balneis, & ſtillicidijs euadent manifeſti.

Exterius thermæ quot modis vſurpentur.

De quib. modis vſurpandi thermas hic agẽdũ

De potu aquarum thermaliũ

Quantum igitur ad potum aquarum thermalium ſpectat, antequam cętera, quæ ad rectum vſum pertinent, explicentur, illud *in primis ſciẽdum* eſt non omnes æquè huic vſui eſſe aptas. In vniuerſum enim excluduntur ab hoc vſu, quæ aliquid metallicum noxium in ſe habent, vt plumbum, argentum viuum, miniũ, item quę gypſo conſtant, vt illæ montis Groti in agro Patauino. Sed & bitumen liquidum habẽtes, quòd præter modum relaxant, inutiles ſunt. Dico bitumen liquidum habentes, Nam quæ per venas tranſeunt bituminis ſicci, poſſunt in potu conuenire. Et de his intelligẽdi ſunt Archigenes, Galenus, *4. de tuend. 4.* Paulus, *locis ſup. citatis* Vitruuius, cum eas pro potu proponunt.

Aquæ thermales quæ potui ineptæ.

Aquæ thermales potui aptæ

Quoad reliquas, maximè opportunæ ſunt nitroſæ, ac ſalſæ, vt quæ non calefaciant tantùm, ſed expurgent etiam, ſiccent, & ruborent Aptæ quoq; ſunt aluminoſæ, & ferreæ, maximè verò, ſi ex accidenti miſtura, detergens aliqua ijs vis cõmunicetur, vt fit in aquis ſancti Caſſiani, & Villenſibus: quemadmodum, & marmoreæ, niſi gypſum admiſtum habeant. De argenteis & aureis nihil dicendum eſt. Conſtat enim conuenire, ſi reperiantur. Aeneæ quæ ſubtilem ducunt ex minera ſua ſubſtantiam, quales ſunt Viterbienſes, præſtantiſſimę ſunt, ob cauſam in nitroſis dictam. Nam quæ craſſam ducunt, erodunt, quod idem de atramentoſis, ſeu chalchan-

tinis

tinis dicendum eſt. Sulphuræ, quæ ſolùm ſulphur habent, quoniam relaxant ventriculum, & effeminanti, ex Antillo apud Oribaſium, *Lib.* 10. *cap.* 3. & ex Aetio fugiendę ſunt. 5. *Tetrab ſerm.* 3 *cap.* 163. rectè tamen vſurpantur eæ, quę pręter ſulphureorum vaporum naturam, alia etiã habent admixta metallica, quippe quas ſulphuris vapores tepidas reddunt, & ſtomacho minùs ingratas, atquè has propinant Galenus. 4. *de Tuend.* 4. & Trallianus. *Sciendum eſt ſecundo*, aquas has non omnes partes corporis, quas iuuat, eodem modo iuuare; ſed aliàs quidem per ſe, aliàs ex accidenti, & conſecutione quadam. Per ſe iuuant eas partes, per quas tranſeunt, & quas contingunt: hę verò ſunt, & I. fauces & quę circà eas; vnde aquas Prunæ. Veſtinę veteres exhibebant, ad diſcutiendas ſtrumas ex Vitruuio *li.* 8. *cap.* 7. II. os ventriculi: III. hepar, & lien, vnde Pulus eas exhibet in Elephantiaſi: IIII. inteſtina, & ob id Trallianus, & Auicenna eas prębẽt in dolore colico: V. renes, & veſicam quo nomine eas laudat Archigenes apud Oribaſium; & Scribonius, ac Marcellus *loc. ſup. citatis*. veſicatorias quaſdam aquas appellabant, ꝙ prodeſſent affectę veſicæ. Per accidens autem, & conſequenti, quatenus ſcilicèt recidunt cauſas morbificas: iuuant etiam partes, quas non tangunt, caput, oculos, cutem, iuncturas. Quoad vterum, tametſi illum poſſunt iuuare, alterando partes vterò vicinas, à quibus per partem poſt partem communicatur vterò earum qualitas: rectiùs tamen pro eo, in inſeſſionibus, aut iniectionibus, quàm potu, vſurpari videntur. *Sciendum tertiò*, ſi haberi iſtę aquę nequeant, non deeſſe quę illis poſſint ſubſtitui.

Aquæ thermales potæ, quas corporis partes iuuent per ſe.

Quas partes iuuent per accidens.

Vterum an poſſint iuuare therma potæ. Quæ ſubſtitui poſſint thermalibus in potu.

Loco enim calidarum vſurpari poteſt ius galli ſaliti medicatum cũ ſimplicibus calorifficis, ſicut infrà docebimus, & ſi non poſſit haberi gallus, poteſt accipi columbus turrialis. Ampliùs exhiberi poteſt decoctum Guaiaci, & Saſſafras, vinumquè hiſce medicamentis medicatum. Loco autem aquarum frigidarum licet ſubſtituere ſerum lactis, lac ipſum, vtrumq; ſi opportunum videbitur, chalybeatum. Sed iam reliqua, quę ad rectum vſum aquarum in potu pertinent, explicanda ſunt.

Quoad quantitatem igitur, certum eſt, aquas iſtas in inſigni copia eſſe dandas, vt meliùs ac citiùs facultatè expultricè irritata è corpore excernantur, illo tamen notato, vt nè ſtatim ſummam menſuram exhibeamus; ſed paulatim ad eam, & quaſi per gradus progrediamur. Archigenes apud Aetium exhibet primò tres heminas, 3. *Tetrab. Serm.* 3. *cap.* 30 id eſt vnc. xxx & eouſquè auget quantitatem, quouſquè ſit reduplicata. Hunc imitati dabimus primò harum aquarum bocale vnũ cum dimidio, vel etiam duo pro diuerſitate virium, & paulatim ad duplam quantitatem, ideſt, ad tria vel quatuor bocalia aſcendemus. Continet autem bocale vnum quodquè lib iij. & vnc. iiij. Porrò ad hanc menſuram duplem vbi peruentum fuerit, nonnulli in ea inſiſtunt vſq; ad finem. Sed quia experientia docet, rarò ęgros ad quatuor aut quinquè dies ſummam illam quantitatẽ perferrè poſſe, ſed incidere in vomitum, in labores, & anguſtias, conſultius eſt Herodoti apud Oribaſiũ, de more balneorum, conſilium imitari; & paulatim retrocedendo deſcendere, quouſuqè deuentum fuerit ad primam, & minorem menſuram.

Doſis thermarum potulentarũ

Doſis non ſtatim sũma exhibenda ſed per gradus.

In doſi ſumma nõ inſiſtendũ

De modo. Solent ſępè his aquis immi-

Modus exhibendi thermas potulentas.

immiſceri nonnulla, propter diuerſos fines, vt ſcilicèt aquæ iſtæ citiùs, & faciliùs excernantur, vt ad loca conferentia perducantur; ac alios huiuſmodi; inter quos etiam ille eſt; vt humores noxij, ac materiæ morbificæ è corpore educātur: Propterea ſi ſermo ſit de aquis calidis, ego laudo, vt immiſceantur ſaltem primò, aut ſecundò etiam die, imò verò & ſubſequentibus diebus, ſi quis fuerit, quæ facultatem inteſtinorum irritent, ac aluum ſubducant; ità tamen vt ſolùm in primo, ac ſecundò cyatho exhibeantur. Inter hæc verò ſunt in vulgari vſu primùm ſal, ad cochleare vnum; ſecundò manna, ad vnc. ij. vel iij. tertiò ſyrupus roſatus, & mel roſatum ſoluentia ad vnc. iij. vel iiij. Veruntamen quoniam ſæpiùs contingit, vt aquę iſtę, & potiſſimùm Tetucianę dentur ad euacuandas primas venas, à prauis excrementis, meritò quorum inſignes dolores, & ventriculi, & inteſtinorum excitantur, aut ſaltem: ijſdem excrementis vijs vrinæ communicatis, in illis dolores acerbi ſuboriuntur, idcircò poteſt etiam, & ſolet immiſceri prędictis purgans aliquod validiùs, vt ſunt ſpecies Eleſcoph, & Diacarthami tabulati: quæ à ſcr. ij. ad drach. j. vel ſcr. iiij. in primo cyatho vſurpantur. Verùm de Manna, & melle roſ. ſol. noto, quòd quia flatus excitant, quantùm fieri poteſt ab illis in copia flatuum abſtinere oportet, aliàs in potione aquæ, quæ bibitur incoquenda ſunt ſemina anixorum, cinamomuſq; atque tandem aquā hac ſic cocta deluere, & mannam, & mel roſatum expendit. Quantum ad aquas frigidas, ijs raró ſolent Medici admiſcere aluum ſubducentia: miſcent autem tunc tantùm, cùm volunt, vt perducantur per inteſtina ad corrigendam illorum intemperiem calidam, aut humidam, quæ caliditas ſi maxima ſit, optima ſunt Syr. & mel. violat. ſolut. Communitèr illis immiſcentur diuretica, & ferè ſemper puluis ſacchari, vt exitum illarum accelerent.

Aquis calidis quæ immiſcenda, & ob quos vſus

Aquis frigidis medicatis quæ immiſcēda.

Præter enim id quòd ſaccharum detergendo facultatem expultricem irritat; ſua etiam dulcedine eſt in cauſa, vt aquæ auidiùs à iecores attrahantur, & ob id. & faciliùs, & citiùs educantur. Sed, quoniam res aliquando eò perducitur, vt ex admiſtione ſoliùs ſacchari Medicus nō obtineat intentum, ideò ſolitus ſum ego iſtis aquis permiſcere in primò cyatho vnc. iij. Syr. de limonibus, vel de liquiritia, vel de capillis Vener. vel de Ibiſco ex deſcriptione Fernelij; quibus non ſufficientibus, aſcendo ad ſyr. Byzantinum, cum aceto, vel acetoſum de radicibus, vel oxymel comp. Verùm circà hęc medicamenta illud notandū venit, poſſe Medicum ea exhibere etiam ſeorſim ab aquis. Cauſa autem, qua adductus Medicus non facit mixtionem, eſt, quoniam ægri, vbi aſſumūt iſtas aquas medicamentis iam dictis res certas, fiunt nauſeabundi, & euomunt.

Medicamenta quæ permiſcētur Thermis potulentis poſſunt etiā exhiberi ſeorſim, et cur, & quomodo.

Quare vt Medicus hæc incommoda euitet, exhibet ea ante tempus aſſumptionis aquarum, per ſpatium vnius horæ. Sic enim fit, vt viæ, per quas tranſire debent aquæ, magis expeditæ reddantur, & patentes. Si igitur ſermo ſit de medicamētis purgantib. ſuperiùs propoſitis, illa dilui poterunt iure vel aqua potanda: ſi verò de diureticis, quæ immiſcentur aquis frigidis, paritèr dilui poterunt eadem aqua, vel aliqua alia diuretica ſtillaticia; quo in caſu ego ſoleo dare lib. ſs. aqu. graminis cum vnc. iij. Syr. de liquiritia. Aſſumptis autē hiſce medicamentis, imperandus eſt

ſomnus

Aquæ thermales potandæ actu calidæ, & integris viribus præditæ.

ſomnus per horam integram, vel mediam, & tranſacta hora potandæ aquæ. Potandæ autem ſunt actu calidæ, ita tamen ne adeò caleant, vt aut aſſumi aequeant, aut ſudorem prouocent. Sed & opera danda eſt, vt integris viribus præditæ accipiantur. Vnde, ſi aquæ ſint eiuſmodi, vt amittant vires ſuas, ſi à proprio fonte remoueantur, vt ſulphureæ, bibantur ad ipſam mineram.

Quid faciendum bibuntur aquæ thermales.

Porrò modus bibendi has aquas erit huiuſmodi. Surgat æger ſub auroram, & redditis alui fæcibus, aliquantiſper inambulet, lenitèr tamen ex Archigene, *Vide Aet. 3. Tetrab. Serm. 3. cap.* 30. vt viſcera aliquantulum incaleſcant, & ſic validiùs attrahant, atquè expellant. Poſt inambulationem bibat aquam, ſed ſenſim, & per vices non continuata ſeriè, ſpatio ſcilicet vnius horæ, ne vomitus excitetur, aut ventriculus nimia aquæ mole obruatur, & vt ratione moræ interpoſitæ, ventriculus primos cyathos actuet. Inter vices illas interponat leues inambulatiunculas, vt aqua ſic commota, deſcendat faciliùs, & diſtribuatur: & cum totam aquam biberit, inambulet vſquè ad horam prandij Ab ambulatione tamen excipiendi ſunt illi, quibus aquæ iſtę ad cutim permeantes, dum inambulant, ſudores mouent.

Bibentib. thermales aquas quã prandendum.

Erit autem hora prandij, cum tantundem, aut paulò minùs ac aſſumpſit aquæ reddiderit' vel ſaltem cum excreta portione, vrina non aquoſa ampliùs, ſed priſtino colore tincta rediderit: id quod quatuor ferè aut quinquè horarum ſpatio à potu aquarum ſolet accidere. Nec enim ſemper expectandum, dum aqua tota reddatur, quòd ſæpiſſimè non niſi nocturno tempore tota excernatur, maximè, ſi, quæ bibantur, aquæ frigidæ ſint. Hæ enim ferè ſemper viginti quatuor horarum ſpatio redduntur.

Victus ratio ſeruanda bibentib. aquas Thermales.

Cætærùm ſeruanda eſt toto tempore, quo aquæ aſſumuntur, & etiam aliquamdiu poſt aſſumptas, accommodata victus ratio. Hæc verò erit, vt patiens è domo non exeat, & verſetur in aere temperato, vel ad calidum potiùs quàm frigidum vergente.

Cibus, & potus.

Quoad cibum, niſi conſuetudo ſit in contrarium, liberaliùs eſt cænãdum, quàm prandendum. Nam veſperi ventriculus minus laxatus, & languidus q̃ manè exiſtit, & ideò maiorem copiam cibi eo tempore conficere poteſt. Accedit etiam, quòd in ſomno, qui fit poſt cænam, melior fit concoctio. Soleo autem ego imperare, vt quanto fieri poteſt citiùs cænent, & cubitum eant. Mane autem loco prandij iubeo vt aſſumant duo oua cocta in aqua, & ferculum ex pane cocto in iure, vel in aqua adiecto butyro, aut lacte ſeminum melonum, vel amygdalarũ dulcium; in cęna verò concedo vnum genus carnis elixæ, & panem coctum ex iure, vel ferculũ ex ouo in iure paratum, aut ex farre in eodem iure cocto. Quòd ſi caro non concedatur, ſubſtituantur tria oua, & ferculum ex pane cocto cum butyro, vt dictum fuit. Quinimò, & piſces qui in aquis claris, & intra ſaxa viuunt, non frixi tamen, loco carnis concedi poſſunt. Carnes autẽ quæ in vſum venire queũt, ſunt carnes paruarũ auium, pullorum, caponum, columborum turrialium, hædorum, veruecum, & vitulorum lactentiũ. Quoad fructus, hi ſoli poſſunt admitti, piſtacia, pinei nuclei, amygdalæ dulces recentes, ac vuæ paſſæ.

Potus.

Pro potu eligatur vinũ albũ vel ſubrubrum, vt conſuetudo hortatur, tenue, clarum, mediocrium virium, quantitate minimè excedens.

Somnus.

Quoad reliqua ſomnus meridianus vitetur, ſi aquę antè prandiũ excretę

Excreta & retenta.

non fuerint. Secus enim concedi poteſt. A cæna autem nõ fiat ſtatim, ſed tranſacta ad minimum hora, & adhibita corporis exercitatione per leues aliquot ambulationes. Aluus ſi opus fuerit, irritetur clyſteribus emollientibus, adiecta illius aquæ portione, quæ potatur.

Symptomatis quæ bibentibus ſuperueniunt, vt occurrendum.

Ad modum ſumendi aquas thermales; videtur aliquo modo poſſe reduci cura Symptomatum, quæ potui earum ſuperueniunt. Hęc verò quia multa ſunt, & ferè non curantur, niſi dimiſſo aquarum vſu, de tribus tantùm agam, de retentione earum, de noxa quàm inferunt, tùm capiti, facta ad illud euaporatione; tùm hæmorrhoidibus, in ijs corporibus, quæ illis laborant. Circà retentionem igitur, ſi aquæ iſtæ omninò non reddantur, debet prohiberi earum vſus; ſi reddantur ſed diminutè, poteſt permittere Medicus, vt patiens ſemel eas ac iterùm bibat; & ſi neque tunc reddantur, imperare debet, vt ab illarum vſu penitus deſiſtat. Aquæ autem quæ adhuc in corpore detinentur, ſunt educendæ. Educuntur autem vulgo ferè clyſtere aliquo, qualis eſt qui *Rec. rad ebuli iridis, cucumeris agreſtis an. vn ſs ſoldanellæ drachm. ij. M. & fiat decoctio in aqua quã potauit æger. Colati, Rec q. ſ. mellis roſ ſol. olei irini an. vnc iij eleaterij ſcru. ij. Sacchari rubri vnc. i & ſ. cum ſale, & vitello oui fiat clyſter.* Verùm tamen, quoniam clyſteres in hoc caſu parùm proficiunt, quia aquæ, vbi non redduntur, iam in venas ſunt receptæ, & clyſteres vix à venis attrahunt, niſi plures vſurpentur, & hi ipſi acres, idcircò vtendum erit medicamentis per os aquã educentibus. Ex ijs igitur hęc mihi probantur. *Rec. pulueris ſem. ebuli præparat. drachm. i. ſs ſpecierum Eleſcoſ b. ſcr. ij. cùm ſucco radicis ireos fiat*

Aquæ ſi non reddantur, aut reddantur diminutè, quid agendum.

Clyſteres parum proficiunt in hoc caſu.

bolus, & detur in aurora. Vel *Rec ſucci mediani ſambuci, mellis roſ. ſol. an. vn ij mannæ electæ vnc i & ſ. M.* pro potu, cui ſi opus fuerit, addatur modicum iuris. Quibus non conferentibus, licet aſcendere ad id quòd *Recip elaterij gr iij. pil. Alephang. ſcr. ij. M. & fiat bolus cùm mel roſ. ſol.* Hæc ſunt igitur illa medicamenta, quæ iuuant excretionem aquarum, & eas retentas educunt. Sed quanquã æger ad plures dies aquas iſtas aſſumat, & eas excernat, putò tamen non eſſe malum, finito potu hoc, vt æger vtatur aliquo leui pharmaco, quo reliquiæ aquarum, ſi quæ in corpore remanſerint, educantur. Ego autem hoc vti ſoleo. *Rec. rad. irid rec inciſæ vnc. ſs. aniſorum drach. i. fiat decoctio in aqua cõmuni vel iure, ad medietatem. Colato diſſolue vnc ij. vel iij. mannæ electæ.* Quoad reliqua duo Symptomatum genera, euaporatio aquarum in caput prohibebitur, ſi patientes aſſumpta aqua, ſtatim comedant cydoniatum, vel ſaccharum roſaceum, vel ſemina coriandrorum ſaccharo ad medietatem cooperta: noxæ autem, quàm ab ijs patiuntur hæmorroides, ſuccurretur, ſi patienti, antequam illas bibat, inijciatur clyſter ex oleo communi, & butyro; vel ex oleo violacco, qui tamen clyſter etiam ex vſu eſſe poterit, excretis aquis per aluum. Quamuis in vementi hemoroidarum affectu putem ſatius eſſe ab hiſce aquis, & præcipuè calidis, ſalſis, & nitroſis abſtinere.

Etiamſi excernat æger aquas, vtile tamen finito potu, vti pharmaco educente reliquias.

Euaporatio aquarũ in cap. vt prohibenda.

Noxæ, quã hæmorhoidibus inferunt aquæ vt occurrendum.

De tempore. Si dc anni tempore ſermo ſit, abſquè dubio, exceptis Tetutianis, & ijs ſimilibus, non conuenit potus harum aquarum hyeme, quòd tum ferè conuulſiones ijs ſuccedere obſeruatum eſt, eæq; difficultèr excernuntur ob cõſtipationem.

Tempus aſſumendi Thermms potulentas.

Circà

Circà reliqua tempora aquæ calidæ exhibendæ ſunt calido tempore; quia habitus corporis debet eſſe rarus, pro earum vſu; non tamen calidiſſimo, cum expurgando, calefaciendo, & ſiccando nimium lęderent: (Sunt autem talia tempora Ver, principium æſtatis, & autumni:) Frigidæ vero exhiberi poſſunt tempore etiam calidiſſimo, quia habitum corporis maximè requirunt patulum qualis non eſt niſi tempore calidiſſimo. Hæc tamen omnia intelligenda ſunt, niſi aquæ ipſius conditio repugnet: ſunt enim nonnullæ aquæ, quæ certa habent, & ſtatuta ſui vſus tempora, quamuis ſciam illis temporibus magis conuenire, quia tunc magis ab omni mixtura ſunt immunes. Poſſunt autem adminiſtrari dictis temporibus, quocumquè anno, dummodò non obſeruetur aliqua in qualitatib. earum mutatio. Nec reſpiciendum eſt vllo modo ad Annum Biſextilem quòd nonnulli volunt, cum ille annus merum ſit inſtitutum humanum & ideò nihil penitùs in aquis ſua vi demutare poſſit. Quod ſi tempus conſideretur particulare, opportunum aſſumendi eas tempus eſt, vbi pręſentia ſunt indicantia, abſentia verò prohibentia. Et idcircò aquæ iam dictæ non ſunt dandę niſi toto euacuato, ventriculo ieiunio, & quidem hora matutina; abſtinendumquè ab illis eſt in mulieribus, quibus fluunt menſes. Proſequendus autem eſt vſus earum per dies duodecim, aut etiam quindecim, habita tamen ratione habitus corporis, & virium: idquè continuatis diebus non alternis, vt quidam faciunt; quia ratione quietis interpoſitæ, vt docet experientia, difficilior redditur excretio, contrà verò natura inualeſcit expellendo. Sed neque balneum Thermarum, dum aquæ ſumuntur, adminiſtrandum eſt: quod hoc modo, ratione contrariorum motuum factorum, à balneo, quòd ad circumferentiam, & à potu, qui ad centrum trahit, nimis ęger affligitur.

Quo tẽpore anni exhibendæ ſint.

In potu thermarũ non reſpiciendum ad annũ biſſextilẽ.

Quãdiu exhibẽdæ. Thermæ potulentæ non ſumẽdæ diebus alternis, ſed continuatis.

Baln. thermarũ non eſt adminiſtrandũ tempore earum potus.

Quod ſi aliquis quæreret, an tempore, quo aſſumuntur aquæ, vnum genus tantùm aquarum ſit potandum, an verò multiplex? Reſpondeo, ſiue frigidæ, ſiue calidæ potentur aquæ, neceſſe eſſe, ſaltem per tres dies potare prius aquã aliquam magis calidam, ac deterſoriam, & primarum viarum euacuatoriam, vt commodiùs aquæ, quæ ſunt principaliter intentæ, tranſeant, ac permeent vaſa. Sed & alia ratione aquæ diuerſæ naturæ illo tempore vltimo loco bibuntur, vt, verbi gratià, ſi aliquis biberit aquas frigidas, in fine potus illarum, per duos dies poterit bibere aquas calidas, vt ſi veſtigium aliquod frigiditatis ventriculo ab illis communicatum fuerit, ab his deleatur.

An vnum tantũ an multiplex aquarum genus potandum.

Quod ſi quis ſcire velit, quænam ſint illæ aquæ calidæ, quę primùm exhibendæ ſint, tanquàm præparantes iter alijs, dico in genere illarum, quæ ſuperiùs fuerunt propoſitæ, ac in noſtris partibus ſunt in vſu, tales eſſe Tetutianas, tanquàm eas, quæ potiùs ſunt deterſoriæ, & euacuatoriæ, quàm alteratoriæ. Et hæc de vſu aquarum in potu.

Aquæ præparatoriæ quæ ſint.

DE VAPORARIIS.

Vaporaria medicata naturalia, ſũt loca ad Thermas plena vaporibus calidis, *Vid. de his Celſ. lib. 21. cap. 18.* & ſudorem promouentibus: vnde, & Sudatoria, ſiue Sudationes à nonnullis vocantur. Sũt autem duorum generum. Alia enim humida ſunt, quæ ad aquas ipſas medicatas calidas, vbi per aliquam loci anguſtiam exhalant, conſpiciuntur; qualia ſunt ad Baias, & ad Aponi

Vaporiaria quid & quotuplicia.

Thermas: alia ſicca, qualia Celſus aſſas ſudationes vocat; *lib. 2. cap. 21.* ſuntquè naturales terræ cauitates, à ſubiecti ignis vehementia dilatatæ, ſulphureis vt plurimum vaporibus abundãtes. Quorum rurſus duplex eſt differentia, quippe cum aliæ magna ſint, ità vt duo tria, & quandoquè etiam plura corpora poſſint recipere, vocanturquè à recentioribus Stuphæ; alia parua, in qua vnum tantùm, vel duo crura itemquè vnum vel duo bracchia poſſunt inſeri, nominaturque Foueæ.

Facultates ſudatoriorum, id eſt ſtupharum, & Fouearũ.

Facultas horum omnium, ex qua indicantia per ſe innoteſcunt, eſt impenſe calefacere, ſiccare, totum per ſudorem euacure. Quare ſummoperè conueniunt, quatenùs quidem ſiccant, & diſcutiunt, in materia impacta, & flatulenta; quatenùs verò ſudores promouent, in omni ea quæ ſenſibilitèr per totum vacuari apta eſt: ideoquè præclaram ſæpè operam præſtant in articulorum, & iuncturarum induratis affectibus, & doloribus; in malis cutaneis; in neruorum vitijs ex repletione, in œdematibus, & omni tumore frigido, in hydrope aſcite, & leucoplegmatica. Cæterùm cauendum ab ijs in naturis ac affectibus calidis, & ſiccis, in macie, & habitu gracili, in longo morbo conſumptis, & in ijs potiſſimùm, qui facilè animi deliquia incurrunt. Vniuersè tamen tutiùs Foueæ quàm Stuphæ vſurpantur.

Indicantia vaporariorum. *Prohibẽtia.* *Foueæ tutiores Stuphis.*

De recto vſu. Quoad vbi agendum, Stuphæ quidem toti corpori, Foueæ verò certis tantùm partibus, cruribus ſcilicet, & brachijs, vt potè quæ ſolæ apte in eas inſeri poſſunt, applicantur.

Rectus vſus vaporariorũ quoad Vbi agendũ.

Modus vtendi alius eſt in Stuphis alius in Foueis. In Stuphis hæc obſeruantur, vt ingrediantur eas patientes toto corpore nudi, excepto capite, quod vel pileo, vel aduerſo ſitu à vaporibus tuendum eſt: os inter ſudandum colluatur aqua frigida; ne deliquium animi ſuccedat: ſudor non ſiſtatur, æger illis egreſſus per horam in lecto ſe contineat, deindè prandeat.

Modus vtendi Stuphis.

Quoad Foueas, in eas pars affecta inſeritur, & dum inſerta eſt, ſenſim mouetur, vt paulatim actioni naturali aſueſcat: vbi manſerit quantum opus eſt, extrahitur, ſiccatur, & inungitur aliquo oleo eiuſdem cum vapore facultatis, vel etiam cerato munitur. Pars verò quæ non inſeritur optimè tegitur.

Modus vtendi foueis.

De Tempore. Vſus tam Stupharum, quàm Fouearum initur præſente indicante, ſed non niſi fæcibus priùs redditis, ieiunio ventriculo, & perpurgato toto. Quæ purgatio multo exactior eſſe debet pro ſtuphis, quàm pro foueis, quòd illæ multò magis, quàm hæ eliquare humores ſolent. Vtendum autem illis nunquam amplius duabus in die vicibus, mane ſcilicet & veſperi, ſeptem ad minus à prandio horis: quanquàm ſatius eſt ſemel tantùm eas ingredi, aut etiam alternis diebus maximè ſub principium, cum nondum aſſueta natura eſt, tam ſubitariam vim perferrè. Vnde etiam meliùs eſt per ſuaues aliquot dierum balneas, ad eas, & maximè ad ſtuphas diſponi patientes, vt ſic exonerata multis ſuperfluis natura, aſſuefactaquè leuibus ſudatiunculis, faciliùs earum vim ſuſtineat.

Tempus vtẽdi Stuphis, & foueis. *Quoties ijs vtendũ in dies & quamdiu.* *Quot diebus ijs vtendum.*

Porrò terminus in ijs manendi, horæ ſpatio, quòd ſummum ſit, definitur. Proſequendus autem vſus earum eſt, ad decem vel duodecim dies, nec ampliùs, quoniam vix repe-

reperire eſt, qui diutiùs eas, & præſertim ſtuphas, tolerare queant.

DE LVTIS.

Lutorum medicatorum nomine inteligimus limum, qui in fundo aquarum medicatarum, & calidarum ſubſidet Nā tametſi Galenus 11. *Simpl. tit.* 3. & Aetius velle videntur, *Act. Tetrab. Serm.* 2 *ca.* 3. ad eoſdem affectus in quibus hoc tempore Lutis noſtris vtimur facere quoquè Lutum terræ pinguis cuiuſcunq; quæ collitur: tamen vel ex illis ipſis patet, non peræquè id quodlibet facere ſed maximè medicatum, vtpotè cum Galenus non cuiuſuis Luti, ſed Aegyptiacæ terræ exemplū adferat, quæ Nili diluuia quotanis recipit, ac tota idcircò arenoſa, ſalſa, nitroſaquè pro naturali ſoli illus fluminis qualitate, hoc eſt, medicata redditur: Aetius autem ex Stratone, terra non ſimplici vtitur, ſed varijs medicamentis alterata. Porrò habent Thermarum Luta triplicem ferè facultatem, I. emolliendi partes induratas, II. reſoluendi, & ſiccandi, quod emollitum eſt. III. roborandi ac firmandi partes imbecilles: Eſt tamen differentia inter ea: maximè quoad duas facultates priores. Alia ſiquidem molliunt, & reſoluunt moderatè, vt quæ bituminoſa ſunt, quo in genere habentur Luta Diui Bartholomæi Patauij alia ſiccant, & reſoluunt vehementer, qualia ſunt ſulphurea, ſalſuginoſa, nitroſa, & vitriolata, in quorum ſerie pro aliqua parte ſunt Diuæ Helenæ ibidem. Ob has verò facultates conueniunt, quà quidem emolliunt in materia dura; quà reſoluunt, & ſiccant, in impacta, & copioſa; qua corroborant in imbecillitate maximè neruoſi generis, & juncturarum. Vnde Galenus loco citato, 11 *Simpl. tit.* 3. iiſdem ferè omnibus affectibus prodeſſe ſcribit, pro quibus facere vaporaria dictum eſt, hydropi ſcilicet, Lienoſis, inflammationib. veterib. tumorib laxis, & duris, doloribus diuturnis. Porrò Luta hęc naturalitèr medicata, cū haberi vbiquè nequeant, de ſuccedar eis cogitandum eſt, Inter quæ primùm locum habere videtur oleum, quòd nonnulli ex lutis ipſis chymicè extillant. Sed alia quoquè arte comparari poſſunt. Id quòd veteres quoquè feciſſe conſtat, vel ex Aetio, *loco ſup. citato.* qui ad tumentes corporis eminentias atramentum ſutorium, & alumeu ſciſſilè Luto fuſco ſimplici ſubigit, ac illinit: quem imitati nos quoq; Luto vulgari admixtis ijs, quibus Lutum vnum quodq; conſtat, mineralibus, ſulphure, nitro ſalè, bitumine, &c. illa non infeliciter reddemus. Quin, & ſordes balneorum ſeu ſtrigmenta ſubſtitui Lutis poſſunt, vt potè iiſdem viribꝰ prędita ex Dioſcoride, & Paulo Aegineta. *Dioſcor. lib.* 1. *cap.* 31. *Paul, lib.* 7. Veteres in hunc vſum adhibuęrunt eam mixturam, quæ ſtrigilibus è corporibus exercitantium ſeſe, lucta maximè, ante balnei ingreſſum deradeba tur. Conſtabat autem mixtura hæc oleo, puluere, & ſudore, & quandoq; pręter hæc cera. Non enim tantùm oleo ſe inungebant luctatores, & pulere conſpergebant, ſed cera quoq; oleo, & puluere addita, vnguentum, ceroma dictum, conficiebant, eoq; ſeſe perfundebant. Sed, & fimus bubulus in hunc vſum venit, quomodo nonnulli ex fimo hoc recenti, & œſypo humido cum aqua œſypi eiuſdem, lutum conficiunt, quo non ſine ſucceſſu vtuntur in podagra.

Quantum ad rectum vſum, partes, quæ à luto adiumeutum accipiūt, poſſunt eſſe omnes. Vnde Galenus ſuris, 11. *Simpl. tit.* 3. femoribus, cubitis, brachijs, tergo, late-

Luti nomine quid int elligatur. — *Facultas Lutorum triplex.* — *Differentia inter Luta quo ad has facultates.* — *Indicantia Luta.* — *Succedanea Lutorum.* — *Oleum Lutis chymicum.* — *Luta artefacta.* — *Sordes balneorum.* — *Ceroma.* — *Fimus bubullus.* — *Rectus vſus Lutorum.*

ribus, pectori, lieni illini ſcribit: 1. *Tetrab. Serm 2. ca 3.* & Aetius quoquè capiti adhibet, ac pro omnibus ferè corporis partibus Luta facticia proponit. Communitèr tamen, & præcipuè vſus eorum eſt circa partes neruoſas, & articulos. *Modus* quo Luto vti poſſumus, duplex eſt. Vel enim applicamus Lutum parti affectæ, & eam Soli exponimus, donec Lutum fuerit ſiccatum, ac ſponte decidat, idquè iteramus bis vel ter: qui modus etiam veteribus vſitatus fuit, vt ex Plinio videre eſt: *lib. 13. cap 6* ſicquè inſtituendus eſt, vt reliquum corpus totum in vmbra ſit conſtitutum, ne inflammationi, aut febri detur occaſio: vel aluceolum parti affectæ ſubijcimus, aut apponimus, eumquè paulatim Luto complemus, vt ſenſim pars caliditati aſſueſcat, tamquè diù ſuprà partem ſeruamus, dum refrigeretur, quo facto apponimus nouum Illutari autem pars vtroquè horum modorum poteſt, vel poſt vſum balnei, per aliquot dies; vel cum ipſo balneo. Quocunquè autem modo adminiſtretur Lutum, ſemper calidum adhibendum eſt, & aqua eiuſdem balnei, ex quo extrahitur, priùs emollitum: parſquè antè quam illutetur, in eandem aquam, dum caleſiat, immergenda, & peracta illutatione abſoluenda, linteò ſiccanda, & oleo aliquò eiuſdem cum Luto facultatis mungenda. Quæ omnia proportionalitèr, in Lutis quoquè facticijs facienda ſunt. *De tempore.* Luta conueniunt eo tempore, cum præſens eſt eorum indicans, idquè purgato priùs toto, & ieiunio ventricolo, vel ſaltem peracta prima concoctione. Vnde errant, qui ſtatim a prandio adhiberi illud poſſe exiſtimant.

Vbi agendum.

Modus vtēdi Lutis duplex

Obſeruanda in vtroquè illutationis modo.

Tempus vtēdi Lutis.

Error quorundam.

Perſeueratur in eorū vſu per dies non minùs duodecim, aut quindecim: & quolibet die illis vti licet, manè, & veſperi, ſpatio vnius horæ, pro qualibet vice, aut, quòd ſummum eſt, vnius, & mediæ. Quod ſpatium qui excedunt, ſolent incidere in febres acutas. Non tamen ab initio ſtatim ſpatium hoc accipiendum eſt integrum, ſed ſenſim ad illud ex Antyli regula aſcendendum. *De quâ ſup.* Et de Thermis quidem, ſeu aquis medicatis hactenus.

Quot diebus Lutis vtendum, et quoties in die, & quamdiu

SECTIO II.

De natura & vſu Chalybis, ac medicamentorum Chalybeatorum.

CHALYBS etiam Stomoma Græcis dicitur, Latinis acies Nihil aliud eſt, quàm ferrum igne purgatum. Efficiendi eius rationem docet Ariſtoteles in Meteoris 4. *Meteor. cap. 6.* Fit enim ferro igne vehementiſſimo fuſo, ità vt fluat, ſicut cætera metalla. Hoc autem cum iteratur ſæpiùs ſcoria multa ſeparata, & ferro puriori reddito, prodit Chalybs. Eum inſignitum eſſe vi refrigeratoria, & ſiccatoria, ideoquè aſtringere apud omnes conſtat, *Vide Aet. Tetrab 3. Serm 1. cap. 48. & Tetrabib 4. Serm. 2.* vt non ſine maximò iure in omni excretione immodica ſummoperè valeat, ſi lamina illius ignita in aqua, lactè, ſero, vino, vel alio liquore extinguatur. Sed præter hæc omnia, attenuare eundem, & detergere, ac ob id obſtructiones aperire docet quotidiana experientia.

Chalybs quid, & quomodo fiat.

Facultates Chalybis.

Quomodo autem hæc præſtet, non pauci ſunt, qui dubitant, cum hi effectus ſuperioribus contrarij ſint, & caloris potiùs, quàm frigoris cōmites. Sed meo iudicio nulla eſt dubitatio, & varijs modis illi poteſt ſatis fieri. Quid enim mirum, ſi di-

Difficultas de facultate Chalybis detergēte attenuante; & de obſtruct.

ſi diuerſos effectus promat Chalybs cùm multa alia reperiantur medicamenta, quę diuerſis, & penè contrarijs qualitatibus ſunt prædita, ob diuerſitatem partium, è quibus cũſtant.

Solutio difficultatis prima. Conſtare autem diuerſis, & heterogeneis partibus Chalybem ac nõ frigidis tantùm, ſed etiam calidis, vel indè conſtat, quòd ferrum ipſum, è quò conficitur eas in ſe cõtinet. Ac de frigidis quidem nemo dubitat, cùm ex Galeno, & Ariſtotele terreum ſit, 4. *ſimpl.* 4. *Meteor. cap.* 6. & ſuam conſiſtentiam à frigore habeat. 9. *Meth.* 7. De calidis, autem patet; Tùm quia etiam ipſum ex Paulo Aetio, *Paul. lib.* 7. *lib.* 8. *Aet. lib.* 10. *cap.* 11. *Dioſc. lib.* 5. *cap.* 50. Dioſcoride, Auicenna, Halyabbate Rhaſi ventrem ſoluit, *lib. vlt. Contin. cap. ferro.* & ſcirrhos lienis diſſipat; Tùm quia ex Galeno 9. *ſimplic.* omnia metalla plurimam ſubſtantiam igneam habent, (vt ego puto, ob ſulphur, quòd in ſui compoſitione recipiunt. Quòd ſi igitur in ferro calidæ partis ſunt; cur non & multò magis inerunt in Chalybe. cùm ab igne adurente, cuius vi è ferro conficitur, eas maximè vigorari; nemò poſſit ire inficias? Sed

Chalybs cõſtat diuerſis partib.

Solutio difficultatis ſecunda. & illud dici poteſt, quòd aperiat, & detergat Chalybs, non habere illud à calore, ſed id fieri ratione vel adſtringentis, qua pollet, facultatis, vel exſiccantis. Nam adſtrictionem, non parùm facere ad reſerandas obſtructiones, ex eò cõfirmari fàcilè poteſt, quòd videlicèt ex aſtrictione partes roboratæ, faciliùs meliuſquè materiam morbificam vincunt, & ſuperant; quæ autem vehementèr exſiccant, ea euacuant quoq; inſenſibilitèr; ita vt iure merito de Dhalybe affirmari poſſit, obſtructiones tollere quatenùs exſiccando humiditates excrementitias obſtruentes abſumit.

Solutio difficultatis tertia. Verùm tametſi hæn ità rectè dicuntur, tamen, ad promou ẽdas has vires, & augendas, plurim ùm modus adminiſtrandi eum momenti adfert. Nam cùm duplicitèr ferè in vſum veniat, primò ignitus, & in aliquò liquore extinctus; ſecundò in ſubſtantia, ſed præparatus per immacerationem ſeù infuſionem, docet experientia, pręparatum longo efficaciùs aperire, & deobſtruere, quàm extinctum, Eſt autem pręparatio hæc duplex, prima eſt vt accipiantur fruſta Chalybis ignita, & in aceto optimo extinguantur, tunc ſquamulę, quę à fruſtis excidunt, colligantur, collectę ſiccentur, ac tandem in ſubtiliſſimum puluerem redigantur, altera pręparatio eſt, ſi Chalybs redigatur in laminas, laminę autem limentur, & limatura in aceto macerata, diebus canicularibus exponatur radijs ſolaribus, per triginta dies, ita vt pręcedenti aceto diſſipato mox nouum effundatur, (quanquam aliqui ad ignem citiùs Chalybem aceto irroratum pręparant) loco tamen aceti ſubſtituunt nonnulli aquam ardentem, quę mihi etiam probatur, vbi viſcera obſtructa, ad exceſſum frigiditatis inclinant, ac ſecundum calorem natiuum languent. Hoc verò modo quis non videt, pręter id quòd ab aceto, aut aqua ardente, inſignem attenuationem, acquirit & deterſionem; etiam ob macerationem, vbi ſiccatur, rubiginem quandam contrahere, in deobſtruendo per quam efficacem? His Chalybis facultatibus ſunt qui vim quoquè ſoluendi aluum adijciunt. *Rhaſ. & cæteri vbi ſup. Dioſcorid. lib.* 5. *cap.* 50.

Chalybs à præparatione acquirit attenuationem, & deterſionem.

Ratio eſt, quòd, qui aſſumunt Chalybem, & ipſum per aluum

An Chalybs ſoluat aluum.

non excernunt, coguntur ab vſu illius deſiſtere: vt videatur aliquo modò, ideo Chalybs deobſtruere, quia ventrem ſoluit. De hac re ità ego ſentio; Chalybem ſoluere aluũ non trahendo humores, ſed vel irritando potiùs naturam, quemadmodum Stibium, & Mercurius, vel quatenus eſt medicamentum, quòd minimè à natura ex toto vinci poteſt, & idcircò neceſſariò expelli debet. Quoniam enim antequam expellatur, à natura actuatur, & actuatus attenuat, ac detergit, hinc ſit, quòd dum à natura expellitur, vnà cùm illo expelluntur etiam humores noxij, & peccantes.

Sententia auctoris.

Indicantia Chalybem ignitum.

Ex his autem omnibus facilè ni fallor, apparet, à quibus nam indicetur Chalybis vſus: Nam quantum attinet ad extinctionem illius ſimplicem, in aliquo liquore, puto ipſum indicari præcipuè a viſcerum imbecillitate, à viarum dilatatione, & apertione, & ab omni immodico fluore, quanquam etiam hac ratione, vt roborans indicari poſſit, quemadmodum dictum eſt, à materia obſtruente.

Indicantia chalybem præparatum.

At Chalybs præparatus, ſeù ſimpliciter Chalybs in ſubſtantia, indicatur ab obſtructionibus maximè contumacibus.

Prohibentia chalybem.

Prohibetur autem a plethora & cacochymia, quæ & ideò priùs omni ſtudio ſunt auferendæ. Prohibetur, & à virium inſigni languore. (dico ab inſigni languore, quoniam etiam multi decumbentes in lecto vſu Chalybis ſanati fuerunt; vt propterea non ſit neceſſe ſemper aſſumpta ſubſtantia Chalybs, quemadmodum communis eſt ſententia, corpus exercere.)

Chalybs conuenit etiam in longis febribus.

Prohibetur item à febribus, exceptis tamen tertianis nothis in longum protractis, & quartanis, quarũ plurimæ vſu Chalybis fuerunt ſanatæ. Conuenit autem in his febribus Chalybs, non tantùm ratione obſtructionum, à quibus fouentur: ſed etiam quia ferè ſemper tumorem lienis habent coniunctum, in cuius curatione Aetius Chalybis vſum mirificè cõmendat, *Tetrabib. 3. Serm. 2 cap. 11.* & Paulus Dioſcorides, *loc ſup. citat.* & Auicenna ferrum, ex quo Chalybem fieri manifeſtum eſt. Sed præter febres prohibetur etiam à macie inſigni totiùs corporis, à menſium, & venarum ani pro fluuio immoderato.

Chalybi præparato ſemper cũ miſcenda corrigentia, & adiuuantia.

Cæterùm cùm duobus præcipuè modis vſurpari poſſit Chalybs, vt dictum eſt, per extinctionẽ ſcilicèt, & per ſubſtantiæ maximè præparatæ exhibitionem; ſi ſecundò modo vſurpetur, cogitandum omninò eſt, de permiſcendis ei corigentibus, & adiuuantibus.

Corrigentia chalybem.

Quantũ igitur attinet ad corrigentia, gratia ventriculi ſoleo ego puluerem caryophyllorum cinnamomi, & ſimilium ei permiſcere: gratia autem fluoris immodici venarum ani, vel vteri, addere conſueui ſaccharum roſ. Nam tametſi, vt dictum eſt, à fluore hoc prohibeatur, tamen, cùm occaſione illius, ſi protrahatur, calor natiuus nonnunquã ita lãgueat, vt multiplicatis humoribus crudis, neceſſariò ſuboriantur obſtructiones contumaces, quæ aptiſsimè tolluntur limatura, ac ſubſtantia Chalybis; nequaquam tàm efficaci medicamento ægri deſtitui debent. Et ideo, vt ſatisfiat tùm prohibenti, tùm indicanti, ſubſtantia illius ex ſaccharo roſat. tutò dari poterit.

Adiuuantia uim chalybis.

Quoad adiuuans, de vehiculo, quod ducit vim medicamenti ad locum affectum, nihil dico, quoniam de eo ſequenti tractatu agetur fusè. Remanet igitur illud adiuuans, quòd Chalybem ſpectat, quatenus ad obſtructiones ſanandas vſurpatur. Tale autem eſt deobſtruens. Sed & hoc ſtatim ex deſcriptionibus, & formulis medica

men-

Medicamentorum chalybeatorum pro obſtructionibus diuiſio.

mentorum Chalybeatorum patebit: quæ quatenùs obſtructionibus accommodantur, varia ſunt, & multiplicia. Parantur enim, & pręſcribũtur, alia ex tempore: alia iam pręparata in officinis aſſeruantur.

Chalybeata quæ ex tempore præſcribũtur.

Ex tempore datur puluis Chalybis pręparati, cùm ſucco abſynthij concreti ex conſerua roſ. vel botrag. & ex hac quidem potiſſimùm in melancholia hypocondriaca, in cuius curatione medicamenta chalybeata nullum ſibi par habent. Admiſcetur autem in hoc caſu conſerua borraginis,

1 *Puluis chalybis.*

vt ſiccitas chalybis aliquo modo corrigatur, à qua ſiccitate in curandis affectibus melancholicis, vel imprimis cauere Medici debent. Paratur item oxymel chalybeatum, ex decocto ſimplicium aperientium in aqua pluries, ac pluries chalybeata, vel in qua puluis chalybis præparati fuerit immaceratus, Immaceratur autem pro ſingulis lib. vj aquæ, chalybis lib ſs.

2 *Oxymel chalybeatum.*

Fit, & vinum, idque hoc modo. *Rec. vini albi generoſi & odorati, vel ſi febris ſit albi & aquoſi (tali enim vtitur Galenus 11. Meth. in febribus) lib. xij limatura chalibis præpar. lib. i pulu caryophyll drach. vi.*

3 *Vina chalybeata.*

Omnia in vaſe vitreo reponantur, vaſquè obturatum in ſtupha fornaria detineatur per x. dies, & ſingulis diebus agitetur; demum ſingulo die portio exhibeatur, tùm colata, tùm non colata, prout vel ſubſtantia, vel virtute eius opus eſt. Operoſiùs vinum fit hoc modo. *Recipe vini albi optimi lib xij. aquar. agrimoniæ, ceterach an. lib. v. ſs. rad. aſparigi. filicis maris, capparum liquirit an. vnc. i foliorum cichor. borrag ceterach. agrim. an. M. i. ſem carthami contuſor. vnc. iij. ellebori nigri præpar. vnc ij epithymi vnc. i. cinam. drach. vi* M. *& bulliant in duplici vaſe, vſquè quò reſtent xij partes. Poſt per xxiiij. horas maneant in infuſione; tùm facta colatura, cum forti expreſſione, ponatur vinũ in vaſe vitreo cum limatura chalibis præpar lib. i. & fiat, vt in præparatione vini ſuperioris dictum eſt.* Verùm quia hæc vina in paucos tantùm dies præparantur, poteſt etiam fieri aliud, tùm vindemiæ tempore, tùm extra illud, quò perpetim vti æger poteſt. *Recipit autem limatura chalybis, ſiue præparati, ſiue non præparati in cote tamen, aut marmoreo lapide ſubtiliſſimè triti lib. i. Coriand præpa lib. ſs. Includantur in ſacculo, & ponãtur in lib vini ducentis.* De quo tamen vino illud notandum eſt, ſemper id recens ex dolo hauriendum eſſe, ſecus enim nigrorem contrahit. Sed & prætèr vina hæc Syrupus fieri conſueuit hoc modo. *Recipe limaturæ chalybis præparati lib i. paſſul. enucleatarũ lib ij. aq cuſcutæ, agrim. ſcolopendriæ an. lib. ij* M. *infundantur per triduum, deinde bulliant ad tertias, & adde origani, ammeos, ligni iuniperi limati detracta medulla an. p. i. iterùm parùm bulliãt, & addita quãt. ſuffic. ſacch. fiat Syr.* qui aromatizari poteſt Rhabarb. & ſi calor medicamenti timeatur, temperari cùm cichoraceis.

4 *Syrupus ex chalybe.*

Spuma quoq; chalybis ex tpe ità paratur. *Laminæ ignitæ plures in vino odorato extinguũtur, quouſquè uinũ turbidũ fiat. Deinde uinũ illud, ad euaporãdũ in uaſe uitreo foraminis nõ ualdè anguſti ad ignẽ lẽtũ ponitur. Sic. n. in fundo reſidet ſpuma chalyb.* quæ, & puerulis dari poteſt, atq; ei trochilci, aut alia ſimilia medicamẽta admiſceri.

5 *Spuma chalybis.*

Quę parata iã habẽtur, sũt Sal chymicè ex chalybe extractus; Sulphures Chalybis, & ipſi chymice parati; oleũ ex chalybe, qđ fit eo modo, quo docet Matth. parari ol. ex ferro: chalybs fuſ⁹ M. Ducis Hętruriæ, cuius hic creditur eſſe parãdi modos. *Accipitur ſ q. limaturæ chalybis, priùs ignem experti, et malleo ducti; maceratur pro quatuor dies in*

Chalibeata quæ parata iam habentur.

aceto

Modus parandi chalybem fuſũ M. Ducis Hetruriæ.

aceto deſtillato ultima deſtillatione, in umbra exſiccatur, ut rubiginem veluti contrahat. poſt ſuprà Porphyritem lapidem ſubtiliter pulverizatur: deindè in fornace calcinatur; ac tandem in aqua ardenti maceratur. ac tùm aqua nigra deſtillatur. Ad cuius ſimilitudinem apud nos paratur tinctura chalybis, maceratur enim chalybs calcinatus modo dicto in aceto optimo, addetur modicum cinamomi, ac tandẽ acetum chalibe refertum deſtillatur, etiam ſi putem loco aceti poſſe ſubſtitui vinum creticum, vel quòd grȩcum dicunt, imò, & aquam ardẽtem. Habentur, & Electuaria multiplicia, præter vſitata autem Electuaria, hæc à me crebro vſu comprobata ſunt. Primùm quòd valet ad omnes obſtructiones, *Recipit limatura chalybis prepar. un iij. cinamomi electi nucis moſchate an. drac i. ſs. Rhabar. el. dr. i ſpecierum aromatici roſ. drach. iij ſacchari; mellis an. unc. vij* M. & *fiat electuarium ſ. a.* Alterum verò, quòd valet ad obſtructiones hepatis, & lienis. *Recip. radic enula, raphani an. un. ij. corticis medij tamariſci un. i flor. tamariſci menta. beton. an. unc. ſs. limatura chalybis praparati an. unc. ij abſcinthij, rad ireos, cẽtaurij minoris ceterach rad capparrorũ hyſſopi, eupatorij, aſari an dr. ij ariſtolochia utriuſquè corticũ fraxini, diptami albi, flor. chamemelli, aniſorum an. unc. i.* M & *cũ melle deſpumato fiat. Electuar.* Verùm occaſione Chalybis noto, etiã quædam alia metal la puriora, & perfectiora venire in vſum medicum, pro adimplendis ſcopis illis, quos vſu Chalybis adimplemus. Sunt antẽ hæc aurum, & argentum, quæ pariter, & per extinctionem, & per ſubſtantæ illorum exhibitionem in diuitibus ſæpiùs ſolent adminiſtrari. Subſtantia antem exhibetur præmiſſa præparatione, quam in vſu Chalibis propoſuimus. Aurum enim; & argentum in laminas rediguntur, laminȩ verò, vel ignitȩ in aceto extinguantur, vel ſquamæ decidant, vel limentur, deindè limatura in aceto maceratur, vt dictum fuit, ac vſui ſeruatur. Poſſunt tamen etiam contrita in tenuiſſimum puluerem; ſuper lapide marmoreo, ſine alia præparatione: vtiliter exhiberi Eſt, & excrementum ferri, quòd communitèr ſcoria ferri vocatur, quȩ miram habet facultatem aſtriugendi, & idcircò in fluoribus ſiſtendis plurimum valet. Hinc Rhaſis in 9. lib. ad Almãſorem cap. de hȩmorrodibus proponit deſcriptionem quandam electuarii ex ſcoria ferri, quȩ paritèr, & ipſa prȩparatione indiget. Prȩparatio autem fit in hunc modum. Accipitur ſcoria ferri, & infunditur, in aceto acerrimo per 8. dies, mutando ſingulis diebus acetũ, deindè ſuper laminam ignitam torrefit, ac torrefacta in puluerem redigitur pro vſu dicto in quo quidem Electuario, & fluores venarum ani, & vteri cuiuſcunquè cenſus felicitèr curantur. Sed accedo ad rectum vſum chalybis. *Quòd igitur ad quantitatem* attinet, & doſin: ſi chalybs veniat in vſum per extinctionem, iam quo maior erit lȩſio indicantis, eò etiã pluries lamina chalybis agnita extinguenda erit. Quòd ad alia medicamenta ex chalybe ſuprà enumerata attinet, eorum doſis hunc in modum inſtituitur. Nam ex ijs, quȩ ex tempore prȩſcribuntur, puluis chalybis prȩparati datur à ſcr ij ad dr. ij, præcipuè ſi per immacerationem prȩparetur chalybs nam ſi per extinctionem ſquamæ ſeparentur ſufficiunt ſc. i. vel ii. ex conſeruȩ dr. ii. cũ ſucci abſynthij ſc. v. aut ex, lib. vini ſs. Oxymel. exhibetur ad vnc. ij. vel iij. Vnum prius quidem ad lib. & poſteriùs ad vnc. iiij. vltimùm ad hibitum. Syr. datur ad vn. iiij. Spuma cha-

Electuaria ex chalibe vſu cõprobata

Aurũ, & argentum pro obſtructionibus ut. paran

Scoria ferri pro adſtringentis ut dãda.

Rectus vſus chalybis.

Doſis chalybeatorũ

chalybis à ſcr. 1. ad dr. i. admiſtis trochiſcis vel aliis medicamentis hepaticis, ſplenicis, ſtomaticis. Ex iis quæ parata ſeruantur, Sal. & Flores ſulphuris propinantur ad ſc. 1. ex vino, vel febre prohibente, ex aq. aliqua aperiente. Oleum eodem modo datur ad dr. i. Chalybs fusꝰ Magni Ducis ad dr. ii. Electuaria a dr. ii. ad vn. ſs. Semper autem à minori doſi auſpicandum eſt, & ſenſim ad maiorē perueniendum. *De modo.* Vinum, & cætera liquida, calida debent dari actu & in obſtructionibus contumacibus exhibenda ſunt medicamenta chalybeata ſub forma ſolida: qua tamen in re inſequendus etiam eſt delectus patientis.

Modus exhibendi chalybeata.

Tempus opportunum aſſumendi hæc medicamenta erit, vbi preſens eſt indicans, abſens prohibens. Et propterea non ſunt vſurpanda prius quam totius habita ſit prouidentia. Vſurpantur autem commodiſſimè temporibus temperatis, Verè ſcilicet, & autumni principio, ſemel in die, ac quinquè horis ante cibū per dies triginta vel quadraginta: ea tamen ratione, vt in quibuſdam, robuſtioribus ſcilicèt, & in quibus medicamenta hæc difficultèr penetrant, imperetur exercitium vſquè ad ſudorem excluſiuè. Quæ omnia intelliguntur de medicamentis refertis ſubſtantia chalybis: de quibus etiam & illud Medicus obſeruare debet, an dum aſſumuntur, per aluum excernantur.

Tempus exhibitionis chalybeatorum.

Hoc vero facilè erit cognoſcere ipſi Medico ex fæcibus. Vbi enim nigricant, ſunt refertæ Chalybè, secùs, nequaquam. Atquè in hoc caſu Medicus ita ſe debet gerere, vt cum quarta vel quinta die, ab aſſumptione chalybis viderit eum non externi, naturam ipſam iuuet. Quod aſſequi poterit varijs præſidijs. Primùm clyſteribus communibus iniectis alternis diebus. Secundò pilul. hiſce. *Rec. Aloes Sucotrinæ. gr. xv. cum melle roſ. ſol. vel ſucco roſ. fiant pilul. duæ, aurentur.* & accipiantur ante cænam. Paſſula, & pruna præparata ad idē conducunt. A quibus ſi Medicus fiat ſui voti compos, permittet ægrum proſequi chalibis vſum: ſi minùs, imperabit ab illo vt abſtineat.

In exhibitione chalybeatorū obſeruandum an per aluū excernantur.

Quid agendum ſi non excernātur.

Notandū eſt tamen circà hæc medicamenta, non ſolùm ſeparatim ea dari poſſe, ſed etiam ſimul chalybe aliquando miſceri maximè ea, quæ humores obſtruentes ab illo præparatos queant educere, qualia ſunt pul. aggreg. de trib. cum Rhabar. Agaricꝰ trochiſc. puluis Elleb. nigri præparatus, pro diuerſitate ſcilicet humoris vel melancholici, vel pituitoſi.

Cum chalybe poſſunt etiā miſceri purgātia.

De vſu chalybis per extinctionem illud ſolum ſciendum, liquioribus chalybeatis licere ægro per totum annū in potu vti, citra diſtinctionē. *Quoad vbi agendum* medicamenta ſubſtantia chalybis referta per os tantùm aſſumuntur; at quæ facultate illius per extinſtionem pollent, non ſolùm per os, ſed etiam extrà ſub forma balnei, embrochæ, inſeſſus, lotionis adhibentur: Quin imò etiam iniectiones ex eiſdem aliquando parantur.

Vbi agendum.

Illud tamen interim eſt addendum; eadem documenta, quæ faciunt ad vſum chalybeatorum, transferi poſſe ad vſum medicamentorum eorum, quæ ex auri, & argenti ſubſtantia, ferriquè ſcoria conficiuntur: niſi quod quæ auro conſtant & argento ob precium in minori doſi prębentur.

Medicamenta ex auro, argēto, ſcoria ferri eodē modo vſurpātur, quo chalybeata.

Porrò ſemper dum patiens prædictis vtitur medicamentis, proba viuendi ratio inſtituenda eſt, præcipuè tamen boni ſucci alimentis veſci oportet, ea tamen lege: vt cæna ſit prandio parcior. Et de medicamentis chalybeatis hactenus.

Victus ratio, tempore vſus chalybeatorum.

SE-

SECTIO III.

De natura, & vſu radicum Salſæ, Chinæ, Sapenariæ, Cannarum vulgarium: item lignorum Guaiacini, Saſſafras, Iuniperini, Tamaricini, Lentiſcini, Viſci quercini, Fraxinei, Sandalini.

Cur de omnibus his ſimul.

DE his omnibus vna, & eadem opera, tùm quod viribus quadantenus conueniunt; tùm quod inuicem ſibi his temporibus ſubſtituuntur. Quòd igitur ad naturam ſingulorum pertinet.

Salſa Parilla quid et eius vires.

Salſa parilla, alijs Sparata parilla vel Sparta Peulia, quam Matthiolus 1 *in Dioſc. c.* 111. *& Fallop. lib. de Lue Vener.* nihil eſſe aliud volunt, quàm Smilacem aſperam, inſipida eſt, nullius odoris particeps, tenuiſſimarum partium ſine adſtrictione. Quare in actiuis ad frigidum potiùs vergit, in paſſiuis ſiccat exceſſu ſecundò intenſo. Sed, & extenuandi, diſcutiendiq; facultate prædita eſt, ac ſudores mouendi, idq; Guaiaco multò magis. Nec obſtant hæc eius frigidicati, cum ea potiùs partium tenuitate præſtet, quàm caliditate, adeoq; non neceſſe ſit, vel exemplo vnius Ceterach, vt quidquid diſcutit, & diſſoluit, id etiã ſit calidum. Optima eſt, quę craſſior eſt, cortice duro, colore ſubruſo longis capillamentis, quæq; ſi frangatur, intus alba apparet, & nec cariem, vel puluerem oſtendit.

Obiectionis ſolutio.

Nota bonæ Salſæ.

China quid, & eius vires

CHINA radix eſt arundinis, vt quidam volũt, *Saxon lib de Lue Ven. cap.* 25. latifolij, ſaporis ſubdulcis, tenuiſſimæ ſubſtantiæ; cum quadam adſtrictione, ac humiditate oleoſa, ac ſubſtantifica, propriæ ſubſtantiæ firmitèr hærente. Hinc in actiuis eſt temperata, vel parùm ad caliditatẽ declinans; in paſſiuis ſicca, exceſſu ſecundo, non tamen intenſo. De cętero, vt humiditates excrementitias ſiccando abſumit, ita alimentales reparat. Impinguat enim rectè adminiſtrata. Nam præter id, qnòd ſubſtantia, & humiditate ad alendum idonea perfuſa eſt, innatum calorẽ, nutritionis inſtrumentũ præcipuum, ſimili caliditate fouet, adſtrictione roborat, ac diſſipari non ſinit: corpus verò omne permeabile reddendo, in cauſa eſt, vt alimentum facilimè diſtribuatur; quemadmodum odore grato, nutritioni dicata viſcera roborat, facitq; vt illud quàm optime elaborent. Eligitur recens, non carioſa, non admodum gracilis & ſicca, mediocritèr grauis, colore inter album, & rufum.

China quomodo impinguet.

Chinæ optime nota.

Saponaria quid, & eius vires.

SAPONARIAM nonnulli perperàm Cruciatam appellant. *Vide Buſtach Rudiũ de Lue Ven. lib.* 4. *c.* 5. *&* 12. Eſt ea herba, qua qui pannos lauant, vtuntur, & quę, ſi quis ea manus abluat, vna cùm aqua ſpumam copioſam, & albam emittit, inſtar ſaponis. Habetur duplex, vulgaris vna, quę propè aquarum ripas, & in ſcrobium marginibus reperitur: alia, quę ex Apulia aduehitur, vulgari longè præſtantior. Vtraq; amara eſt acris, & ſpumoſa, ac proindè terreſtri ſubſtantia donata, cui tamen aeræ nonnihil, & tenuis ſit admixtum. Vt enim amaricies illam, ità hanc ſpuma indicat; quæ non niſi ab aerea ſubſtantia, & pingui humiditate prouenire poteſt. Quoad facultates calefacit, & ſiccat; vulgaris quidem ordine ſecundo, Apula ordine tertio: deterget præterea, extenuat, deobſtruit, & nonnihil pinguedinis meritò attemperat. Venit autem in vſum non ſolùm radice, quanuis hac præcipuè, ſed etiam folijs ipſis.

Saponaria duplex, & vtriuſque vires.

Canna vulgaris & eius vires.

CANNAE vulgaris radicem Chinæ multi ſubſtituunt, *Vide ſal.*

de

de hiſt. plant. lib 4 c 54. nec ſine ſucceſſu, vt doctiſſimus Cæſalpinus auctor eſt, Ei *Dioſc. li 1. c. 97.* attribuit vim attractricem, quod idem Plin. *li. 24. c. 11.* quoq; ſentit *Gal. 7. Simp.* ſtatuit calidam, & ſiccam ordine quodammodo tertio, magis tamen ſiccam quàm calidam, eiquè aſtringentem facultatem tribuit, quemadmodum cortici eius combuſto, præter hanc, etiam digerentem.

Guaiacũ ligni indici ſpecies

GVAIACVM eſt ligni Indici ſpecies *V. Conſalu. Ouied in Hiſt. Indica Mathiol in 1. Dioſc c 111* Lignũ ſiquidem hoc duplex eſt vnũ quod Guaiacum alterum quod lignum Sanctum dicitur. Vtrumq; earundẽ ferè eſt virium. Venit verò in vſum Guaiacum, non ligno ſolùm, ſed etiam cortice. Lignum odoratum eſt, acre, & amarum intenſè, cum oleoſitate quadam, & pinguedine. Vndè in primis qualitatibus calidum eſt, & ſiccum, vltrà ſecundum gradum: quoad ſecundas, ob tenuitatem ſubſtantiæ, incidit, attenuat, detergit, diſcutit. Quin, & ſudores mouet, caliditate fuſis humoribus, & ad cutim promotis. Optimè autem hæc omnia præſtat lignum, quod recens eſt, ponderoſum, cortici benè adhęrens, multum nigrum, modicè flauum, rimis carens, & quod prunis impoſitũ fumum reddit copioſum, raſpatũq; ſumme adhęret. Cortex cum ligno in cæteris conuenit, niſi quòd expers eſt pinguis ſubſtantię, & ligno quidem ſiccior, minùs tamen calidus. Amarus Luſitanus perperam idem facit Guaiacum cum buxo noſtro eo ſolo argumento, quod per ſanatam buxo Luem Gallicam ſemel viderit. Eſto enim expuguauerit hãc Luem, at non ex effectu eodem idẽ quodlibet iudicandum, ſed ex notis, quę longè in Guaiaco alię, quã in buxo, vt ex illorum comparatione liquidò, & ad oculum conſtat.

Guaiacini ligni vires.

Guaiaci optimi nota.

Corticis Guaiaci vires.

Amati Luſitani error.

Saſſafras quid, & eius vires

SASSAFRAS lignum eſt arboris ab Indis dictę Pauene, ſapore acre, odoratum, ſubſtantia tenue, adſtrictionis, & pinguedinis expers. De facultatibus. Lignum calidum eſt. & ſiccũ ordine ſecundò; cortex verò eius ad tertium gradum videtur aſcendere. Cętera, tenuitate ſubſtantię & acrimonia permeat, diſcutit, deobſtruit, excretricem irritat, minùs tamen omnia hæc preſtat, quàm Guaiacum, cum quo tamen conuenit, quòd odore ſuo viſceribus naturalibus, & ſpiritibus vitalibus gratum accidit.

Iuniperus quid, & quotuplex.

IVNIPERVS duplex eſt, maior, & minor, lacrimam vtraquè gignẽs vernicẽ vulgo, Arabibus Sãdarachã, vel, vt alij volunt *Mathiol in 1. Dioſc c. 87* Sandaracen dictam. Ligum eius *Dioſc. li. 1. c. 87* & *Gal. 6. Simpl.* acre eſt excalefacit, & ſiccat ordine tertiò, vrinam mouet, & menſes; attenuat, aperit, digerit reſoluit, aſtringit, roborat, Apud *Dioſc ibid.* legitur, ramenta eius ſumpta interficere Sed experientia docet contrarium; & Mathiol *ibid in com.* rectè iam olim aduertit, partem illam capitis eſſe adſcriptitiam. Scaliger *De ſubtil exerc. 180. nu. 19.* tamen cum Dioſc. ſentit, & illud tantùm Innipéri decoctum ſalutare eſſe ait, in qđ ſucci è ligno traiectio facta eſt, ramentis ſeù ſcobe abiecta, vt potè quæ adhæreſcendo ſuffocat. Quidquid horum ſit, ligni decoctum in vſu eſt, cui tamen, ſi quis id timeret, pati ferè virtute ſubſtitui poterunt folia, & fructus eius, ſeù ſemina.

Iuniperini ligni facultates.

De ramẽtis Iuniperi difficultas explicata.

Tamarix quotuplex

TAMARISCVS vulgò, latinè Tamarix, græcè Myrica, duplex eſt, Vrbana vna, quæ in Aegypto, & Syria ſolùm gingitur: Silueſtris altera, quæ paſſim habetur in Italia. Eſt ex *Galeno ſexto Simpl.* & *Dioſcor. libro primo c. nonageſimo nono* abſtergẽtis, & incidentis facultatis,

Tamariscis facultates.

abſquè

abſquè perſpicua deſiccatione, cum adſtrictione nonnulla. Vndè calida videtur eſſe in ſecundò gradu. Matthiolus *apud Dioſc loco cit in com* ꝙ apud AlKanzium Medicum Araben legiſſet, eius decoctum ſanare Elepantiaſin, Guaiaco illud ſubſtituit, in expugnanda lue venerea. Sed de hac re ſuo loco.

Lentiſcus quid, & eius vires.

LENTISCVS arbor reſinifera eſt, reſinam enim, quę maſtiche dicitur gignit. De ea hęc Galenus habet, *lib.8 Simp.* facultate ex aquea eſſentia leuiter calida, & terena frigida non pauca eſſe compoſitam; ob quam, & moderatè adſtringat: deſiccare igitur ſecundò ordine cōpleto, aut tertio incipiente; in caliditatis autem, & frigiditatis differentia, quodammodo eſſe medium, & ſymmetrum, quibus Diſcorides id vnum addit *lib.1.c.75.* vrinam ſcilicet pellere.

Ligni Viſci quercini nota, & vires.

Lignum viſci quercini, à Gentili, & Iacobo de partibus, lignum Sanctę Crucis appellatur, ſiue ob viriũ præſtantiam, ſiue ob ſimilitudinem ſurculorum cum Crucis figura. Eſt acre ex Paulò tenuium partium *li. 2.c.728.* Vnde Galeno, & Auicennę *lib.6. Simpl.* calidum, & ſiccum eſt in tertiò, emollit, diſcutit, extrahit valenter ex alto humores, ità vt non immeritò, referente doctiſſimo Cęſalpino, *lib de morbo gallico*. Guaiaci loco à nonnullis vſurpetur.

Fraxinus quid.

FRAXINVS arbor eſt cuius ſemen auis lingua vulgò vocatur. Eius ligni decocto felicitèr nonnulli noſtris tēporibus. Ligni Guaiaci loco vſi ſunt; *Vid. Cæſalp. li de plant. 2.c.13* tametſi. Dioſc. ramēta eius, ſcobēq; potu perniciē adferre tradiderit: *lib. 1.c. 92.* qui tamen fortè intelligendus eſt, non de decocto Ligni, ſed de puluere in potu accepto. Eſt autem moderatè calida Fraxinus, ſicca autem in ſecundo ordine, & ob tenuitatem partium diſcutiendi, & attenuandi vi non vulgari præditus.

Diſcorides explicatus.

Fraxini vires.

Santalũ quid, & eius genera.

SANTALVM Lignũ eſt, quod ex India ad nos deuehitur, *Vid. Mathiol. 1 in Dioſc c 19.* Arabum inuẽtum, veteribus Græcis incognitum. Sunt autem tria eius genera, Citrinum, quod alijs præfertur; album, quod ſecundò loco habetur, rubrum quod in poſtremis ponitur Auicen. vult eſſe Santalum frigidum in fine ſecundi ordinis, ſiccum in ſecundò vel tertiò incipiente. Eſt tamen rubrũ frigidius albo, & citrino; vt potè quòd nullo penitus odore commendatur. Quoad reliquas facultates attinet, aſtringente ſunt virtute Santali, humorum influxus inhibēt, & præcipua quadam vi, vt quidem vult Auicenna *lib de viribus cordis*, cordi robur, & lætitiam adferunt.

Santalũ vires.

Indicantia propoſitorũ medicamentorum.

Atquè hæc natura eſt, & facultas ſingulorum, quæ propoſita ſunt remediorum: qua ità conſtituta, iam patet, Guaiacum, Saſſafras, & quæ his proportione reſpondēt, vt Saponaria, Canna vulgaris, Iuniperus. Tamarix, Lignum viſci quercini, Fraxinus, indicari ab affectibus frigidis; Salſam verò, & Chinam, & quæ cũ his cognationem habent; quemadmodum Lignum Lentiſci, & Santali, tum à frigidis tùm à calidis. Nam etiam temperatum remittit intenſum. Omnia tamen hæc indicantur à materia potiſſimũ humorali, peccante copia, prout eſt inſenſibilitèr euacuanda, per modum diſcuſſionis vel ſiccationis: & eo magis ab hac materia indicantur, ſi erit impacta in partibus non ſolùm internis, verùm etiam externis. Vndè non tantùm in ſcirrhoſis tumoribus, in articulorum doloribus conueniunt; ſed etiam in curanda ſcabiæ, maximè antiqua, cum puſtulis latis vocata, craſſa, & pingui, in qua nihil præſtātius his medicamentis reperi, præpara-

ratis, & correctis modo infrà dicendo. Priuatim tamen, alia horum ad alios affectus magis commendantur, vt Saſſafras ad nephriticos dolores, calculum, & ſterilitatem: tamarix ad tumidos lienes, & elephantiaſin *Dioſcor. lib. 1. c. 99* quamuis ſe curaſſ: eius decocto profitetur. Alkanzius Medicus Arab: quo etiam Fraxinus facit, & prætereà ad hydropem: lignum Viſci quercini ad Epilepticos, vertiginoſoſque, & ad dolores omnes capitis ex cauſa frigida; quemadmodum ad dolores dentiũ Santalum album, & citrinum; ad dolores autem antiquatos cuiuſcunq; generis Saponaria, quòd primò omnium doctiſſimè aduertit, & vſu cõprobauit, Excellentiſsimus, & celeberrimus D. Rudius. Sed pręter hęc indicantur eadem à Lue venerea, tanquam illius (vt pleriq; volunt,) alexipharmaca, quæ à proprietate quadam inſita illam expugnant.

Guaiacũ ſolum propriè morbi gallici alexipharmacum.

Qua tamen in re ego eius ſum ſententiæ, vt exiſtimem præcipuè Guaiaco vim hanc alexipharmacam deberi: eamquè in oleoſa eius ſubſtantia potiſſimùm reſidere: (Vnde, vt obiter hoc notem, perperam nonnulli fructibus, & floribus, quę hac ſubſtantia carent, vtuntur) cætera verò, quidquid in Lue hac pręſtant, id potius qualitate manifeſta facere, quàm occulta; tùm quia experiẽtia docet, non niſi exiguam, & recentem luem ea ſuperare; tùm quia, quæ præſtant, in qualitates manifeſtas referri poſſunt.

Error quorũdã circà vſũ Guaiaci.

Nam, verbi gratia, quòd Salſa tophos Gallicos diſcutit, & dolores ſuperat, etiam Guaiaco feliciùs, id ſiccitate, qua pollet, & ſubſtantiæ tenuitate, qua omnia penetrat, potiùs quàm vi alexipharmaca efficit. Et ſi verò vis illis alexipharmaca non ſit, quæ Ligno, non nego tamen, poſſe in eius defectu eorum quoquè periculum fieri, maximè Salſæ, & Saponariæ; quę adeo in hoc malo pręclaram ſępè operam pręſtat, vt probabiliſſimum ſit, habere formam, & proprietatem veneno Gallico aduerſariam.

In deffectu Guaiaci quæ poſſint.

Subſtitui in lue Venerea.

Cęterùm eſſe lignum Guaiacum verùm Luis alexipharmacum, & latente qualitate agere, vel inde patet quòd & ſola experientia inuentum eſt, & in omnibus differentijs luis, omnibus hominibus, omnibus temperamentis, omni anni tempore prodeſt, quæ ſolæ duæ conditiones, ad hoc, *Gal. 9. Simpl. 1. de med. per genera 2. Local. 2. 8. Local. 8.* teſte, requiruntur, vt aliquid occulta vi agere dicatur.

Guaiacũ habet omnes proprietates alexipharmaci.

Vndè iniuria Fernelius *lib. 2. abdit. rer. cauſ.* hanc illi vim adimit, eo fretus argumento, quò non omnes per illud curentur. Quia hinc ſequeretur, nullum omninò eſſe alexipharmacum, cùm nullum reperiatur, quòd deſperatis iam malis ſuccurrat, cùm ne ciuis quidem cancrorũ fluuiatilium quem inter vera alexipharmaca Fernelius *ibid.* connumerat, canis rabidi morſum cùm iam hydrophobia inualuit, percurret.

Error Fernelij.

Porrò cùm dico vi occulta Guaiacum luem oppũgnare, non nego interim, manifeſtis quoquè viribus huic veneno obſiſtere. Inteſa ſiquidem ſiccitate eius vim putrefacientem tollit; pingui, & oleaginoſa ſubſtantia erodentem hebetat; amaritudinis meritò ab infarctu liberat nutritione dicata viſcera, acrimonia excretricem irritat, vt faciliùs venenum à ſe propellat: caliditate tenuiſſimarum partium lentos humores attenuat, detergit, per ſudorem euacuat; alimentali facultate, odóre ac aſtrictione partes principes roborat. Quæ omnia ſuo modo de Saponaria dici poſſunt. Sed hæc de indicantibus.

Guaiacũ non ſolum vi latẽte, ſed etiam manifeſtè aduerſatur lui gallicæ.

Quæ prohibent, medicamenta enumerata ſunt hæc. Guaiacum ſiquidem, Saſſafras, & ijs proportionata

Prohibentia medicamenta propoſita.

nata

nata prohibent affectus calidi, & natura ægrotantium ſummè calida: item humorum fluxiones, præſertim à capite ad articulos, ad pulmones, & thoracem, vt in aſthmate, & ortophnæa. Humores enim caliditate ſua liquant, & irritant. Vnde in his Salſa longè tutior eſt, & hac China, quia præterquam quòd in caliditate temperata eſt, adſtringendi etiã vim habet, qua fluxiones valet ſiſtere. Ventriculus autem imbecillis, & oculorum debilitas, prohibet Saiſã, illum ſiquidem laxat, horum verò aciem non rarò obtundit; quia tùm adſtrictione, tùm odore, tùm pingui ſubſtantia omninò deſtituta eſt. Macies (niſi tamen à Lue Venerea ortum ducat) prohibet non tantùm Salſam, ſed Guaiacum etiam, & Saſſafras; & cętera omnia, excepta vna China, quę in macie, atrophia, & cachexia ſingularis eſt, ob cauſas ſuprà dictas.

Medicamẽta propoſita egẽt corrigentibus, & adiuuantibus.

Cęterum, quoniam hęc medicamenta nunc propoſita, baſes ſunt medicamentorum, quæ à Medico pro ſalute ęgrotantium componuntur, & baſes indigent adiuuante, & corrigente, ideò de ijs etiam interim agendum. Quod igitur corrigentia concernit, Guaiacum, quoniam ſicuti Saſſafras, & cętera illi reſpondentia, eſt calidum ac ſiccum, ideò in naturis calidis, ac morbis ad calidum vergentibus. permiſcenda eis China, & Salſa Santali cichoracea; & hordeum: hæc enim omnia per benè poſſunt caſtigare eorum caliditatem: maximè verò liquationem, quàm humorum adferũt quòd pręcipuè ſantalis, vt qui adſtringant & fluxionem intercipiant, attribuitur in naturis autem, & affectibus pręternaturam ſiccis, addenda iam propoſitis borrago, bugloſſum, malua, paſſulę, liquiritia, althęa, & carnes pulli, caponis, aut vituli. Sed, & Guaiacum, ac Saponaria, quoniam

Corrigentia q̃ ſint ſingulorũ.

inſignem babent amarorem, ideò guſtus gratia, eis permiſcentur paſſulę dulces, & liquiritia.

In genere adiuuantium duo occurrunt, vnum quod iuuat actiuitatem ipſius baſis, contrà affectum pręter naturam: alterum, quod vim baſis ad locum affectum perducit, & vehiculum dicitur. vtrumquè horum vel deſumitur, ex ſerie ipſa medicamentorum iam propoſitorum, (hęc enim aliquando ita miſcentur, vt vnum ſit baſis, alterum adiuuans:) vel ex ſerie medicamentorum aliorum.

Adiuuantia duplicia, & è duplici claſſe.

Quod ad medicamenta ſpectat nunc propoſita, ſi ſermo ſit de adiuuante, quod auget ac intendit actionem baſis, vt ſic vario modo adiuuãtis rationem induunt. Nam ſi cauſa lædat putredine, & contrà ipſam pugnandum ſit Guaiaco, tanquàm ſiccantes ſiccitas eius augetur Salſa, Saſſafras, corticee Guaiaci, Iunipero Saponaria, &c. (Sicuti enim hęc ſua ſiccitate putredini aduerſantur, ità extrà mixta Guaiaco vim eiuſdem contrà putredinem iuuãt, & fouẽt) Si agendum ſit eodem Guaiaco contrà cauſam calidam, ei admiſcentur Salſa, China, Santali (Hæc enim ſua natura calorem cauſę morbificę refringunt.) Si pugnandum ſit eodem, contrà cauſam morbificam, quæ lędat craſſitie, Salſa, & Saſſafras cõuenit, & tamarix, vt quę maximè attenuant. Vbi eadem cauſa peccat duritie, eidem Guaiaco adiũgitur China, vel lignum viſci quercini, quę plurimum emolliunt. Si verò ſermo ſit de adiuuante, quòd vehiculum dicitur, ſcire inprimis oportet, ſi locus affectus ſit propinquus, ſicuti ſunt ventriculus, inteſtina, & iecur, Guaiacum non indigere vehiculo; ſi verò ſit remotus, abſq; vehiculo id non eſſe vſurpandum. In hoc verò caſu ei Salſa, Saſſafras, Saponaria, tan-

Adiuuantia quę augent vim baſis primæ claſſis.

Adiuuantia quę habent vim vehiculi primæ claſſis.

tan-

tanquam tenuiſſima, & maximè penetrantia poſſunt adijci. Quinimo nō rarò vſurpabuntur rectè hęc ſola. Quantum attinet ad adiuuantia, deſumpta ex ſerie aliorū medicamētorum, ſi ſpectetur primum adiuuātis genus, ſic miſcētur in lęſione cauſæ morbificę ſecūdum putredinem, acetoſa, pimpinella, pentaphyllum, calēdula, ſemina citri: in eiuſdē cauſæ caliditate, cicoreū, ſonchus, endiuia, hepatica, hordeū: in lētore hyſſopus, praſſium, calamenta, ſcordiū ſerpillum, radix ireos, enula, & Tartarū album: in craſſitie, quinque radices aperientes, radices filicis maris, cortices capparum: in duritię althæa, malua, liquiritia, borrago, bugloſſum, paſſulæ dulces, & ammoniacum. Si adiuuans cōſideretur ſecundi generis, quod eſt veluti vehiculum, ſic adduntur gratia cerebri frigidi herbæ capitales, ſampſuchus, & vinum, niſi aliquid prohibeat: gratia culidi, roſę, violę, & ſantali: gratia oculorū, euphragia, chelidonia, verbena, ruta, fœniculum: gratia pulmonum, pulmonaria, farfara, pulmo vulpis: gratia cordis, borrago, bugloſſum, violæ, roſæ, meliſſa, ambra, moſchus: gratia ventriculi, menta, abſynthium, ſemina coriandrorū: gratia iecoris calidioris cichoracea (vbi notandum iecore exiſtente calido, conducere etiam, vt fiat decoctum in aqua communi, vel hordei, vel aqua aliqua ſtillaticia, ex plantis iam dictis) gratia frigidioris abſynthiū, cuſcuta, agrimonia, eupatorium, vinum, hepar lupinum præparatum, quod tamen etiam in calida, intemperie conuenit: gratia lienis, ceterach, tamarix, cortices capparum, radix filicis maris, vinū chalybeatum: gratia vteri, artemiſia, matricaria, meliſſa, ſemina agni caſti, pulegium, origanum, myrrha: ratione renum, ſemina melonum, gramen, ſenecio, capillus veneris, parietaria, crithmum marinum: ratione partium genitalium, ſemina agni caſti, teſticulus canis maior: ratione articulorū, iua, & betonica, nec non puluis oſſium humanorum. In genere adiuuantium ea etiam reponuntur, quæ medicamentis iam dictis immixta, ſolent naturam, ipſam iuuare pro molienda aliqua euacuatione, vel per ſudorem, vel per vrinas, vel per aluum. De his verò illud priùs conſtituendum eſt, nunquàm debere eſſe Medicum audacem in ijs permiſcendis, niſi priùs cognouerit naturæ inclinationem, ad hanc vel illam regionem, euacuationi deſtinatam. Qua animaduerſa admiſcebit ea, non ſemper tamen, ſed tùm tantùm, vbi natura imminutè operabitur: quanquam natura etiam nihil agente, vſurpari poſſint ea, quæ ſubducunt aluum. Si igitur natura per aluum expulſionem tentet materiæ morbificæ, medicamentis propoſitis admiſceri poterūt, Sena, polypodiū, epithymū, elleborus niger, agaricus, turbith, ſyr. de polypodio ſolutiuus, & mel. roſ. ſol. Si ꝑ vias vrinę, capillus Veneris, ceterach, parietaria, crithmū marinum, ſenecio, radices aperientes, ſemina aniſ. dauci, ſeſelios, & huiuſmodi: ſi per ſudorem; pręter vera diuretica, carduus benedict⁹, & Syr. S. Ambr. Verū de his ſatis, quòd in de Guaiaco, & Saſſaffras dictū eſt, ad cætera, quę ijs ꝓ portione reſpōdēt, accōmodari nullo negotio pōt.

Adiuuantia q̄ augent vim baſis ſecūdæ claſsis

Adiuuantia quæ habēt vim vehiculi ſecunda claſsis.

Adiuuantia q̄ moliuntur euacuationem, qua cautione adhibēda.

Adiuuantia euacuationē per aluū.

Per vrinas.

Per ſudorem.

Rectus vſus horū medicamentorū.

Formulæ quæ ex his medicamētis poſſunt concinnari.

Rectus iam horum vſus explicandus eſt. *Quantum igitur* attinet ad horum compoſitionem, varię ex illis concinnari poſſunt, medicamentorum Formulę, decocta, electuaria pulueres, extracta, olea, ſyrupi.

Decoctorū parandorum ratio.

Qui, & aqua ſtillaticia ex ijs conficitur ꝓpueris, & delicatis. Si igitur decocta ex illis ſint paranda, quę cōmunitèr fiunt in aqua cōi, vel ſtillaticia

 ticia

ticia, vel hordeacea, cum iure, & vino, doſis illorum erit hæc, vt ſcilicèt pro ſingula vncia Guaiaci affundatur lib vna liquoris: pro ſingula vncia Saſſafras lib. quinquè, pro ſingula vncia Salſæ lib. duæ, pro ſingula vncia Chinæ lib. tres, & vnciæ quatuor: pro Saponariȩ pugillo, lib duȩ ſemis circiter, pro cannarum rad. vncia vna, lib duȩ, pro ligni Iuniperi ſingula vncia lib. totidem, pro foliorum verò eiuſdem, & ſeminum ſingul. manipulo, lib. vna ſemis. Ex cæteris, Lentiſcus, & Santali Salſȩ rationes: ſequuntur, Fraxinus, & Tamarix Guaiaci lignum viſci quercini, Iuniperi. De vino autem noto, vt eligatur album, & odoratum; vtq; addatur in fine demum decoctionis, in ſub quadrupla proportione ad liquores iam dictos, cùm id longam decoctionem non ſuſtineat. Potiſſimùm verò conuenit vinum affectibus frigidis, vbi medicamentū indiget maxima penetratione, atquè ēt in Lue venerea confirmata, cum oſſiū putredine. Decoctum præcedit infuſio. Ac vulgò quidem infuſio ligni, Saſſafras, & ſimilium, ab aliquibus fit ſpatio viginti quatuor horarum: Salſæ verò, Chinæ, & proportionatorum ſpatio duodecim, deinde decoquuntur, illa ad conſumptionem medietatis, hęc verò ad conſumptionem tertiæ partis. Sed ego puto, & infuſionem, & decoctionem horum omnium, indifferentèr eodem modo fieri poſſe, ità vt infuſio ad xxiiij. horas, & decoctio ad medietatem citra differentiam aliquā inſtituatur.

Notanda circà decoctorum præparationem.

I *Hec tamen notanda ſunt.* I ſi medicamenta hæc, de quibus interim agitur, non per ſe ſola vſurpentur, ſed illis quædam admiſceantur alia, vt dictum fuit ſuperiùs, quæ ità longam coctionē minimè ſuſtinere poſſunt; non ità ſtatim à principio illis eſſe admiſcenda, & ideò flores, herbȩ, paſſulæ, & pruna dulcia in fine decoctionis, radices verò, & cortices, in
principio eiuſdem addenda ſunt. II.
Notandum II. quoniā ex admiſſione herbarū medicamentum ingratum redditur, & naturam peſſimā acquirit; ideò ad hæc euitanda, rem ità tranſigendam, diſtinguendo ſcilicèt, plantæ immiſcendæ virides ne ſint, an ſiccæ, Si virides minimè incoquēdæ ſunt medicamentis, (putreſceret enim) ſed portioni potiùs decocti, quæ ſingulis diebus loco Syrupi eſt aſſumenda: ſi ſiccæ, facta medicamentorum decoctione, colatura fieri poteſt, atq; in illa herbæ iſtæ ſiccæ vna vel altera ebullitione decoqui, rurſuſq; decoctū percolari pro Syrupo. Lignum aūt, & reliqua medicamenta, ſeruanda ſunt pro parando potu quotidiano. Potus autem ille paratur hunc in modum: Medicamentis enim propoſitis, quæ primū, & per ſe decocta fuerunt, affunduntur aquæ lib. xvj. circitèr, fit decoctio ad tertias, & in fine, ad gratitudinem, additur lib. ſ. paſſularum, vel vnc. ij. Liquiritię raſę, vel ſacchari
q. s. ad robur aūt ventriculi dr. ij. co- III.
riandr. præpar. vel aniſor. vel cinam. adjciuntur *Notandum* III. ſi decoctum in iure ſit parandum, modicā illius quantitatem vnica vice eſſe conficiendam, ne corrūpatur; & ius valdè tenuè eſſe eligendum, ne ex longa decoctione ſalſedinem acquirat; ad hæc, ſi ius nō videatur accommodatum pro parandis decoctis iam dictis, quoniam ſecundum decoctū maximè guſtui ingratum pararetur;
tunc poſſe carnem ad lib. ſs. cū alijs IV.
incoqui, deindè parari decoctum, prout diximus. *Notandum* IIII. decoctum ſecundum, ſi patientes delicati ſint, vt illis obſequamur, poſſe colatū clarificari, dulcorari: imò in calidioribus tēporibus, vel nouū quotidie, vel ſaltē alternis diebus parari.

Sed

Sed vtrumq; horum decoctorum parandi rationem, exempla manifeſtabunt. Sit igitur exmplum decocti primi tale.

Exẽpla decoctorum. *Recipe limaturæ Guaiaci lib. ſs. Salſæ præparat vnc ij. aquæ communis lib x. M & infundantur per xxiiij. horas, & bulliant ad conſumpt. mediet & facta colatura adde, verbi gratia, ratione iecoris calidioris M ij. cichorei, bulliãt vnica ebullitione, & fiat colat. pro Syru.* Exemplum ſecundi decocti. *Rec. reſiduum ligni & Salſæ, aq cõmunis lib xu bulliant ad tertias pro potu quotidiano. In fine adde paſſular, vnc v. coriand præparat drach ij.* Eodem modo inſtitui poterunt decocta aliorũ medicamẽtorũ cõmemoratorũ, ſeruata aquæ, & medicamenti ſup. propoſita doſi v.g. Pro decocto Iuniperi *Rec ligni Iuniperi ſubtil. cõciſi, & confract. vnc iij. Fiat infuſio in ſex. lib aq. cõmunis per diem naturalẽ bulliant ſimul omnia ad conſumptionem mediet facta col. & vel in fine decoctiõ. adde v.g ratione articulorum betonicæ iuæ, an. P. i. bulliant vnica ebullitione. f colatura pro Syr.* Pro Saponariæ decocto *Rec. Saponariæ P. vi. aq. com. lib xvi fiat infuſio per noctẽ, & poſteà decoctio ad cõſumpt. dimidij: in fine decoct. adde v.g in naturis biliosis cymbalaria, aut cichorei P. iij.* *Doſis decoctorum.* Quoad doſin attinet decocti primi, ſciẽdum illud, ſi bis in die propinetur, ſemper minori doſi eſſe exhibendũ veſperi, q̃ manè, quia inter cænam, & Syrupũ veſpertinum minùs eſt interuallum. Quare manè ſecũ lũ cõmunẽ ſentẽtiã; doſis decocti Guaiaci, & quę cũ eò conueniunt, eſt ab vnc. v. ad vnc. viij. vel nouẽ: Salſæ & quę illi reſpõdent, ab vnc. iij. ad vij. Chinę & illi proportionatorum, ab vnc. ij. ad iiij. veſperi verò guaiaci doſis eſt ab vn. iiij. ad vij & ſic proportionalitèr in reliquis. Ego tñ eius ſemper fui ſententiæ, eandem omnium poſſe doſin

inſtitui. Secundi decocti doſis, nulla certa põt proponi, cum, & in paſtu, & extra paſtum ad librum illud bibere liceat. Quòd ſi quis velit, vt primùm decoctum pro Syr. paratum agat efficacius, licebit ipſum vigorare duplicitèr, *Quomodo decoctum vigorãdũ.* 1 vno quidem modo aucta doſi Guaiaci, ſalſæ, & cęterorum: ſuprà conſuetam, in illorum compoſitione propoſitam: 2 alio autẽ modo, exhibita medicamentorum iam propoſitorum ſubſtantia, ſemel in die, ante Symp. matutinum. Subſtantia autem hæc exhibetur ſub forma vel pulueris, vel extracti. Puluis datur ad drach. ij extractum à ſcru. j. ad drach. j. quibus pariter adiuuantia, & corrigentia immiſcere oportet. Exẽpla ſint hæc *Rec Guaiaci limati. Salſæ præparatæ & minutim inciſæ an. ſcr. ij. Puluerizentur ſubtiliſſ. deinde miſceantur, & gratia articulorum adde pulu. iuæ, vel beton gratia verò calidioris iecoris ſpecier. Diatriõ ſant. an ſcr. ſs dentur in Syr. matutino vel cũ Syr. de beton. fiat bol. & exhibeatur ante eundem Syr.* *Decocto q̃ ſubſtituendũ ſi quis illud renuat.* Itẽ *Rec. extracti Guaiaci ſcr. ij. pulu flor. ãthos, coral rub. an ſcr. ſs cum Syr. de betonica f. b. & exhibeatur eodem modo.* *Electuariorum doſis.* *Extractũ quomodo fiat, & q̃ eius doſis* Verũ quoniam ſunt aliqui, qui renuunt decoctum, eò quia domi nolunt morari & tot dierum quaſi carceres admittere; idcircò iſtis detur ſolũ ſyrupus matutinus; vel loco decocti poterũt exhiberi, cum proteſtatione tñ, tùm electuarium aliquod ex dictis confectum ad vnc. ſs: tùm extractum in tabulis eadẽ doſi: quòd fit per multiplicem infuſionem Guaiaci, Salſæ, & aliorum in aqua vitæ, conſumpta per vim ignis aqua ipſæ vitæ, mixtoq; extracto cum ſaccharo. Poteſt etiam dari Syr. in Lue Venera quidem, qualis deſcribitur à Maſſaria: *lib. de morb. Gal.* in alijs autem affectibus, cũ ſimplicib. proportionatis ſuprà propoſitis, corrigentib. & iu- *Syrupi doſis & quo modo fiat.*

uãtibus, mixtus, idq; ad vn. iiii. manè, veſperi. autẽ ad ii. oleũ quoq; ex his chymicè extractũ, maximè ex Guaiaco, & illi reſpõdẽtib. vtilitèr propinatur, in cõſerua vel liquore accõmodato ad ſcr. i. vel ẽt amplius. Cõuenit. a. oleũ hoc, in corporib. emaciatis exhibitũ cum lactè, in temperamentis calidiorib. cũ conſeru. roſar. violar. cichor. ſerò caprino: in melancholicis cũ conſerua borraginis, & bugloſſę: in pituoſis cum conſerua betonicæ: in tophis Veneris cum Terebyntina. Quin pulueres quoquè exhiberi poſſunt, v. g. *Recipe Guaiaci limati, & in ſubtilliſſimum pul. redacti unc. iij. Salſæ præparatæ, & ſubt. puluer. unc. iij cinamomi el. ſub. pulueriza. unc. ſs corticis Guaiac paritèr puluerati unc. i ſacchari fini unc. iij. M. & fiat puluis ſubtiliſſimus*, cuius pro ſingula vice dentur drac. ii. in naturis frigidis ex vino, vel aq. beton. in calidis ex aq. cichorei; in ſiccis ex iure pulli, dieb. quib. conceditur caro, vel aq. borraginis diebus reliquis. alius puluis. ſic inſtitui põt *Rec. Salſæ præpar. unc. iij. Chinæ electæ unc. ij corticis Guaiaci unc. i. coriandror præp. unc ſs. ſacchari fini unc. iij. M & fiat pul.* qui exhibeatur modo dicto. Eſt .a. puluis hic ſecundus, ſicut priori tẽperatior in actiuis, ita ſecũdũ ſiccitatẽ in paſſiuis intenſior: quo tñ, qui minùs exiccantẽ voluerit, is poterit. Chinã vel ſolã, vel cũ Santulis vſurpare. Sed vnũ notandũ eſt circa hos pulueres, poſſe eos, quẽadmodũ, & electuaria, effici ſoluentes, quod plurimi practici faciũt, quos qui volet, poterit cõſulere. Puto. a. ego conuenire eos in affectib. contumacibus: & in corporib. ruſticis natura nihil moliente. Et hæc de quantitate. *De modo exibendi*. decocta actu calida ſunt danda, quẽadmodũ ſuadet ratio, & experiẽtia. Sic enim magis penetrant, & venas ingrediũtur, ſudoreſq; mouent. Liquor. a. in quo puluis decocti exhibetur, pariter, & ipſe calidus actu cõuenit; quem tñ, ſi quis calidũ nõ admitteret, ei in hoc Medicus poterit gratificari. Sed occaſione ſudoris commemorari uoto, quòd vbi natura in eò iminutè operatur, liceat Medico eã iuuare, vel pannis calidis adhibitis; vel laterib. calefactis, & vino aſperſis, paniſq; lineis inuolutis, vel vaſis vitreis, aqua calida repletis, atq; hinc indè applicitis; vel inſtrumẽto ligneo ſupdato; vel ſtupha ſicca. Ante. a. octo dies nõ oportet medicũ eſſe audacẽ, in ſudore hiſce modis mouẽdo; ſed priùs inclinatio naturę obſeruãda eſt. quæ non per ſudorẽ ſemper, ſed, & per aluum ſæpè, aut vrinas, ꝑ horũ medicamẽtorum, mouet. Quid quid tñ ſit, vbi natura per ſudorẽ iuuãda eſt non ſtatim Syr. aſſumpto, ſed interpoſita hora, ad inſtrumenta iã dicta deueniẽdũ. Sic enim medicamẽtũ actuatum, faciliùs ſudores euocabit. Horam. a. illã dormire æger poterit. Rectius verò ſudor ſemel tãtum in die, q̃ bis mouetur, & in delicatis alternis dieb. ſufficet ipſum excitare, in emaciatis verò penitus ab illo eſt abſtinendum, & præcipuè ſi fuerit anni tẽpus calidũ. Sed dicet aliquis, ſudor per te eſt mouendus, ſi natura ad ipſum habeat inclinationẽ; quid ergo agendũ erit, ſi nec ad ipſũ nec ad aliã euacuationẽ natura erit propenſa? Reſpõdeo in hoc caſu licere ẽt ipſi Medico ſudores mouere, quoniã experiẽtia cõpertũ eſt, & rei natura id ipſum docet medicamẽta, de quib. interim agitur, vt plurimũ à cẽtro ad circũferẽtiã mouere, qui motus in ſudore ꝓuocãdo eſt neceſſariꝰ. Sed occaſione iſtius ſudoris, duo ẽt alia remanẽt adnotãda. primũ eſt, ſi ſudor ſit mouẽdꝰ vaſis illis vitreis aqua calida repletis, tũ vaſa hæc ad axillas potiſſimũ eſſe aponẽda, q̃q̃

Pulnerum doſis & præparatio.

Notandũ circà pulueres, & electuaria.

Modus bibẽdi hæc medicamẽti.

Circa ſudorem obſeruanda.

Sudor rectius ſemel in die mouetur, quã bis.

Quid agendum ſi natura nec ad ſudorem, nec ad aliam euacuationem inclinet.

hinc

hinc, & hinc circumpoſita, ſicut late
res quoq; aliquid etiam præſtant.
Aliud eſt, vt diligentèr ſudor abſter-
gatur, & panni, quibus ad id peragē
dum vtimur, ſubindè mutentur, Id
quòd de Lue Venerea, & ſcabie cō-
tumaci præcipuè intelligere opor-
tet, vt hoc modo virus internum ex
toto diſſipetur, nec de nouo corpus
inficiat. *Tempus exhibendi*, & admini

Tempus exhibendi hæc medicamenta.

ſtrandi hæc medicamenta erit, vbi
præſens eſt indicans, & abſens pro-
hibens. Hinc plethoram, & cacohy-
miam in toto exiſtentem, ac alia im-
pedimenta; priùs auferre oportet.
Quantum ad horam aſſumptionis

Hora adſumptionis decoctorum.

attinet, ſi de decocto ſermo ſit, pri-
mus Syr. datur in aurora, deinde ab
illo per quinque horas differtur prā
dium à prandio autem per ſeptē ho
ras offertur Syr. ſecundus: & à ſecun
do Syr patiens cęnam non aſſumit,
prius quàm tranſactę ſint tres, aut
quatuor horæ: In vſu autem horum
medicamentorum proſeqnendum,

Quamdiù in vſu decoctorum ſit perſiſtendum.

quouſq; præſens fuerit indicans,
& vt plurimùm ægri ſolent perueni
re ad xxxx. dies, quem terminū non
nulli philoſophantium, omnibus cō-
tagioſis morbis præſcribunt. Sed a-
liquando vltrà progredimur ad dies

Quo anni tempore his vtēdum.

lx aliquando citrà ſubſiſtimus, & ad
xx. vel xxx. diem deſiſtimus, pro ma-
iori vel minori contumacia affectu-
um, qui curantur. Sed in delectu
temporis, reſpiciendum eſt ad pro-
hibens, quod potiſſimum eſt tem-
pus anni tùm calidum, tùm frigidū,
ſed magis calidum; quàm frigidum.
Puto tamen ego, ſi neceſſitas vrge-
at; & Medicus ſit diligens, & pru-
dens, poſſe etiam aliquo modo ſatis
fieri hiſce temporibus anni, vt ne æ-
ger deſtituatur tam generoſis præſi-
dijs. Idcirco, ſi occurat tempus an-
ni æſtiuum, tùm Medicus neglecto
Guaiaco, ſaſſafras, & ſimilibus, pote
rit parare medicamentum ex Salſa,
China, Santalis, Lentiſco tanquā ex
ijs, quæ aut non ſunt calida, aut ſal-
tem temperata exiſtunt. At ſi hye-
mis habenda ſit ratio, iam clauſo di
lentiſſimè cubili, accendatur ignis
in illo, aut hypocauſtum in eo pare-
tur. Sic enim fiet, vt aer incaleſcat,
& ex calefact' permittat vſum medi
camentorū iam dictorū: De pulueri

De temporibus reliquarum formularum.

bus, electuarijs, oleis, & extractis il-
lud ſciendum, quinq; horis ante prā
diū exhibenda eſſe: & pulueres qui
dem per mēſes, & bis in die ſyrupum
ſemel, & bis per dies lx. oleum verò,
quemadmodum, & extractum, per
dies xx. *Quoad vbi agendum*, medi

Vbi agendum, ſeu locus per quem exhibenda hæc medicamenta.

camenta hæc non ſolùm per os dā-
tur, ſed etiam exteriùs adhibentur,
I ſub forma fotus, cum ſtupis canna-
binis, vel ſpongijs mollioribus, made
factis in decocto illorum II. ſub for
ma illitus facti cum oleo, quod po
tiſſimùm paratur ex Guaiaco. III.
ſub forma lotionis, & perfuſionis, fa
ctæ pariter cū decocto illorum me-
dicamentorum. Sed his omnibus po
ſtremò loco addenda eſt compar vi-
uendi ratio. Patiens igitur detinea-

Victus ratio obſeruanda tēpore vſus horum medicamentorum Aer.

tur in cubili clauſo, & minimē per-
flato, præcipuè ſi decoctum ſumat,
aut alia medicamenta quæ bis præ-
bentur. Quoad cibū, is tempore pur
gationis ſit boni ſucci, mediocris, &
potiùs vergens ad pleniorem, medi-
cinalis tamen, pro ſtatu corporis, vt

Cibus.

refrigerans in bilioſo, humectans in
ſicco: tempore autem decocti, & a-
liarum formularum medicamento-
rū, quæ ex prædictis parantur, ſit cir
cà primos, & vltimos dies minus te-
nuis, ne de extremo in extremū tran
ſeatur; tempore autem interiecto te-

De pane bis cocto obſeruanda.

nuior exhibeatur: & ſic in primis, &
poſtremis diebus concedatur caro,
elixa in Lue melancholica, aſſa in pi
tuitoſa: intermedijs ab ea abſtinea-
tur, exhibeantur amygdalæ dulces,
paſſulæ, piſtacia. Panis cōiter ſolet

 vſur-

vſurpari bis coctus. Sed ego, vt verum fatear, in obſtructionibus, macie, & ventriculi languore, à biſcocto abſtinere ſoleo, concedo tamen in affectibus contrarijs, & maximè in Lue pituitoſa, in qua etiam alterari poterit medicamentis iam propoſitis, idque duplicitèr, nempe vel iniecto puluere illorum, vel affuſo eorundem decocto ipſi farinæ.

Potus.

Potus tempore medicationis, quæ ad totum ſpectat, ſit vinum: tempore autem decocti, aqua decoctionis ſecundæ, vt ſupra dictum eſt. In corporibus tamen debilibus, ac delicatis, hoc tempore etiam licebit bibere vinum medicatum cum Guaiaco, & alijs medicamentis.

omnus.

Amplius poſt Syr. matutinum ægri per horã dormire poſſunt, poſt verò veſpertinum non eſt neceſſe vt dormiant: conducet tamen ſi lectum ingrediantur, & per horam quieſcant.

Excreta & retenta.

Aluus liquida ſeruanda eſt, clyſteribus mollibus, & communibus, vel prunis dulcibus, aut paſſulis præparatis in prima menſa acceptis, & dum ſudores mouentur, ad euacuandos cineres, qui ab illis remanent, expedit ſingula hebdomada dare lib ſs. ſyr de polypod vel ſi patiens ſit robuſtus, & affectus rebellis, ac contumax vti Lues Venerea, cum doloribus, & gumatibus drac. i. vel paulò plus pilul. de nitro, de fumar. & cochia, cum elleb & in die huius purgationis dimiſſo vtroquè ſyrup. matutino ſcilicet, & veſpertino, caro elixa, & panis, vel ouum ex iure, & vinum conceditur aut ſi vſus carnis prohibeatur, oua in aqua cocta, & ferculum ex pane cum butyro, & ouo, carni ſubſtitui poſſunt.

nus.

Venus fugienda eſt maximè ſub decoctum Chinæ, quemadmodum omnes monent Habet enim China id peculiare, vt tentiginem excitet, ob quam facilè eſt, dum aſſumitur, errorem hac in re committi.

Animi motus, & corporis.

Quoad cætera in maxima corporis, & animi quiete detinendi ſunt ægri.

SECTIO IIII.

De natura, & vſu aquæ hordei, & ptiſanæ.

Antiquitas horũ remediorum.

VTriuſquè huius remedij conſtat antiquiſſimum eſſe vſum.

Galenus cur nihil de aqua hordei.

Ac vt de ptiſana nemo dubitat, qui vel tantillũ in veterũ ſcriptis verſatus eſt, ità Aquæ hordei nòn mentionẽ tantũ ſæpè facit Hipp. *in lib de ratione vict.* ſed ẽt in ſuis de ratione victꝰ libris. *3. de rat vict.* 43. 4. *ibi.* 71. tanquam ſitim tollentem potionem eam exhibet: vt Galenum non iniuria fortaſſe mirari quis poſſit, quòd cum toties de Hordeo egerit, de aqua hordei nunquam ne verbum quidem fecerit: niſi forte ea cauſa fuit quam ſatis ipſe videtur alicubi innuere, *4. de rat vict. com.* 71. quòd eius præparationem Hippocraticã ignorauerit.

Vnde parentur aqua hordei, et ptiſana.

Vtuntur tamen ea poſt Galenum Arabes omnes, & pleriq; communitèr practicantes. Fit tàm aqua Hordei, quàm ptiſſana ex hordeo,

Hordei temperatura.

quod frigidum eſt ſecundũ Galenum, *lib. de ptiſſ c* 3. 1 *de alim. fac. c. de Hordeo* & moderatè ſiccum Vnde, ex eodem, nunquam calefacit, quomodocumquè præparetur; pro vario tamen præparationis modo, quandoquè ſiccat, quandoquè humectat: ſiccat ſi frixetur, humectat, ſi elixetur in aqua.

Hordeũ quale ſumendum pro ptiſana, & aqua.

Porrò fiunt ptiſſana, & aqua hordei, non ex quocunquè hordeo, ſed optimo, quale deſcribitur à Galeno *lib. de ptiſſ. cap.* 3. candidum, denſum, ponderoſum, nõ rugoſum, omni ex parte plenũ; nec nimis vetuſtum, nec nimis recẽs, eò quòd hoc nimis excrementiciũ eſt, & flatulentum: illud exhauſtum, & viribus vacuum. Dignoſcitur autem

tale

tale hordeū ſi plurimū intumeſcat, 1. *de rat. vi. 26* & plurimū ſuccū gignat Sed nos de vtroq; remedio ſeparatim agamꝰ.

Aqua hordei quid, & eius vires

Aqua igitur hordei nihil aliud eſt, niſi decoctum, quod ex hordeo integro, & cum cortice paratur. Facultas ei eſt refrigerare, & humectare: quorum hoc quidem ex præparatione habet, quia elixatio in aqua ſiccitatem tollit: illud verò ex natura. Sed & attemperat prętereà, ac deterget, id quòd minimꝰ eius frigiditati officit, vt quidam exiſtimãt, cum frigida non pauca ſint, quę idē prędſtant vt ſemina melonum, cichoreū, &c. His omnibus accedit, quòd non rarò bonum ſuccum pręſtat, & in ventriculo nihil moratur.

Indicantia aquā hordei.

Valet ergo in morbis calidis pręcipuè verò in febribus, in ſiti morboſa, & in peccato materię ſecundum copiam, habentis impetum vel ad cutim, vel ad vias vrinę, vel ad aluum. Si .n. ad cutim inclinet, aqua hordei aſſumpta ſudorē mouet detergendo; ſi ad vrinę vias, eodem modo vrinas ciet; ſi ad aluum, detergendo, & abluēdo ſimul ventrem prouocat.

Prohibentia aquā hordei.

Prohibetur autem aqua hordei, ab affectibus frigidis potiſſimùm viſcerum naturalium, eorundem natiuo languore, & copia flatuum. Cęterùm aqua hęc indiget adiuuanti, & corrigenti.

Adiuuantia aquā hordei.

Adiuuans quòd refrigerat, & humectat, multiplex eſt, Syr. de Limonibus de acido citri, de agreſta, de ribes, de ſucco acetoſę, & iulep. violaceum, roſaceumquè, ac conſerua acidi citri, & roſarum. Adiuuans verò detergens, eſt ſaccharū, vel mel roſ. ſimpl. vel mel ipſum deſpumatum. Sudorem, & vrinas mouēs eſt, quòdcunquè propria natura diureticum exiſtit, & calidum, & frigidum; calidum vt ſemina aniſorum, apij, ſeſeleos, dauci; frigidum, vt ſemina maiora frigida: quæ omnia decoqui vnà cum hordeo poſſunt, quamuis lac ſeminū melon et aquæ iam paratę rectè additur. Aluū ſubducens, eſt illud idem, quòd deterget, quamquam etiam ſyr. roſ. ſol. & mel. roſ. ſol. adijcere aliquando nō eſt inconueniens. Quòd ſi aqua hæc vt fit nōnunquā, ad vomitum ciēdum vſurpetur, pro adiuuanti ei admiſceri poterunt acetum, ſyr. acet ſimp. atquè oxymel ſimpl.

Corrigentia aquā hordei.

In genere corrigentium ſunt ſemina coriandrorum, vel aniſorum, vel cinamomum. Quod enim correctione indiget in hordeo, eſt flatus; & idcircò quæ flatum diſcutiunt, vti ſunt iam dicta cum illo ſunt incoquenda.

Modus parandi aquā hordei.

Paratur aqua hordei in hunc modū. *Accipiatur vna pars hordei integri, quale ſuprà deſcriptum eſt. affundantur xx partes aq. opt de qua egimus tractatu de aquis ſimplicibus. Priùs tamen hordeum fricatur panno lineo humecto, vt puluis, ſi aliquis ſit, qui granis hordei hereat, abſtergatur poſt ſit maceratio per duas horas, ac poſt macerationem ponuntur ad ignem omnia coquunturquè & bulliunt.* Coctionis, & ebullitionis terminus variùs eſt, pro variò vſu, in quem aqua hæc paratur. Nam ſi parentur vt nutriat, eiuſquè facienda erit decoctio & ebullitio, quouſquè hordeum crepitet, & paulò plus etiam, dum aqua rubeſcat. Si paretur tanquàm ſimplex medicamentum, quo modo noſtra tempeſtate ferè ſolùm vſurpatur, ſic tempore quidem hymali, inſtituenda eſt decoctio, vſquè ad hordei diſruptionem tantùm: tempore verò æſtatis vſq; ad intumeſcentiam illius (alias enim aqua ob calorem ambientis facilè putreſcit, & aceſcit:) quàm etiam eandem ob cauſam tempore hoc ſingulis diebꝰ eſt renouanda, ac in loco frigido ſeruanda Quomodocunq; ſit, ſemp melior eſt; ſi decoctio ſit aliquantulum, quàm vulgò iam conſueuit, longior. Sic eni fit, vt, & flatus hordeum de

ponat, & potio reddatur efficacior.

Rectus vſus aquæ hordei.

Doſis.

Quantum ad rectũ vſum huius aquæ. *Quantitas ei⁹* pro ſimplici alterante vſurpatæ, eſt ad lib. vnã vel alterã, pro extinguenda verò ſiti, & febri, licet tantũ illi⁹ exhibere, quo patiens ſatietur: vel ſaltẽ vnico hauſtu bibere poteſt, quòd intelligere tamẽ oportet, de patiente robuſto, & qui in media æſtate laboret. Quòd ſi aqua hordei detur ad vomitũ ciẽdũ, aſcẽdere poterit doſis ei⁹ ad li. i. ſs. Si ad mouendum ſudorẽ & vrinas dari cõſueuit ad lib. ij. pro vice. *De modo* Alterãd., & ſitim extinguẽdi gratia, in tempore calido frigida propinanda eſt, in frigido, moderatè calida: ad vomitum aũt faciendũ conuenit tepida: ad euacuandum frigida quidem vſurpari poteſt, ſed, ſi nihil prohibeat, calida magis probatur, præcipuè in mouendis ſudoribus, & vrinis. *Circà tempus* agendi. Conuenit potio iſtius aquæ, vbi præſens eſt indicans, prohibẽs verò abſens. Ideò tpe frigoris, quòd acceſſionẽ febris ſolet antecedere, abſtinendũ ab huiuſmodi potu, ſicuti à quolibet aliò. Nã nullus potus cõuenit, prius quã calor ad pedes, & manus redierit. Quòd tamẽ de potu alterãte intelligendũ quoniã potus vomitori⁹ etiã præſente frigore, euacuatorius verò inclinante acceſſione conuenit. Amplius in potu aqua hordei exhiberi non dẽt exiſtente cibo crudo in vẽtriculo, & idcircò reprehendendi ſũt Medici, qui in menſa aquã hordei pro potu concedunt. Etenim cũ aqua hordei non moretur in ventriculo, facilè fit, ſi in menſa bibatur, vt cibũ crudũ à ventriculo abripiat, ipſumq; ad venas perducat: vnde poſt modũ occaſio datur obſtructionib⁹ Accedit, ꝙ aqua hordei mixta cùm cibo facile acceſcit & putreſcit, vnde cõcoctio ipſa neceſſariò vitiatur. *Quoad vbi agendum.* Aqua hæc non ſolũ per os aſſumitur, verùm ẽt exterius ſub forma irrigationis, ac lauacri, atq; alijs modis adhibetur: itẽq; & in anum, vterum, ac meatum vrinarium ad vſus prædictos iniicitur.

Modus exhibẽdi.

Tempus exhibendi.

Differentia inter potum alterantem, & vomitorium quoad tẽpus dãdi.

Error quorundam medicorũ.

Vbi agendum.

Ptiſanã quid, & quotuplex.

Ptiſanam ex huic tpi noſtro conuenientibus remedijs conatus eſt expugnare Manard. *li. 3. ep. 2.* Sed rationes eius ità ſolutu ſunt faciles, vt nõ egeant peculiari diligentia. Eſt autẽ Ptiſana nihil aliud niſi ſuccus hordei, iſq; duplex, nõ colatus qui ſimpliciter Ptiſana, vel Ptiſana integra, vel Ptiſana, nõ colata dicitur: & colatus, qui in ſpecie ſuccus ptiſanæ cremor Ptiſanæ, & Ptiſana colata appellatur. Vterq; verò rurſ⁹ tũ alimẽtalis eſt, tùm medicamẽtalis: ptiſana, vt alimẽtũ, quas vires præſtet, de ſe patet. Habere. n. ex ſe hordeum vim alimentalẽ, clarè docet Gal. in 1. *aph.* 4. Ptiſana, vt medicamentum, eaſdẽ ferè hẽt vires, quas aqua hordei. Eſt. n. liquor moderatè refrigerans humectans, *Vide Gal.* 8. *Met.* 2. *li. de Ptiſ. c.* 1. 1 *acut.* 18. abluens, detergẽs, aperiẽs, aluũ lubricans, ſitim arcens, & ſi rectè paretur, facilis cõcoctu, flatus, expers. Differt tamẽ colata à nõ colata, quòd hæc plus poteſt ſecundum vim alimentalem, quàm medicinalem, cum ex Gal. 7. *Met.* 6. quòd magis viſcidum eſt, magis nutriat. Contrà eſt de colata. *Ex his verò cõſtat.* Ptiſanã cõuenire loco cibi medicinalis, in morbis, corporibuſq; calidis, ac ſiccis, præcipuè in omnibus febribus, catarrho omni, potiſſimũ calido, pulmonũ affectu, vlcere, in inflammationibus viſcerũ, in obſtructionibus primarũ viarũ, in macie totius, quæ à cauſa calida, & ſicca inducta ſit. *Prohibetur. n.* ab affectib. hiſce cõtrarijs à vẽtriculo excrementoſis humorib. referto, à copia flatuũ, itẽ à plenitudine in toto; quo in ſẽſu negãt. Hippo. & Gal. 1. *de ra. vi.* 33. *li. de ptiſ. c.* 6. eã cõuenire ĩ morbis acu-

Vires Ptiſanæ vt alimentum

Differentia inter Ptiſanã colatam, & non colatã, quo ad vires.

Indicãtia Ptiſanam vt medicamentalem

Prohibentia eandẽ.

acu-

acutis, periculoſis, & in quibus magnis remedijs opus. Volunt enim hoc tantùm, non conuenire in ijs, antequàm opportuna remedia ſint administrata. *Porrò hordeum pro Ptiſana* conficienda, permiſtione etiã aliarum rerum indiget. Ac Galenus quidem in principio coctionis oleũ, anethum, porrum admiſcet: poſt autem tumefactionem acetum addit, ac tandem poſt exactam coctionem ſub hora cibandi, ſalem tenuẽ. Sed hic modus mixtionis noſtro tẽpore eſſe deſijt: miſcentur tamen alia, partim vt adiuuantia, partim vt corrigentia. Adiuuans duplex eſt, alimentale, & medicinale. Illud eſt vel caro, in principio coctionis addita hordeo, vel ſuccus carnis, aut oui vitellum iam factæ adiecta. Medicinalem varium eſt, pro varietate intentionum, Medici curantis. Si enim intentio ſit refrigerare, admiſcentur hordeo lactuca, endiuia, ſonchus: ſi vrinas mouere, vel decoquitur illud cum radice fæniculi, aut petroſelini; vel Ptiſanæ iam factæ permiſcetur lac. ſem. melonum: ſi attenuare, & detergere, incoquitur piper, vel origanum in petia ligatum, vel iam cocto mel, ſaccharum, oxymel, & Syr. acet. ſimp. adduntur. Corrigens refertur ad hordei viſciditatem. Vnde in febribus, ratione corrigentis, cum hordeo coquitur acetum; extra autem occaſionem febris, ſal. inijcitur; & ſi ſuſpicio ſit etiam flatuum, vel nimiæ frigiditatis, piper, & origanum.

Ptiſana quæ permiſcenda.

Adiuuãs Ptiſanam alimentale.

Corrigentia Ptiſanam.

Modus parandi Ptiſanam

Paratur autem Ptiſana hoc modo. *Hordeum optimum ſine cortice integrum accipitur in ea quantitate, vt Ptiſana ex eo parata pro ratione anni præſentis ſeruari poſſit. (æſtate enim pro vna tantùm die eſt paranda) Hoc hordeum in aqua optima tepida infunditur, per duas horas, ex Auenzoare, quamuis Auerhoes horas quatuor requirat: 5 Collect. 31. poſt infuſionem hordeum manibus fricatur, Galen. 1. de aliment. fac. 9 donec tenuis atquè extima eius ſuperficies ſeparetur, deindè validiùs, aut manibus, aut panno aſpero rurſus confricatur, quouſquè totum quod paleaceum eſt, auferratur, niſi Ptiſanam quis voluerit magis abſtergentem efficere, vt in tollendis obſtructionibus contumacibus, mouendiſquè ſudoribus. Tunc enim melius eſt hordeum cum ipſo cortice coquere, quo modo etiam pro ciendis ſudoribus, à recentioribus paratur aqua hordei. Hordeo ſic præparato aqua affunditur, ipſumquè coctioni ſubijcitur. Affundendæ ſunt autem cum Paulò, & Auicenna, (nam Galenus hac de re nihil habet) vnicuiquè libræ hordei, aquæ lib. xv. aut xx. cum hordeum non niſi longo tẽpore perfectè coquatur: longa autem coctio copioſam aquam deſideret. Dum verò coquitur hordeum, curandum vt primùm igne vehementi ebulliat, vt intumeſcat, & ex inde flatus amittat; deindè lento, ne portio alimentalis diſſipetur, ad conſiſtentiam cremoris, ita vt grana inuicẽ hæreant, & in maſſam vnam conglobentur, non vlteriùs; ne ex ſuperflua coctione hordeum viſciditatem acquirat, & ſalſedinẽ.* An verò aqua, quæ in principio affunditur, ea copia ſit affundenda, quæ ſufficiat vſq; ad finem coctionis, an priori, poſt tumefactionẽ hordei abiecta, addenda ſit noua, exiſtimo ego, nouã aquã eſſe addendã, ne ſi tota ſimul affundatur, coctione euadat ſalſa; ſed relicta tamẽ illa, q̃ poſt tumefactionẽ remanet. Secus enim, cũ in illã non parũ deponat propriæ facultatis hordeũ, maximè alimentalis, illa abiecta, ea euaneſcet, & imminuetur vis Ptiſanæ. Quod ſi quis tamẽ albicãtẽ ptiſanã exoptet, poterit ei concedi, vt aqua prima poſt tumefactionem abijciatur;

De ratione affundendi aquam difficultas.

Soluitur difficultas

c atur; cui etiam conducit lac ſeminum melonum, Ptiſſanę iam coctę, inijcere. Sunt qui in brodio eam coquunt. Sed meo iudicio parùm rectè cum hoc modo coctionis, ſalſedo vix poſſit euitari. Ergo in aqua coquatur potiùs, & poſteà potui magis iucunda reddatur, per ius adiectum.

Error quorundam in brodio coquentiũ Ptiſanã.

Rectus vſus Ptiſanæ hic eſt; Quoad *doſin* Datur ab vnc. iiij. ad vnc. x. *De modo* Exhibetur modò frigida, modò calida, pro diuerſitate affectus, roboris ventriculi, & temporis anni. Danda autem eſt opera vt viribus ſuis integris prędita exhibeatur, vnde ſępiùs renouanda eſt, maximè ęſtatis tempore, quo vt dictum eſt facilè corrumpitur. Circà *tempus* in genere; ea ſolum vtimur, vbi pręſens eſt neceſſitas, non tantùm hora Syrupi, verùm etiam cibi conſueta. In febribus Galenus horam eam ad Ptiſanam accommodatam eſſe ait, *lib. de Ptiſſ. cap* 5. cum totum corpus ęqualiter fuerit diſpoſitum, vt nullius, aut frigoris, aut caloris ratione, inter ſe corporis partes diſſentiant, ſed ęqualiter habeant.

Rectus vſus Ptiſanæ.

Doſis.

Modus exhibendi

Tempus exhibendi

Quòd nonnulli interpretantur fieri in ſtatu. Sed hęc interpretatio falſa eſt. Nam Galenus ſe ipſum clarè interpretatur, vult hoc tempus eſſe declinationem: id quod ipſe quoq; Hippocrates ſentit, *de rat. vict.* 45. qui ſcribit in acutis tempus Ptiſanæ accipiendę eſse, cum caliditas deſcenderit ad pedes: quòd Galenus in com. fieri tradit in declinatione. Quoad *vbi agendum.* Vſurpatur tribus modis: Nam aſſumitur, adhibetur, inijcitur, in anum, vterum, meatum vrinarium. Et hęc ſunt quę dici poſſunt de aqua hordei, & Ptiſana.

Error quorundam.

Vbi agendum.

SECTIO V.

De natura, & vſu Vinorum medicatorum.

VINVM & alimentalem vſum habeat, 3. *de alim fac. cap.* 40. & medicinalem. De alimentali nihil in pręſenti, quòd noſtri non ſit res inſtituti. Quare nec diſputo, nutriatnè, an ſecùs, qui veriſſimum puto eſſe, nutrire, quidquid contradicant nonnulli, qua de re alias. Quantum ad medicum Vini vſum attinet, ſic in eum adhibetur, tùm ſimplex, tùm medicatum. Vinum ſimplex omne per ſe facultatem habet calefaciendi, & exſiccandi, ex Hippocrate, & Galeno *Hipp. lib de Dieta.* 2 *lib. de vlcerib.* 3. *Gal. lib.* 3. *Meth* 5 *aph.* 5 8 *Simpl.* Nec obſtat, quòd alibi ei Galenus humectandi vim tribuit 5. *de Tuend.* 6. Loquitur enim manifeſtè de Vino, vt alimentum eſt ſeu, vt nutrit actu, quo modo in libris de temperamentis docet, 3. *de Temp.* 3. omne quod alit calefacere, & humectare, etiam lactucam. Licet verò omne vinum ſimplex humectandi, & exſiccandi vim obtineat, maxima tamen vtriuſquè latitudo eſt. Nam quoad calefactoriam, vina odorata, & generoſa maiorem vim habent calefaciendi, quàm auſtera, & oligophora: in medio autem ſunt vina dulcia. At ſi facultas ſiccatoria animaduertatur, odorata ac generoſa, ratione caloris, auſtera verò, ratione terreſtreitatis maximè ſiccant. Ampliùs vina alba tenuia, & quæ fulua dicuntur, miram habent facultatem vrinas mouendi: nigra autem, & rubra, quæ clareta vulgò vocantur, vim habent incraſſandi, & fluxum humorum compeſcendi. Ex quibus vnicuiq; ſatis conſtat, qui nam ſint

Vinũ non tantũ medicamentum, ſed etiam nutrimentũ.

Vina ſimplicia, & eorum vires medicamentales.

Differentia inter vina ſimplicia, quo ad ſuas facultates.

illi affectus, à quibus indicentur vina ſimplicia.

Vina medicata duplicia.

Vina medicata, de quibus præcipuè nobis ſermo eſt inſtitutus, duplicia ſunt, alia ſponte nata, alia comparata arte. *Ex illorum* cenſu illa ſunt Theophraſti, *Vide Plin. lib. 14 c. 18 Theophraſt. lib. Hiſt. 9 c. 19 & 20. Athen. in Dipnoſophiſtic. lib. 1. cap. 29.* apud Heræam Archadię, quę viros dementabant: Athenæi apud Thaſios, quæ ſomnum accreſcebant, & fugabant: Plinij Arcadica, quæ fœcunditatem fæminis importabant, & viris rabiem: Trœzenia quoquè, quæ qui biberant, negabantur generare: & Lycia, quæ qui guſtauerant, his aluus ſoluebatur, *Poſterioris generis* ea ſunt, quæ ob admiſtionem medicamentorum, vim trahunt medicamentoſam, quæ quidẽ; ſi quod aliud, blandiſſimum ſimul, & optimum remedij genus meritò habentur, cum Vino nihil gratius ſit, nihilquè quod citiùs ad partes corporis humani etiam minimas, vim, qua eſt præditum, deferat; quippè quòd obuijs vlnis, mira voluptate, excipitur. Hinc non noſtro æuo tantùm, ſed antiquiſſimis etiam temporibus, & vſu recepta, & vtilitate æſtimata ſunt.

Sponte nata vina medicata.

Arte facta vina medicata & eorum vtilitas.

Antiquitas horum vinorum.

Nam, vt ſilentio præteream Græcorum Geoponicos, & Marcum catonem, *lib. de re ruſtica*. apud quos variam eſt reperire eiuſmodi vinorum ſyluam; Hippocrates ipſe vinũ tedę exhibet, *lib. de natura muliebri*, & Diſcorides plurima factitiorum vinorum genera enumerat. *lib. 5. ab initio.* Galenus quoquè varijs in locis, variorum mentionem facit, 2. *de antidot. c. 11. & vlt.* roſacei, lentiſcini, *lib 2. de facile parabil. c. 35.* ſcyllini 3 *lib. ibid. cap.* 205. medicati aqua marina, 2. *ad Glau. con* 1. 9. *Local. c.* 2. melle conditi 5. *de Tuend. ca.* 5 myrtitis, &c. 3. *Local. cap.* 1. & 8. *Local, ca* 3. Porrò varia ſunt medicamentoſa vina, & in varijs affectibus vtilia: omnia tamen ad tria ſumma capita rediguuntur. Nam vel ad continentia referuntur, vel ad contenta, vel ad impetum facientia. *Quæ continentia ſpectant*, ad ea diriguntur, vel vt ſecundum naturam ſe habent; vel vt præternaturam affecta ſunt.

Vinorum medicatorum arte factorum varietas.

Vina medicata, q̃ ad continentia referuntur.

Prioris generis quæ ſunt, ea ex ijs conſtant, quæ proportionem partium conſeruant, & appropriatæ dicuntur. Sunt autem varia: Cephalica, ad quæ referuntur ea quoquè, quæ ſomnum indicunt, Cardiaca, Ophtalmica; Stomatica, Hepatica, Splenica; Hyſterica, Arthritica: in quibus omnibus id obſeruandum, vt calidioribus his partibus, partentur ex appropriatis frigidis, & contrà, Fiunt autem Cephalica, ex bethonica, ſaluia, roremarino, ſtæchade; item è roſis violis, nymphæa, lactuca: è quibus exceptis roſis, fiunt etiam ſoporifera, addito papauere: Ophtalmica ex euphragia, verbena, chelidonia, ruta, fæniculo, viperis, è roſis rubeis, plantagine, granatorum ſucco: Cardiaca, è floribus, & radicibus bugloſi, borraginis, floribus Arantij, Citri, ſeminib. citri, meliſſa, ambra, moſcho, croco, cocco infectorio; item è violis, roſis, ſantalis; Hepatica, ex agrimonia, abſynthio, ſpica nardi, rhapontico: item è cichoreo, ſeminib. frigidis maioribus, & minoribus, hepatica, & ſantalis: Splenica, è ſcolopendrio, tamarice, fraxino, capparibus radice filicis maris, intybe: Hyſterica, è meliſſa, matricaria, ſabina, artemiſia, ſaluia, betonica, nuce moſchata: Arthritica, è betonica, iua, hyperico, intybo, endiuia, & ſic de reliquis.

I *Appropriata id eſt pertinentia ad ea vt ſecundum naturam ſe habent.*

Poſterioris genis vina referuntur, ad eorundem contiuentium

vel

Nõ appropriata id eſt pertinentia ad eã præter naturam affecta.

vel intemperiem, & ſunt ea quæ in contrarium alterant: vel ad compoſitionem vitioſam, quo ſpectant attenuantia, detergentia, aperientia, & deobſtruentia, qualia ſunt, quæ alterantur cum Guaiaco, Saſſafras, ſcylla, enula, iua, ſampſucho, praſſio, abſynthio, tamariſco, ſcolopendrio, & Chalybis limatura, aut ſi opus ſit temperatoribus, cùm
1 Salſa, & China; item roborantia & adſtringentia, vt quæ è maſtiche comparantur, & coriandris, e ſan-
2 talis, & ex Chalybe ignito, item extenuantia, quæ fiunt præter ea, quæ ſuprà in deobſtruentibus ſunt propoſita, ex abrotano, acoro, ameo, hyſſopo: vel deniquè ad ſolutam vnitatem, quò pertinent agglutinantia, è ſymphito, equiſeto, polygono, plantagine, malicorio.

Vina medicata q̃ referuntur ad contenta.

Quæ ad contenta referuntur, ea vel ad flatus diriguntur, & vocantur carminantia, fiuntquè ex coriandris, aniſis, galanga, zedoaria, cumino bacis lauri, ruta: vel ad humores, reſpiciuntquè eorum vel qualitatem, & ſunt tùm alterantia in contrarium, de quibus ſuprà, tùm
1 emollientia, quæ fiunt ex paſſulis dulcibus, liquiritia, China, borragine, bugloſſo: vel copiam, & ſunt
2 euacuantia, tùm inſenſibilitèr, tùm ſenſibilitèr; diuretica ſcilicet, ſudorifica, & deiectoria. Inſenſibiliter euacuantia parantur ex ſimplicibus calorificis, china, guaiaco, Saſſafras, & cæteris, de quibus ſuprà in diſcutientibus.

Euacuantia per ſudorem parantur cum carduo benedicto, & modò nominatis, quanquàm etiam, & diuretica huc faciant. Pro diureticis vino immiſcentur ſemina aniſorum, fæniculi, apij ſeſeleos, dauci, item quinquè rad. aperientes, ac rubia tinctorum. Pro deiectorijs, peccante bile, vino licebit admiſcere Rhabarbarum, & myrobalanos citrinos: peccante pituita, ſemina carthami, turbith, hermodactilos, myrobalanos emblicos, beliricos & chebulos: peccante melancholia, ſenam, polypodium, myrobalanos Indos, & helleborum nigrum: peccante ſucco ſeroſo, braſſicam marinam, ſemina ebuli, & radicem cucumeris agreſtis.

Vina quæ referũtur ad ſpiritus, ſeu impetum facientia.

Quæ ad impetum facientia ſpectant, ea ad ſpiritus ferè vitales pertinet, & lætificantia dicuntur, fiuntquè ex odoratis, tùm calidis vt cinamomo, caryophyllis, nuce myriſtica: tùm frigidis vt roſis, violis, ſantalis, &c.

Indicantia vinorum medicatorum.

Ex his verò ità conſtitutis facilè patet, à quibus indicentur vina medicata. Nam, vt in exemplo res declaretur, quæ cum Guaiaco, Saſſafras, atquè cum alijs calidis parantur, conueniunt in ventriculi frigida intemperie, cachexia, hydrope, ictero antiquo, intemperiebus frigidis, & tumoribus duris hepatis, lienis, meſenterij, vteri, in Lue venerea, doloribus articulorum, ac tandem in omnibus frigidis affectibus. Quæ verò vina cum Salſa, & China alterantur, conueniunt in iiſdem ferè affectibus, ſed calidioribus, quàm vt perferre ſuperiora ſimplicia poſſint. At vina cum ſantalis medicata, præter affectus calidos, conueniunt etiam in deſtillatione ſalſa, & fluore quolibet calido ac acri; in quo conueniunt etiam, quæ coriandris, & maſtiche alterantur, quæ ipſa quoquè plurimùm valent, ad roboranda viſcera debilia, quòd intelligere oportet etiam de vinis, in quibus Chalybs, aut aurum ignita extinguuntur. Nam quę recipiunt ſubſtantiam Chalybis pręparatam, ad ſanandas tantùm obſtructiones eliguntur. Alia vina quid pręſtent, & quibus in caſibus conueniant, de ſe patet.

Illud

Notandũ de vinis appropriatis. Illud ſolùm de vinis appropriatis notãdum eſt, quòd præter id, quòd proportionem partium, quibus appropriantur, conſeruant, affectibus etiam præternaturam, à quib. partes illæ detinentur, ſuccurrant, v. g. Vina cardiaca affectui melancholico, in quo cor ferè ſemper patitur, immedentur, & ſic res habet de alijs.

Vinum pro medicatis vini quale eligendum. *Porro Vina quæcunquè* medicata paranda ſunt ex vino conuenienti. Tale autem fuerit, quòd è generoſa vite vuis benè maturis, & non vitiatis expreſſum, & præterea ſuaue eſt, non auſterum, quò facilius penetret. Quòd ſi ſuaue haberi non poteſt, auſteritas, eius corrigenda eſt cum paſſulis maioribus, & minoribus, dactylis, & coriandris præparatis, qui ad ventriculi robur addendi ſunt.

Modus parandi vina medicata tẽpore vindemiarũ. *Parantur* autem vina medicata omnia, vel tempore vindemiarum, vel extrà illud. *Tempore vindemiarum* tribus modis fieri ſolent. Vnus eſt, vt vuis contuſis, & in tina repoſitis, admiſceantur medicamenta propoſita; & ibi per octo vel decem dies permittantur ebullire, deindè extrahatur vinum, percolatum in dolio reponatur, & ſi opus fuerit; elutrietur, id eſt, ex vno vaſe in aliud transfundatur, quouſquè clareſcat, vt poſſit cum iucunditate potari ab ęgrotantibus. Alter modus eſt, vt medicamenta iam dicta ponantur in dolio accommodato; deindè affundatur tanta muſti expreſſi, & percolati ab vuis copia, vt plùs quàm medietatẽ dolij repleat; tùm affundatur tantùm muſti actu calidi, quò ex toto dolium impleatur; tandem permittatur perfecta fieri in dolio ebullitio, quæ vt plurimum duobus menſibus terminatur: finita autem ebullitione, vinum percoletur, fæces, & excrementa, quæ remanent, abijciantur, dolium abluatur, ac vinum iam percolatum in eo rurſus reponatur, ac tamdiù ibi aſſeruetur, quouſquè clareſcat; tum enim ad libitum; patiens de eo poterit bibere. Tertiùs modus, iſquè vſitatiſſimus, ſolet ità inſtitui. Primùm enim medicamenta in dolio reponuntur, deindè affunditur vinum recens, quòd cum recrementis vuarum in tina priùs ebulliarit, tùm percolatum fuerit: & hoc in dolio ebullit, atquè præparatur, vt in ſecundò modo dictum fuit. Ex quibus tribus modis, ſi eos inuicem cõparare voluerimus, procul dubio tertius efficax eſt, & valdè vſitatus, quamuis nec duo alij ſua efficacia ſint destituti: primus autem cæteris eſt difficilior, quòd non ita facilè vuarum quantitas determinari poteſt, cum non omnes vuę parem ex ſe modum liquoris fundant, ſed minorem alię, aliæ maiorem. *Comparatio horum modorum inter ſe.*

1

2

Extrà verò tempus vindemiarum, multis modis vinum medicatum paratur: vno per ſimplicem medicamentorum in vino iam facto, & expurgato infuſionem, ſiue citrà aliquod medium, ſiue per ſacculum, in quo medicamenta fuerint deligata: altero, quo medicamenta ebulliunt in determinata aquę quãtitate, quæ actu calens vna cum medicamentis, vino quantitatis pariter definitæ, in dolio repoſito, affunditur, permittiturquè antequàm vinum bibatur, vt fiat perfecta mixtio, quæ ad minùs requirit ſpatium decem vel quindecim dierum: tertio, quo ex medicamentis iàm propoſitis paratur decoctum in aqua, eodemquè diluitur vinum in cœna, & in prandio. Atquè hi modi ſunt viſitati. *Sed præter hos modos* alius etiam eſt, & ingenioſiſſimus, quo in ipſa vite medicatum vinum redditur. *Modi parandi vina medicata extrà tempus vĩdemiarũ.*

1

2

3

Eſt

Modi faciendi vinum medicatum in ipſa vite.

Eſt autem nec hic vnius modi. Nam vel fit appoſito ad radices vitis circum ſarritas, & purgatas: medicamẽto purgante, veratro puta, aut ſcammoneo, eiuſuè ſucco per aliquot dies affuſo; ac terra inſuper iniecta,
1 quem modum Marcus Cato proponit *1 lib. de ruſtica*, vel, quo modo Armeni olim pruna ex Meſ. reddebant ſoluentia, *Meſ. lib. de Simplic.*
2 *cap. 9* perforato ſcilicèt aut fixo vitis trunc[illegible]ribus diſtantibus in locis præcipuè ad radicem, ſublataquè medula, & eius loco ſimplici aliquo purgante contuſo, aut compoſiti pulpa immiſſa; foram; neque diligentèr clauſo; & idoneo emplaſtro, ſeù Luto munito.

Verùm iàm de recto vſu horum vinorum agendum eſt. Quòd igitur attinet *ad doſin*; ea vel in vini ipſius ſpectatur compoſitione, vel in eius iàm compoſiti vſu.

Rectus vſus vinorum medicatorũ.

Quoad doſin attinet compoſitionis, ſi de vinis alterantibus ſermo ſit, in illorum cõpoſitione doſis hæc vſurpanda eſt, vt pro ſingulis quatuor libris vini vel muſti, Guaiaci apponatur vnc. j. Saliç vnc. ſs. China, quia rarior eſt, & carior, ideò eius ad lib. viij. affunditur vnc. ſs at ipſius Saſſafras ſingulis vncijs apponuntur lib. xx. quemadmodum ſingulis vncijs Santalorum lib x. vel ampliùs, qua ferè eadem proportione miſcentur quoq; enula, & ſcylla, quamuis licet interdum dimidiam vncicam ſuper integram Santalorum, ſcyllæ, & enulæ, prædictæ vini quantitati, in corporibus minus delicatis, addere, quòd vinum tunc redditur efficacius. Herbę, ſi non ſint ingratæ guſtui, pro lib. vini centum apponuntur ad M. x. ſi ſint ingratæ ad M. v. vel. vj. ſemina coriandror. & aniſor. &c. ſingulis vini lib xxx miſcentur ad vnc. iij. Paſſularum pro xxv. lib. vini, lib. i. ſufficit: maſtix lib. vini,

Doſis compoſitionis in vinis alterantibus.

xxxx. miſcetur ad vnc. iij. vel paulò ampliùs. Vina purgantia doſin habent proportionalem cum medicamentis purgantibus. Quare pro lib. iiij. Vini, vel muſti adduntur Rhabarb. drach. x. myrobalan. qualeſcunquè ſint drach. xv. ad xx. ſeminum chartami vnc. v. Turbith. vnc. i. Hermodactylorum tantundem, polypodij, aut Senæ vnc. iij. vel etiã iiij. helleb. nigri drach. x braſſicæ marinæ vnc. iii ſem. ebuli, & rad cucumeris agreſt. vnc. i. ſs. Poteſt tamẽ hæc doſis augeri vel minui, prout Vinum magis, aut minùs purgans efficere voluerimus: illud tamen notando, in minori ſemper quantitate vina purgantia paranda eſſe, quã alterantia, cum rarior illorum ſit quàm horum vſus, & temporis diuturnitate purgandi vis langueſcat.
1 Sed, & purgantia cum extrà vindemiarum tempus conficiuntur, minori vini quantitate maior medicamenti quantitas admiſcenda eſt, v. g. ad lib. i. Vini Senæ drach. iii. aut
2 etiam vnc. ſs. Ratio eſt, quia magis vim ſuam medicamenta deponunt in muſtum, propter fermentationem quam in vinum vetus. Atquè hæc eſt doſis medicamentorum pro vinis, cum ex ijs ſeparatim illa parantur. Quod ſi plura miſcenda ſint, id faciendum eſt pro rata portione, quæ ex dictis facilè colligitur, ità vt exemplis non ſit opus. Quòd ſpectat ad doſin vſus; alternantia, exceptis ijs quæ Chalybis præparati limaturam recipiunt, de quibus ſuo loco actum eſt, quantitas ad libitũ eſt. Vinorum verò purgantium doſis eſt ab vnc iiii. ad x. pro varietate purgantium ex quibus conſtant, *De modo exhibendi.* Vina tùm alteratoria, tùm purgatoria danda ſunt actu frigida, niſi patiens fuerit donatus ventriculo frigido, aut aſſuetus potionibus calidis. *Quoad tẽpus*

Doſis compoſitionis in vinis purgantibus.

Notandũ circà vina purgantia componenda.

Doſis vs vinorũ medicatorũ.

Modus exhibendi.

Vina-

Quando agendum. Vina alteratoria, exceptis iſs; quæ ſubſtantiam habent Chalybis, indifferentèr in menſa, & extrà menſam poſſunt dari, vbi præſens eſt indicans; purgantia verò mitiora quidem, & ea in quibus immergitur ſacculus medicatus, in prima menſa; fortiora autem aliquot oris antè cibum exhiberi debent. Ampliùs *Vbi agendum.* Vina alterantia iugiter aſſumuntur, purgatoria verò quibuſdam internallis. *Circà locum*, alterantia pleraquè non ſolùm per os aſſumuntur, verùm etiam, & exteriùs ſub forma lotionis, balnei, inſeſſus fotus, adhibentur, atq; etiam in anum vterum, & aliàs partes, vlcere correptas iniiciuntur, quę quidem vina vlceris primùm deterſoria vt quæ aloe, mirrha, lupinis radice ireos, & melle alterantur, deindè agglutinantia vti quæ coquuntur cum ſummacchijs, mallicorio, Tutia præparata, & alijs huius cenſus ſuperiùs propoſitis laudantur, tamet ſi gratia agglutinationis vina auſtera, & nigra magis probentur. Et tantum de vinis medicatis.

SECTIO VI.

De natura, & vſu medicamentorum ex Viperis.

Vipera quid, & quæ de ea fabuloſa. PER Viperam illud Serpentis intelligimus genus, quòd ſolùm ex omnibus viuum fætum excludit, vndè etiam ei nomen. De ea, quæ fabuloſè ab Herodoto, Nicandro. *Plinio lib. 10. c. 62 Galen. li. de Theria, ad Piſon cap 9. Nicandr in Theriac.* vel autore lib. de Theriaca ad Piſonem (non enim ſecundum al quos eſt Galen. liber ille) prodita ſunt, ore concipere, in coitu caput maris abſcindere, fætum dirupto vtero excludere, & ideò ſemel tanùm parere, non refuto, quòd noſtri res nō ſit inſtituti. *Præſtat Vipera* non medicamenti tantùm, ſed etiam, vt quidam volunt, nutrimenti vicem: & quidem optimi, longiſſimequè vitam producentis. Et certè Aegyptios Viperis viuere ipſe Galenus teſtatur, *3. de alim fac cap. 3.* & Plinius non paucos in cibo ijs vti confirmat, *lib. 29. cap. 6.* qui alibi etiam hęc habet: Cirnos, & Indos vltrà flumen centum, & quadriginta annos viuere ex Iſigono, *Plin lib. 7 cap.* 2. item Aethyopas, Macrobios, & Seras, & qui montem Athon incolunt, quia viperinis carnibus alantur. *Vipera quibuſdā præſtat vſum nutrimenti.*

Sed omiſſo alimenti vſu, tanquam horridiori, medicamenta, quæ à viperis petuntur, partim à partibus earū venenatis ſumuntur, partim à non venenatis. *Medicamenta è viperis vnde petantur.* Sunt autem partes venenatæ, non dentes tantum, & gingiuæ, ſeu veſiculæ ſub dentibus contentæ: vnde caput ſemper abſcinditur: ſed humor quoq; in illis veſiculis, & inſuper in veſica fella, ductuquè, qui ab ea ad veſiculas dentium pertingit; cum etiam hoc guſtato mori feles, & canes, experientia obſeruatum ſit, & ob hanc cauſam abijciantur interiora. Cæteræ partes innoxiæ ſunt. *Quæ partes in vipera venenatæ, quæ non.* Nam etſi cauda quoquè, & pellis reijciantur, non eò tamen id fit, quòd venenum contineant, ſed quòd illa, tanquàm oſſea, hæc tanquàm exanguis, & arida, inutilis fit. Maximè autem innoxia caro eſt, & omni veneno caret, communi medicorum conſenſione, adeò vt porrecta ea in trochiſcis, vel alio modo viperas manifeſtè enecet: *Caro viperarū omni veneno caret.* & quanquam auctor lib. ad Piſonem c. 10. ſcripſerit ſal, & antheum ad venenū eliquandum viperis coquēdis addi nihihominus. Galeni dictum intelligendum venit ſi reliquię veneni remanſerint in

carne

carnæ viperæ alias enim adhibentur ad ferinum potiùs emendandum odorem, quàm ad tollendum venenum. *Ex venenatis* in vſum medicum veniunt, ſed externus tantum, caput, & fel, quamuis caput Nicander intus etiam dediſſe videtur. *Nicand. in Theriacis.*

Medicamenta petita è partibus venenatis.

Dico autem fel. & caput. Nam dentes ſolitarios vſurpari non poſſe exiſtimò, cum etiam mortuæ viperæ dente ſi quis tangatur, lethale id ſit. Ac fel quidem exteriùs adhibitum venenatis ictibus, extrà trahere venenum experientia docet, quamuis Plinius in eo vtendo timidior ſit. *Lib. 29. cap 6.* Caput autem Nicander eodem in caſu, *vbi ſup.* cõtritum, emplaſtri modo, vulneri imponit: Plinius cæcutientibus illinit, exceptum liquore; *lib. 29. cap. 6.* Aetius cum lupinorum decocto, temporibus, pro diuturno oculorum fluxu adhibet: *Serm. 2 cap. 15.* Marcellus, *cap. 19 de medic.* imò ipſe Galenus ad gutturis morbos collo alligant 6. *ſimpl. Quoad non venenatas,* ſic nulla ferè eſt earum, quæ non ſuum habeat vſum. Nam ſi Plinio credimus, *lib. 29. ca 4.* extra impoſita, omnium ſerpentum, quamuis inſanabilibus, ictibus auxiliantur, iecur qui ſemel comederit coctum, nunquàm à ſerpentibus feritur: *Plinius ibid. & Plutarch opuſc. contrà loquaces Diodor Sicul. li 9. Bibliot c. 1.* oſſa ad collum purpurea ſyndone colligata, prꝫterquam quòd idem præſtant, quòd iecur, contrà Epilepſiam quoquè valent, & vertiginem. *Plin. ibid.* Sed, & adeps ærugini permixtus, ruptas oculorum partes ſanat, & ſuffuſionem initia ex Galeno obliterat: ſenecta, ſi affricetur, oculorum claritatem inducit: *Plin. ibid cap. 6.* pellis combuſta, & in cinerem redacta, alopecijs mirificè medetur, Sed præcipuam vim obtinet caro, & quæ, & ex illa ſint medicamenta, quæ, & propriè viperina dicuntur, & de quibus præcipuè nobis eſt agere propoſitum. Hæc igitur Galeno palam calefaciunt, & ſiccant 11. *Simpl.* Nec obſtat, quòd Ariſtoteles viperarum carnes frigidas, & ſiccas eſſe affirmat. Id enim Galenus etiam concedit, *ibid. & 2. de loc. aff.* & quòd calefaciunt ex præparatione habere affirmat, ſiue conditura cum oleo, ſale, anetho, porro, &c. Quoad cæteras facultates vim habent diſcutiendi, & digerendi per halitum, & propterea materiam morbificam à centro ad circumferentiam pellunt, ac per ambitum totiùs corporis euacuant inſenſibilitèr; attenuant etiam, & detergunt. *Quare valent in affectibus* frigidis, & humidis, in materia impacta, atquè in ea quæ cutim obſidet, euacuanda: ideoquè in doloribus articulorum, obſtructionibus neruorum opticorum, ictero vtroquè, hyrope, paralyſi, doloribus, capitis inueteratis, deſtillationibus fiendis, epilepſia, affectibus omnibus cutaneis ſummoperè valent, ac præſertim in elephantiaſi, quòd multis exemplis probat Galenus. *Lib. de Subfig Empir. cap 12. & 11. Simpl. à princ.* Sed, & Luem venereã, & alios affectus præternaturam, qualitate occulta, ac venefica lædentes, ſiue in intemperie, ſiue in cõpoſitione vitiata, ſiue in continuitate ſoluta effectiuè conſiſtant, expugnare experiẽtia quotidiana docet. Quinimò in vigoranda viſione, & in ſterilitate ex parte mulierum remouenda, vix illis par medicamenti genus eſt reperire, *Porrò prohibentur* medicamenta hæc, ab affectibus omnibus calidis, & acutis, præſertim tempore æſtiuo, & regione calida: item ab ætate puerili, & ſenili, tanquam ab illis, quarum calor facile

Medicamenta è partibus non venenatis.

Facultas medicamẽterum ex carne viperina.

Indicãtia medicamẽta ex carne viperina.

Prohibentia hæc medicamẽta.

facilè ab hiſce medicamentis, per digeſtionem vaporoſam, diſſipatur, in puerili quidem, ob ſubſtantiam nimis humidam, & fluidam, in ſenili verò ob paucitatem, & paupertatem ſpirituum. Sed, & pregnantibus, & lactentibus ob ſui ſiccitatem obſunt.

Adiuuantia vim horũ medicamentorum.

Vt autem medicamenta hæc propoſito ſuo ſatisfaciant, indigent adiuuantibus, & corrigentibus. De adiuuantibus nihil dicendum. Nam ſiue eorum nomine intelligamus ea, quæ vim horum augent, & intendunt ſiue ea, quæ tanquam vehicula ad partes deſtinatas eandem deferunt, vtraq; abundè ſunt explicata in ſuperioribut, maximè vbi de Guaiaco, & Saſſafras. In genere autem corrigentium, ſunt omnia illa, quæ calorem, & ſiccitatem horum medicamentorum remittunt. Inter cætera tamen, ego maximè laudo, pro calore corrigendo cichoracea, & ſantalos; pro ſiccitate imminuenda, cucurbitam, lactucas, imò ipſum lac, in quo viperę elixari poſſunt, item, & ius Pulli, vel vituli, paſſulas, Liquiritiam, Altheam.

Corrigentia hæc medicamẽta.

Medicamenta, ex viperina carne duplicia.

Porrò medicamenta ex viperis, vel parata iam habentur in officinis, vel ex tempore parantur. *Quæ parata* iam habentur, ſunt duorum generum, interna, & externa: Interna ſunt Trochiſci, ſales viperini, & theriaca: De qua id, quòd ab omnibus recipitur Medicus, minimè negligẽdum eſt, eam pro varia ſui ætate, varios etiam in corpore humano, penès facultates eiuſdem manifeſtas, effectus producere, etiamſi eius vis alexipharmaca in omnibus ætatibus eadem ſit, ratione igitur ætatis modò dicto, eſt recens, mediæ ætatis, & antiqua; recens eſt quæ à die ſuæ cõpoſitionis ad vj. & x. prouenit annum, quæ verò media conſiſtit ætate à x. vſq; ad xx. aſcendit annum, & hæc ſerena maximè ab omnibus nuncupatur, tandem antiqua eſt, quæ à xx. vſquè ad xxx. peruenit annum, vltrà enim hanc ætatem inutilis eſt corporię humano, recens ergo in qua vis opij magis viget, & vigilias potius refrigerando coercet, & dolores ſtupefaciendo placat; antiqna calfacit magis, diſcutit, ſiccat, facultatemquè ſopitam euigillare facit, & quæ eſt in media ætate effectus medios parit, maximè verò calidum innatum, quòd quadam continetur mediocritate refouet, ſpiritus exhilarat, conſeruat, & lætitiam illis infert, vt meritò hæc præcipuè ſerena dici poſſit, medicamenta autem ex viperis externa duo ſunt, oleum, & ceratum. Rhaſis tamẽ, *6 ad Almanſorem*, & Raimundus Lullius. *Libro de aquis reſurgentibus*, aquam etiam ex viperis ſtillatitiam proponunt, quæ, & ipſa aſſeruari poſſet: & ego, pro roborando viſu, frequentèr hac vtor aqua inſtillata oculis. *Sumo enim viperas præparatas, in fruſta inciſas; eas impono in phialem vitream obturatam, maceroquè in fimo equino, quouſquè naſcantur vermes, ex quibus vna cũm chelidonia, in balneo Mariæ poſitis, aquam extraho.* *Quæ ex tempore* parantur, in ijs vel virtus tantùm carnis viperinæ continetur; vel ipſa eius ſubſtantia. *Prioris generis* tria ſunt.

Nota de Theriaca.

Theriaca recens.

Theriaca mediæ ætatis.

Theriaca antiqua.

Facult. Ther. rec.

Facult. Ther. antiquæ.

Facult. Ther. mediæ ætatis

Quæ parata habentur.

Internæ.

Externæ.

Primò Vinum in quo vipera ſuffocatur, quo epoto ſeruum Crateri Medici à periculoſiſſima lepra Porphyrius. *Lib de abſtinentia à carnibus*, & nonnullos alios ab Elephantia ſic percuratos Galenus tradit *lib. de Sub fig. Emp c.11.*

Quæ ex tẽpore parantur.

Secundò decoctum, ſeù ius Viperinum. *Paratur autem hoc ius ſingula vice, ex Vipera vna præparata, cui affunduntur libr. iiij circiter*

In quibus virtus tãtum carnis viperinæ retinetur.

aqua factaquè decoctione ad medietatem quòd ſupereſt, diligentèr per colaſum exbibetur. Vbi tamen notandũ, decoctum faciendum eſſe vſq; ad carnis liquidationem, & diſſipationem, quæ ſi non fiat per decoctionem ad medietatem, cum illis quatuor libris aquæ, licere aquæ paulò plus addere: & ſi decoctum efficaciùs parandum ſit, ex ſingula Vipera binos tantùm Syrupos parare oportere, cùm vnc. xxxiij. circitèr aquæ. Aqua autem quæ venit in hunc vſum, eſſe poteſt tùm ſimplex, tùm medicata. In ſimplici vna cùm carne, decoquenda ſimplicia accommodata, de quibus iam dictũ. Medicata autem erit aqua ſtillatitia, ex iiſdem ſimplicibus. Tertiò caro pullorum, & caponum viperis nutritorum. Accipitur enim caro Viperina modò conſueto præparata, deinde parantur paſtili cum farina, ac animalibus iam dictis in cibo offeruntur. *Quoad medicamenta poſterioris generis*, veteres ipſam carnem Viperarum recentem, tùm aſſam, tùm elixam adminiſtrarunt, vt patet non tantum ex Dioſcoride, Aetio, *Dioſcorid. lib. 2. cap 16. Aet. lib. 8. cap. 13. Aet. lib. 2 cap. 170. Paul. lib. 5. cap. 13.* Paulo Aegineta, Aretæo, ſed ipſo etiam Galeno, tũ alijs locis, tũ præcipuè in libris ad Glauconem, *2. ad Glau. cap. 10.* vbi etiam modum coquendi eiuſmodi carnes tradit. Imò refert Plinius *lib. 30 cap. 13.* Antonium Muſam Auguſti Medicum, quoties incidiſſet in vlcera inſanabilia, viperarum carne eſuidata, ea mira celeritate perſanaſſe. Noſtris temporibus vix putò eſſe, qui carnibus ipſis hoc modo, vti audeat: exhibentur tamen ex tẽpore, electuaria, & rotulæ, carnes viperarum recipientes. Fieri autem poſſunt rotulæ in hunc modum, exempli cauſa, gratia capitis. *Rec. trochiſcorum de Viperis drach ij ſpecierum Dianthos, vel flor. capitalium drac. 1. & cum ſaccharo diſſoluto in aqua betonicæ fiant rotulæ.* Quod enim dicitur de his rotulis, gratia capitis, & partium neruoſarum, idem intelligere oportet de ijs, quæ gratia aliarum partium, & aliorum aſſectuum comparantur. Solùm enim illud diſcriminis intercedit, vt loco ſpecierum anthos, & loco aquæ, in qua diſſoluitur ſaccharum, ſubſtituantur alia; affectui, & parti curandis accommodata, quæ ex ſuprà dictis vnuſquiſquè, vel nemine mouente, facilè colliget. Electuarium fieri ſolet in hunc modum. *Decoquitur vipera vna, modo conſueto præparata, deindè contunditur; ac illi adduntur conſeruæ alicuius, aut confectionis, vel Electuarij alterantis accommodati vnciæ ij*

Verùm circà hæc omnia medicamenta hactenus commemorata, illud notandum eſt, viperas eligendas eſſe non quaſcunq; ſed certas. Eligendæ igitur viperæ fęmine, non mares, & hæ quidem non prægnantes, nec nimis iuuenes, & ouis carentes; quòd tales vel effætæ ſint, vel nimis teneræ. Sed nec illæ ſumendæ, quæ in maritimis locis, aut ſalſa aliqua aquarum lacuna degũt, cùm tales nimiam ſitim excitent: vnde montanæ magis probantur. Capiendæ autem ſunt ex Andromacho apud Galenum, *lib. 1. de antido. cap. 8.* Verè finiente, nondum tamen æſtate incipiente; vel ſi ver magna ſui ex parte fuerit hyemale, circà æſtatis principium, non multò poſt Pleiadum, aut Vergiliarum ortum: quamuis Andromachus, ét vindemiæ tpe poſſe cõprehẽdi, ex Gal. ibidem exiſtimet, quòd tùm magnæ corpulentæq; ſint. Vitanda autem eſt æſtas, quòd hoc tempore captæ, ingentem ſitim quibuſdam excitauerint.

Marginal notes:

1 *Vinum.*

2 *Ius, ſeù decoctum.*

3 *Caro pullorum, & caponum viperis nutritorũ*

In quibus ipſa eſt ſubſtantia carnis viperinæ.

Veteres exhibuerunt ipſa carnẽ ſimplicem.

Noſtris temporib. quo modo exhibeatur caro.

Rotulæ.

Electuarium.

Quales Viperæ eligendæ p medicamentis.

uerint. Optimarum autem conditiones habere iudicabuntur hæ viperæ his temporibus captæ, ſi iam truncatæ, & excoriatę diutiſſimè in aqua voluterunt. *Circà præparationem* earum vnum noto vulgò capite truncato, & cauda abſciſſa, ſic demum interanea eximi. Quæ ratio mihi ſuſpecta eſt, quod hoc modo neceſſe ſit cum capite incidi ductum illum, qui à veſica fellea, ad dentium veſiculas, Viperinum virus defert: quo modo facilè fieri poteſt, vt deſfluens hoc virus carnem ipſam inficiat.

Noua, circà præparationem viperarũ, ſententia proponitur.

Vndè exiſtimaui tutius fore exẽptis priùs interaneis, & cauda reciſa, ſic tandem caput amputare. Quàm opinionem eò propono libentius, quòd intellexi eam Io. Thomę Minadoo, non Medico tantùm celeberrimo, ſed in omni præterà liberali diſciplina verſatiſſimo, cum ei fuiſſet propoſitã non eſſe improbatam. Sed hæc de horum medicamentorum natura.

Rectus uſus medicamentorum ex viperis.

Quantum ad rectum vſum eorum ſpectat. *Doſis eorum* ſic inſtituitur. Nam ſi de ijs ſermo ſit, quæ parata iam habentur, ex internis theriaca datur à ſcr. ij. ad drach. i. ſs. Sales viperinos exhibemus communitèr eadem ferè doſi: ſæpè verò ad ſcru. ſs. vel j. ſunt tamen nonnulli, qui ad tria cochlearia per diem eos exhibent, idq; cum cibis, & condimenti loco, quippè cum iucundiſſimi ſint, & per quàm ſuaues. Trochiſci porriguntur à ſcr. i. ad drach. i. per ſe ſub forma boli, excepti cum Syr. aliquo accommodato, vel cum conſerua aliqua paritèr ſub forma boli. Conſeruæ antem doſis erit à drac. ij. ad vnc. ſs. & quidem gratia capitis, partiumq; neruoſarum, admiſcebitur conſerua de betonica, gratia oculorum de euphragia, gratia pſorę, & Lepræ, de borragine, bugloſſo, cichoreo; gratia vteri, de ſaluia, & betonica, gratia carcinomatis, quæ ex floribus violarum, atq; etiam borraginis paratur. Sed, & in Lue venerea, cum extracto Guaiaci, & Salſæ dari poſſunt trochiſci, adiecta conſerua borraginis: fueritq; doſis extracti pro vice à ſcru. i. ad ii. Externorum, olei ſcilicet, & cerati, & aquæ etiam noſtrę, doſis maior vel minor conſtituetur, pro maiori vel minori indicantis læſione. Quòd pertinet ad ea, quę ex tempore præſcribuntur vinum ad libitum bibitur: decoctũ, ſi paretur in lib. aqu. iiij exhibetur pro tribus vicibus, ad vnc viii. pro vice; ſi verò fiat in vnc. xxxii. aquæ, datur pro duabus vicibus tantum, pro vice ad vnc. viii. itidem. Caro caponum, & pullorum, nutritorum Viperis, prout plus vel min. illis paſtillorum fuerit exhibitum, ità in minori, vel maiori quantitate porrigitur. Electuarium præſcriptũ, in quatuor vices partiri poteſt. Rotularum verò doſis eſt ad drach. ij. pro vice. *De modo exhibendi* cum ſolida, & liquida ſint medicamenta ex viperis, in affectu habituato, & contumaci ſeligenda ſunt ſolida, liquida verò actu calida danda, vt magis penetrent. *Circà tempus*, ſeu quando agendum, in genere conuenient, vbi propria eorum indicantia ſunt præſentia, cauendo tamen à plethora, & cacochymia. Vnde nunquam adminiſtrantur, niſi toto priùs euacuato. Exhibentur autem opportune, vinum quidem & decoctum, & carnes, ſi in vſu eſſent, non niſi verno tempore, aut autumnali; cum, vt dictum eſt, Viperæ recentes, quales hic eſſe oportet, alijs temporibus capi non debeant: cætera verò, excepta æſtate media; anni quouis tempore. In vſu eorum perſeruandum eſt

Doſis eorum quæ parata habentur.

Internorũ

Externorũ

Doſis eorũ quæ ex tẽpore præſcribuntur

Modus exhibendi.

Tempus ſeu quãdo agendum.

per dies plures, xx puta, aut xxx. prout opportunum videbitur medico curanti. *Quoad locum*, patet ex dictis, quædam ex ijs intra, quædam extra vſurpari. Sed de medicamentis viperinis ſatis.

Vbi agendum:

SECTIO VII.

De natura & vſu iuris Galli veteris Pulli, & Columbi.

Facultates iuris Galli veteris.

IVS Galli veteris calefacit, & ſiccat: *Vide Dioſcoridem lib. 2. ca 41. Meſ lib. 2. cap. 13.* & quoniam nitroſum ac ſalſum eſt, incidit, attenuat, & deterget, flatus diſſipat, materiam impactam diſcutit, ſputum promouet, vrinas mouet, ventrem ſubducit, in quo, Galeno teſte, à iure Gallinæ differt. II. *Simpl. tit. Gallina* quippe quòd ventrem retinet. Hinc procul dubio indicatur ab affectibus frigidis, & humidis; à materia morbifica qualitate frigida, & humida, ac copia adhæſuq; pecante; & à caloris natiui imbecillitate, maximè ventris. hunc enim præcipuè fouet, & auget.

Indicātia ius galli veteris.

Pro parando autem hoc iure, ex Meſue, eligitur Gallus ruffus, alacris ad motum. ſternuus in coitu, fortis ad dimicandum, medij habitus inter gracilem, & obeſum, non iunior duobus, nec ſenior quinq; annis, Gallus ità electus alligatur funis ad pedem alterum, ne, vbi percutitur, ad angulos cubilis ſe recipiat; ſicq; alligatus ferulis verberatur, ità vt iraſcatur, idq; eò vſquè fit, quouſq; flaceſcat, & amplius non reſiſtat: tùm decapitatur, deplumatur, exentaratur, abluitur aqua vel vino, prout oportunum videtur: tandem in ventre ipſius conſuuntur ſimplicia accomodata, & neceſſaria, ac decoquitur, iuſq; ex illo paratum vſui reſeruatur.

Electio Galli pro parando hoc iure.

Galli pro hoc iure præparatio prima.

Atq; hic eſt communis præparandi modus,

Verumtamen aliquando, potiſſimum vbi aer eſt frigidus, expedit Gallum decoquere, non totum vnica vice, ſed ſecundum tantum quartam partem; Atq; tunc Gallus præparatus, modo ſuperius dicto, decoquitur: alię verò partes, quæ ſuperſunt, ſaliuntur; & in loco accommodato ſeruantur, ſucceſſiueq; abluuntur, ac tandem modo dicto coquuntur. Et hic ſecundus modus propter duo mihi maximè probatur: primùm, quoniam ſic longè plures Syrupi ex vno Gallo fiunt, quàm ſi totus Gallus vnica vice coqueretur: ſecundò, quoniam ius, quo recentius paratur, eò etiam eſt gratius. Ad longum enim tempus non ſeruatur, quin alienam qualitatem acquirat. Porrò, quomodocumq; præparetur Gallus, requirit adiuuantia, tùm vt magis ſatisfaciat indicationibus, petitis à proprijs indicantibus; tum vt eorum merto, ſpecialibus quibuſdam caſibus accommodetur. Sunt autem hæc adiuuantia varia, pro varietate affectuum, in quibus ius Galli vſurpatur. Iſti affectus hi ſunt. *Primum enim ius ex Gallo* antiquo conuenit in aſthmate, orthophęa, tuſſi à materia frigida.

Galli pro hoc iure præparatio ſecunda.

Adiuuantia ius galli.

Indicantia ius veteris galli pro quorū varietate variātur adiuuātia.

Quo in caſu ius calefactorium & diſcuſſorium paratur, ſi cum eo decoquantur hyſſopus, praſſium, calamintha, radix enulæ, ireos, ſcylla, guaiacum, ſaſſafras, ſem. vrticæ, ac plantæ pectorales, pulmonaria ſc. capill. vener. ſcabioſa, farfara, liquiritia, & althæa, quibus & paſſulæ, & puluis tartari albi addi poſſunt.

1 *Aſthma, Orthopnea tuſſis antiqua.*

Atq; hoc ius etiā ſputum promouet. De eo tñ in ſpecie illud notandū hic eſt, ſi vitia hæc thoracis fiāt à

materia mixta, ſufficere ius paratum ex china, & ſalſa, cùm china quidẽ, ſi corpus ſit emaciatum; cum Salſa ſi minus gracile fuerit, quibus tamẽ alia ſimplicia temperatiora, quinimò & hordeum ſint addita. Commodius autẽ fuerit in tali caſu Gallum eligere iuniorem, ſeu Pullum vnius anni. II. *Maximo cum fructu* paratur ius hoc, pro viſcerum obſtructionibus diuerſimodè tamen. Si enim obſtructiones ad vaſa cordis attineant, præter attenuantia, & detergentia addenda ſunt ſemen, & cortex citri, pimpinella, caryophyllus, meliſſa, pentaphyllum, borrago, bugloſſum, macis, & cæterà aromata: ſi obſtructiones attineant ad iecur, deobſtruentibus immiſcenda ſunt eupatorium, abſynthium; ſi ad lienem, ceterach, tamarix, cappares; ſi ad vterum, artemiſia, matricaria, & meliſſa. Deobſtruentia autem erunt quinquè radices aperientes, hyſſopus, praſſium, radix filicis maris, ireos, enula, Saſſafras, guaiacum, chamædris, cuſcuta, capillus veneris, cortex capparum, ſemina diuretica calida, tartarum album. Sed in parando iure pro obſtructionibus, ſemper emolientia adiungenda ſunt, vt paſſulæ, liquiritiæ, althæa, & malua. Sanantur autem hoc iure, non ſolùm obſtructiones citrà febrem, verùm etiam cùm febre, maximè longa, ex ipſo Dioſcoride, *lib. 2. cap. 41.* qui eas hoc vnico præſidio ſanari docet, cui, & experientia ſuffragatur. Dico cum febre longa. Nam in febribus cæteris, ſi ſit opus, ius potiùs pulli, aut galli iunioris cõueniet, ex eodem Dioſcoride, de quo iure infrà III. *In intemperie frigida*, doloreq; ventriculi, & inteſtinorum, atq; vteri, à materia frigida, nihil eſt hoc iure efficacius, rõne quidem materiæ humeroſæ, cum attenuantibus, & detergentibus iam propoſitis: ratione verò materiæ flatuoſæ, cùm ſeminibus aniſorum, fœniculi, dauci, ameos, carui, & aromatibus: ratione verò ventriculi, cum coriandris, menta, abſynthio, & maſtiche. IIII. *Idem ius probatur* in inflatione ventriculi, & Tympanite, quæ ex flatibus ortum ducunt: item in vteri inflatione, paratum cum modò propoſitis, ratione materiæ flatuoſæ. *V. Nihil præſtantius* eſt eodem iure pro ſcirrhis in viſceribus naturalibꝰ ſi fuerint in habitudine, dummodò tamen cùm deobſtruentibus emollientib ſuprà commemoratis, ſed potiſſimùm cùm china, ſalſa, & Guaiaco, alteretur; *VI. Idem ius* in Cachexia, ſeù malo habitu conuenit, potiſſimùm verò medicatum, cum deobſtruentibus, & Saſſafras *VII. Vſus eius eſt in arthritide* parati, cum betonica, iua, ſtechade, ſaluia, guaiaco, ſalſa, & china. A Saſſafras enim abſtinendum, tanquam à medicamento, quòd ipſam arthritidem potiùs auget, quàm ſanat. Quo nomine prædictis addẽdi ſunt ſantali, & mirobolani, quæ fluxionem firmant, ac ſiſtunt. *Sed hæc omnia alterandi* vi coniuncta ſunt. Præter ea autem paratur idem ius tanquam medicamentum euacuatorium, tùm inſenſibilitèr, tùm ſenſibilitèr, inſenſibilitèr quidem eò modo, quo dictum fuit. (Nam calorifica, quæ fuerunt ſuperiùs propoſita, in caſibus enarratis, diſcutiunt, & proinde inſenſibilitèr euacuant:) ſenſibilitèr autem euacuat primùm per vias vrinæ, ſi paretur cùm ſimplicibꝰ diureticis, paritèr iã propoſitis: ſecundò per aluum, qua ratione apud Dioſcoridem *li. 2 c. 41* aliqui incoquebant ei braſſicam marinam mercurialem, Cnicum, aut filiculam: quos imitati nos quoquè, cum galo ſimul coquemus ſi peccet

2 Obſtructiones viſcerum.

3 Intemperies frigida & dolores ventriculi, inteſtinorũ, vteri, à materia frigida.

4. Inflatio ventriculi, et Tympanites.

5 Scyrrhi in habitudine.

6 Cachexia.

7 Arthritis.

Ius galli pro euacuatorio.

pituita, Turbith, hermodactylos: ſi melancholia, ſenam, epithymum, polypodium, & helleborum nigrũ. Caſus in quibus prohibetur hoc ius, ſunt febris acuta, intemperies calida viſcerum naturalium, ferèq; omnis calidus affectus; inſignis item macies totius corporis, vrinæ ardor, ac fluor quilibet immoderatus.

Prohibentia ius galli.

Ius columbi.

Ius columbi habet facultatem calefaciendi, & humectandi ſubſtantificè. Et quoniam columbi vel ſunt domeſtici, vel turriales, & aliquo modo ſylueſtres, vbi inſigni humectatione opus fuerit, eligendi ſunt domeſtici, ſin minùs turriales. Ius autem horum in affectibus frigidis, & ſiccis probatur, præcipuè verò in ſiccitate ventriculi, & corporis macie, in obſtructionibus vteri, hypochondriorum, in rugitibus, & flatibus imi ventris. Quin, & exiſtimo; in defectu galli, poſſe ſubſtitui iuri eius, ius columbinum, ac in affectibus ius galli indicantibus vſurpari.

Vires eius & indicantia.

Ius pulli, ſeu galli iunioris & eius facultates

Indicantia ius pulli.

Ius pulli, ſeu galli iunioris, ferè eandem habet facultatem, quàm habet ius columbi, ſatis tamen iure columbino eſt inferius ſecundum calorem. Vnde Dioſcoridi datur maximè ad contemperandos humores acres. *Lib. 1. cap. 41.* & in ardoribus ſtomachi. Sed prætereà conuenit peculiari ratione, in maraſmo, ac macie totiùs corporis, in febre hectica, phtiſi, & ventriculi ſiccitate. *Columbus autem*, & pulus præparantur hoc modo. Decapitantur, vt totus ſanguis exeat, deinde deplumantur, exenterantur, ac vino, vel acqua ſtillaticia, vel ſimplici, pro diuerſitate intentionum curatiuarum, abluuntur, tandemq; varijs ſimplicibus, ſecundum ventrem, replentur, & vt infra dicturi ſumus, coquuntur. Simplicia verò pro parando iure columbino, ſunt illa ferè eadem, quibus ius galli alteratur, quę etiã poſſunt ad vſum perduci, pro parando iure pulli, & potiſſimùm maſculi, qui vnum vel alterum annum ſit natus. Iunior enim pullus, ſicut, & pulla, quæ nondum oua genuit, coquuntur, cùm ſimplicibus à iam dictis diuerſis: quoniam ſicuti debent maciem corporis reparare, ac febrem hecticam compeſcere; ità etiam cùm ſimplicibus ad illa mala facientibus, debent alterari. Ideò in hoc caſu probantur, hordeum, quatuor maiora ſemina frigida, lactuca, violæ, amylum, gummi Arabicum, Tragacantha, paſſulę, coriandri pręparati; & alia de quibus copioſè in tractatu, *De ingreſſu ad infirmos*, vbi de impinguantibus. Quòd ſi Medicus pręter humectationem ſubſtantificam intendat abſumere humiditatem aliquam excrementitiam, poterit addere Chinam, aut rad. Pentaphili, ſicut ego ſoleo facere in curanda, aut ſaltem præcauenda phtiſi. Vbi autem adiungitur febri hecticę, febris putrida, iungenda ſunt deobſtruentia clementiora, vti ſunt agrimonium, capillis veneris, ceterachꝰ & radix apij recens.

Præparatio iuris galli, & columbi.

Simpl. columbo coquendo q̃ addenda.

Ius pullæ cum quibus paretur, & ius pulli iunioris.

Sed iam de vſu horum medicamentorum eſt agendum. *Quantum igitur* ad ius galli, ſi ſermo ſit de illius compoſitione, Meſue pro ſingulo gallo coquendo, accipit aquæ ſextarios xx. qui faciunt lib. xxxiij. & vnc. iiij. ac decoquit vſquè dum ſuperſint libr. iij Communitèr coquitur in lib. xxxx. in iiſq; permittitur decoqui quouſquè remaneant lib. vij. vel viij. iuris clari, facta priùs colatura cum forti expreſſione ipſius galli ſub prælo. Sed ante quàm gallus ponatur in aquam ad coquẽdum, & poſt quàm ſimplicibꝰ medicamentis fuerit repletus, cultro vbiquè eſt perforandus, vt meliùs aqua inter bulliendum in eundem agat.

Rectus vſus horũ medicamentorum

Doſis compoſitionis pro iure galli.

Exemplũ iuris galli

Quòd

Quòd attinet ad doſin ſimplicium, quæ debent in ventre galli conſui, ea intelligetur facilè, ex ſubiecto exemplo, quòd proponit deſcriptionem iuris galli pro aſthmate. Ex eo enim facilè quiſquè colliget, quæ nam ſit doſis ſimplicium horum, etiam in alijs caſibus, Exemplum eſt tale *Rec. ſcabioſæ, farfaræ, capiller. Vener. pulmonariæ, cichorei, borraginis betonicæ, praſiij, hiſſopi an. P. ſs. rad. liquiritiæ, altheæ, ireos, enulæ, an. drach. ij ſem. urticæ, aniſi, fœniculi, an. drach. i. tartari albi drac. iij paſſularum unc. ij Guaiaci limati unc. iij. Salſæ præp. unc. ij. incidantur incidenda, & contundantur cõtũdenda, deinde in ventre galli omnia conſuantur, & coquantur, ut dictum fuit.*

Quod ſi gallus integer non ſit coquendus, ſed vna pars illius tantùm pro ſingula vice, vt prætractum fuit, pro ſingula quarta parte illius, lib x. aquæ, & quarta pars ſimplicium medicamentorum accipietur, atq; eo vſq; decoquentur, quouſquè remaneant lib. ij. iuris clari, colati, & expreſſi. Quòd ſi ius galli purgatorium ſit parandum, cum ſimplicibus iam dictis poterunt ea immiſceri in hac doſi, vt ſemina carthami modicè contuſa ad vnc. iiij turbith ad vnc. i. vel ſimul carthamum & turbith, illud quidem ad vnc. iiij. hoc autem ad vnc. ſs. ſena ad vnc. ii. rad. Ellebori nigri præpar. ad drac. vi. vel ambo ſimul, Sena ad vnc. i. elleborus verò ad drach. iii. Quòd ſi ex additione horum ſoluentium, reſultet permixtorum nimia copia, ità vt à ventre galli non poſſint contineri, in hoc caſu, aut doſis alterantium imminuenda eſt; aut quæ ſuperſunt, deligenda in panno lineo, ac vna cum gallo decoquenda. Sed hac in re, vt verum fatear, ego conſultius exiſtimo, parare ius galli alterans ſolùm, ac quibuſdam interuallis infundere ſoluentia prædicta, tota nocte in Syrupo matutino: qua ratione non propoſita tantum ſoluentia, verùm etiam, & Agaricus 1
præparatus, & Rhabarbarum ſi peccet bilis perduci ad vſum poſſunt. Cæterùm quoniam ius galli 2
ratione coloris, odoris, & ſaporis eſt ſatis ingratum, ità vt delicati non facilè illud admittant, idcircò in eorum gratiam ſoleo, facta deco- 3
ctione, vt ſuperiùs dictum fuit, ius hoc vnà cum gallo, neglecta colatura, in balneo Mariæ deſtillare. Sic enim non ſolùm patientibus mos geritur, verùm etiam ius illud longiori tempore conſeruatur, poteſtq; parari etiam in tempore anni non frigido, in quo facilimè illud ius putreſcere ſolet. Quod ſi ius deſtillatũ non videatur habere tantam vim, quantam non deſtillatum, poterit defectus eius ſuppleri, exhibendo illud per plures dies, quàm ſi conſuetum. Conuenit verò hic modus potiſſimùm, vbi gallus totus vna vice coquitur.

Quo ad ius columbi, & pulli, pro ſingulo columbo, vſurpantur aquæ lib. x. aut ad ſummum xv. pro pullo verò lib. xv. aut ad ſummum xx. & vtrobiquè fit decoctio, dum caro liquæfiat, & ab oſſibus ſeparetur, ità vt pro ſingulo columbo, vnus vel alter ſyrupus, è pullo autem bini vel tres remaneant. Simplicia, quæ pullo, & columbo admiſcentur, reſpondere debent proportioni aquæ, & capacitati animalis, quod coquitur. Et hæc de compoſitione. *Quoad cætera, iura hæc compoſita habent hanc doſin.* Si enim de iure galli ſermo ſit, bis datur de die, manè quidem ad vnc. viii. Veſperi ad vnc. v. vel vi. ſi verò de iure pulli, & columbi, non eſt neceſſe ipſum bis in die porrigere, ſed manè tantùm ad vnc. vii. aut viii. circiter.

Ius galli purgatorium ut faciendũ.

Quid faciendum in nimia ſimpliciũ addendorũ copia.

Ingratitudo iuris galli ut corrigẽda.

Doſis compoſitioni pro iure pulli, & columbi.

Doſis uſus horum iurium.

Ius galli quomodo vigorãdũ.

Verùm quoniam affectus curandus iure galli, vſq; adeo aliquando eſt contumax, vt ius illud ſit vigorandum, in hoc caſu Medicus dabit ante ſyr. matutinum, bolum, vel pilulam ex ſimplicibus medicamentis, ſuperiùs commemoratis paratam, quibus gratia tuſſis, & aſthmatis, licebit addere ammoniacum, puluerem, & flor. ſulphuris viui, excepta cum lachryma Terebinthi: ratione verò obſtructionum, & primùm iecoris, trochiſcos de abſynthio, de Eupatorio, de Rhabarbaro, de roſis, chypeos: ſicuti gratia obſtructionum vteri, trochiſci de myrrha: gratia obſtructionis iecoris, & lineis ſimul, ammoniacum: & trociſci de amygd. amaris Italiani, gratia obſtructionum omnium, ſubſtantia chalybis præparati, conueniunt.

Modus & tempus exhibendi hæc iura.

De modo, & tempore exhibendi, hæc iura omnia actu calida ſunt danda, poſt totius euacuationem, & in vſu eorũ preſeuerandũ ad plures dies, ita tamen, vt ius Galli non tranſcendat dies xxx ius autem Pulli, aut Columbi xxxx. Dantur autem ieiunio ventriculo, & quãtum attinet ad ius Galli, ſeruandæ ſunt horæ, ſicut dictum fuit de decocto Guaiaci, ac ſaltem poſt Syrupum matutinum, imperandus eſt ſomnus.

Vbi agendum.

Quoad locum, ſeu vbi agendum iura hæc potiſſimùm per os vſurpantur, quamuis non negem ius turbidum Galli, & per clyſteres quoq; iniici poſſe: ac pinguedinem, quæ per decoctionem ſeparatur, exteriùs illini. Porrò cum patiens hiſce vtitur iuribus, ſi aer ſit benignus, poterit exire, ſi minùs domi morari oportebit.

Victus ratio tempore vſus horum iurium.

Quòd maximè obſeruandum in vſu iuris Galli antiqui, quòd bis in die aſſumetur. Debet etiam vti cibis, non ſolũ alimentalibus, verùm etiam medicinalibus, prout requirunt vitia, quorum occaſione datur. Id quòd de vino quoq;, eiuſq; electione, intelligere oportet, Cæna, niſi obſtet conſuetudo, ſit parcior prandio, & vbi inſigni opus eſt nutritione, ſicut contingit, dum ius pulli exhibetur, in hoc caſu, ad maiorem nutritionem, parabuntur clyſteres ex iure pulli conſummato, & liquato cum modico vini odorati ad penetrationem. Aluus ſeruanda eſt mollis cliſteribus communibus, adiecto tamen iure turbido Galli. Sed, & tempore aſſumptionis horum medicamentorum, non erit malum, niſi quid impediet, corpus exercere, ſaltem deambulationibus, & frictionibus. In animi autem quiete maxima, patiens eſt detinentibus.

SECTIO VIII.

De natura, & vſu Lactis.

Lactis facultates.

LAC, & alimenti vim obtinet, & medicamenti 10 *Simpl. cap. de lacte.* Quà alimenti rationem habet, humectat ſubſtantificè, & nutrit: quà medicamenti, frigidum eſt ac humidum, 4. *Simplic.* 17. 10 *Simplic. & 3. de aliment. cap.* 15. at temperat, detergit, conſolidat, ac ſiſtit. Refrigerat autẽ lac ſecundũ ſe totum conſideratũ. Quia, cum ex triplici conſtet ſubſtantia, 10. *ſimp. c. de Lacte* ſeorſa, caſeoſa, pingui, caſeoſa, & ſeroſa, quarum illa terreſtris hæc aquoſa eſt, in eo præpollent pingui: vndè, & Ariſtoteles caſei tantùm, & ſeri facit mentionem. 3 *Hiſt. cap.* 20.

Alimentalis. *Medicinales.* *Lac quomodo refrigeret.*

Obiectionis ſolutio.

Nec obſtat, quòd ſanguis, eius materia, calidus eſt; quia à glandulis natura frigidus alteratur. Quoad reliquas eius vires medicinales, eas ratione partium obtinet, 3. *de alimenta. cap.* 15. detergendi quidem,

dem vim, ratione ſeri; ſiſtendi atq; conſolidandi, ratione caſei; artemperandi ratione ſeri,& butyri ſimul: Attemperat enim non abluendo tantùm acres humores, quemadmodum aqua, ſed colluendo etiam, obſerum, & illinendo ob pinguedinem.

Lac quo cæteros effectus præſtet.

Porrò, tametſi omnibus his viribus Lac omne preditum eſt, varia tamen in his eſt differentia, pro varia animalium ſpecie. Nam, ſi de alimento ſermo ſit, largiſſimę quidem alunt Lac vacinum,& ouillũ; vt potè, quæ craſſarũ, & terrearum ſunt partium; eſt autem ex Galeno, 3. *de alim.* 15. *et* 7. *Meth* 6. quod maximè nutrit maximè craſſum: promptiſſimè.a. & facilimè nutriunt, primò omnium lac *Gal. lib. de ſucc bon. & vit c.*4. *lib de marc. c.*9. 7. *Meth* 6. humanum; ſecundò loco aſininum, quod omnium teniſſimum eſt, minimè coagulatur, facilimè digeritur: cui tertio loco Auerhoes 7 *collect.* 15. addit caprinum, quod ex 5. *Meth.* 12. *&* 3. *de alim.* 15 Galeno, inter aſininum, & vaccinum eſt medium. Si. a. medicinales vires ſpectemus, quoad actiuas qualitates; Lac caprinum minùs refrigerare, quàm cætera genera lactis ex eo conuincitur, quòd capra, vt teſtatur Plinius, 8 *Hiſt. c* 50. perpetuò febrit; cuius rei indicium eſt, morſus illius lethalis, quo, quæcunq; ex herbis, & arbuſtis tangit, illa eademqua ſi comburit; quoad alias, lac ouillum & bubulum vix detergent, miram tamen habent facultatem incraſſandi, vt ex dictis liquere poteſt. Sunt etenim hæc duo genera lactis terrea, ac craſſarum partium.

Lactis varietas pro varia animalium ſpecie.

Nullũ verò eſt lactis genus quod vſq; adeò bene detergeat, ac facit lac aſininum, quod illi accidit, propter inſignem ſeri copiam *lib de ſuc. bon. & vit cap.*4. Nec verò tantum pro varia animalium ſpecie, varię facultatis lac eſt; ſed etiam in eandem eorundem animalium, ſpecie diuerſum euadit, pro anni tempore, pro vario animalium habitu, temperamento, ætate, victu Vere ſiquidem, ex Galeno 3 *de alim cap* 15. vt liquidiſſimum ita copioſiſſimum eſt, & cõſequenter magis deterget quàm nutrit: æſtate media, in medio ſuæ naturæ conſiſtit; poſt id autem tempus ſenſim craſſeſcit quod penitus deficiat. Eadem ratio in cæteris eſt quę commemorata ſunt. Minùs enim alit lac animalis macilẽtioris, & magis deterget, quã bene habitũ: & lac capræ, elaterium, cucumerẽ ſylueſtre, n. tithymalum, aut ſcammonẽ depaſtæ ex Hippocrate alũ ſoluit 6. *Epid. ſect.* 41. 35. mulierq; agreſtibus herbis diu vaſa in annonę caritate, vlceribus puerum infecit, quẽ lactabat 3 *de alimen c.* 15. Quin, & venerem expertæ mulieris lac, odoris gratiam perdit; *primo de Tuenda ſan. cap* 9. item lac poſt editum fætum emulſum (coloſtrum vocant) *tertio de aliment cap.* 16. *Plin lib.* 28. *cap.* 9. ita craſſum eſt, & copioſum, vt ſine coagulo, ſi vel parumper ſuper cineres calidos coquatur, concreſcat.

Lactis varietas ĩ eadem ſpecie animalis ũ pro diuerſis accidẽtibus corũ

Coloſtrum quid.

Ex his verò, niſi fallor, facilè patere poteſt, à quibus indicetur lac, & à quibus prohiebatur. Quatenus enim alimentum eſt; indicatur à macie totius; quatenus frigidum & humidum, ab affectibus calidis, & ſiccis, vt à febre hectica, à ſicca, calida intemperie ventriculi hepatis, renum, veſicæ, & quatenus attemperat ab acribus humoribus, quales ſunt in deſtillatione acri, & ſalſa; breuiter ab omnibus ijs, quæ attemperari, aut leniri poſtulant, ſiue ob phlegmonem; Galeni *decimo ſimplic. cap. de lacte*, verba ſunt) ſiue ob morſum, vt in vlceribus veteri, renum veſicæ, pudendorum, ſiue ob malignitatem, vt in

Indicãtia lac.

Vt alimentum.

Vt medicamentum.

can-

cancro, & venenis, quæ eroſione interminant; quatenus conſolidat, ab vnitate ſoluta; quamuis ob humiditatem iunctam, vix vnquam lac ſolũ ſternuè conſolidare poteſt, cum ferè talia conſolidantia ſicca ſint: quatenus deterget, à ſuccis craſſis, & viſcidis, ab vlceribus ſordidis, & purulentis: quatenus ſiſtit, à nimio fluore, nõ ſolum ſanguinis, ſed etiam cuiuslibet alterius ſucci, quo tamen in caſu potiſſimùm lac ouillum, tanquã magis craſſum, & terreum, probatur Hinc mictus ſanguinis, menſium profluuium immoderatum vnico lacte ouillo aliquando curata fuere.

Lac prohibentia ex rebus naturalibus

Prohibetur lac ex rebus quidem naturalibus, à temperamento tũ pituitiſo, tùm bilioſo, maximè ventriculi: (Vt enim in illo tanquã difficulter conquente, ità in flatus, & crudos humores; ità in hoc exurente, facilè in ſui generis humorẽ, & nidorulentos vapores corrumpitur) ab habitu craſſo, cum meatuum anguſtia in quo maximè ſi craſſum ſit, facilè obſtructiones excitat: ab ætate adoleſcentiæ, & iuuentutis, in quibus nullo negotio in bilem faceſſit: ab inſuetudine, & proprietate indiuiduali eius vſum abhorrente: deniq; à viribus valde imbecillis. Ex rebus non naturalibus interdicitur ab aere valdè frigido: à cibi in ventriculo præſentia; à plenitudine, & aluo adſtricta.

Lac prohibentia ex rebus non naturalibus.

Lac prohibentia ex rebus præternaturã

Ex rebus præternaturam, de Hippocr. 5. *aph.* 64 & 3 *de alim c.* 15. & Gal. ſententia, improbatur in capitis doloribus; in febre putrida, niſi ſit parua; in ſiti morboſa; in viſceribus flatulentis, & obſtructis; quibus addit Conciliator, 5. *diff.* 194. nec ſine ratione, fluxionem catarrhi, nauſeam, cibi faſtidium ventriculum facilè cibos corrumpentem.

Quale lac vſurpandum.

Cæterùm lac non quodcunquè exhibendum eſt, ſed optimum ſeligendũ. Sumuntur a lactis eiuſcemodi notę, tùm ex ipſo animali, à quo petitur, tùm ex ipſo lacte. Animal igitur debet eſſe ſanum, 7. *Meth.* 6. ætatis florentis exercitationibus mediocribus admotum, non lactans; idoneis deniq; cibis, & in idoneis paſcuis nutritum, conſtitutis, ſcilicèt in loco edito; à paludibus, & ſtagnis remotis, à ſole nõ auerſis, item in quibus herbæ ſint, ac frutices opportunæ affectibus, quibus lac propinandum. Talia pro pthyſicis celebrantur à Galen. 5. *Meth.* 12. 10. *Meth.* 11. 4. *de rat. vict.* quæ ad Tabias ſunt, inter Neapolim, & Surretinum.

Lactis optimi notæ vnde, & quæ.

Lac fuſci animalis melius, q̃ candidi.

Eſt etiã ſemper eligendum lac fuſci potiùs animalis, quam candidi. Vnde Ariſtot. 3. *hiſt.* 21. id peculiariter notat, fuſcarum mulierum lac, ſalubrius eſſe, quàm candidarum, quod hæ pituitoſæ ferè ſint, excrementiſq; ſcateant: & Hippocr. frequẽtèr lac quęrit vaccæ nigræ; & Meſues capræ fuſcæ; & Aet. vniuersè, *lib.* 2 *c* 88. brutorum, quæ fuſca ſunt, lac eſſe, ait, meliùs, quod fortiora ſint albis, & eorum carnes iucundiores. Lac ipſum quoad ſubſtantiam ſuam, oportet ſit inter tenue, & craſſum mediũ ità vt eius gutta vngue, vel ſpeculo terſo excepta, nõ diffluat, ſed in ſua ſphærula permaneat; item in omnibus ſuis partibus æquale, & ſibi continuum; quoad qualitates primas moderatè tepidum, quoad ſecũdas ſapore dulce odoris boni, *Vide Gal.* 7. Met 6. 1. *de tuend c.* 9 *Dioſcor. l.* 2. *c.* 64. ſplendens, prout lacti conuenit, album, quamuis Ariſt. liuidiꝰ magis probare videatur 3. *hiſt.* 21. in cuius tamen textu mendi ſuſpicio eſt.

lac omne indiget corrigente, et adiuuãte.

Verum enimuerò qualecunq; ſit lac, nũquam per ſe ſolum vſurpari ſolet ſed indiget corrigente, & adiuuante; corrigente quidem, non ſolùm ratione proprię naturæ, verùmetiam ob præſens aliquòd prohibens, ſine id, corpus humanũ deſtituatur hoc

vſque

vſq; adeò generoſo prandio: adiuuante verò, quoniã non rarò actiuitas affectus curandi excedit vires Lactis. *Si igitur de corrigentibus agatur*

Lac corrigentia duplicia.

Lac quantũ attinet ad ſuã naturam, quoniam, & coagulatur, & corrumpitur facilè in ventriculo, ꝓpter morã, quã ibi trahit; ideò corrigi debet cũ aliquo detergente, quòd duplex eſt, mel ex Gal 7. *Meth. c.6.* 10. *Met* 23. *de ali.* 15. & ſaccharũ ex recẽtioribus: ex quib. ſaccharũ quidẽ cõuenit in affectibꝰ calidis, & naturis ſimilibꝰ necnon ægris ætatis calidioris; mel verò in naturis frigidis, ætate ſenili, ac morbis ad frigidũ inclinantibus. Vbi notandũ tamẽ, hęc duo mixta Lacti, non tantũ induere rationẽ corrigẽtis, verũ etiã adiuuãtis quãdo in cauſa ſunt, vt illud faciliùs, ac citiùs in omne corpus diſtribuatur.

Lac corrigentia ratione ſuę ppria naturę.

Lac corrigentia ratione ſuorum prohibentiũ.

Quantũ verò attinet ad ea, quæ lac prohibent, corrigentia ſunt varia, pro varietate prohibentium. Si igitur frigiditas ventriculi, flatuũ abundantia, & murmur hypochondriorum lac prohibeant, quòd tamẽ ab alio affectu requiratur; tunc, vt prohibenti, & indicanti ſatisfiat, lacti immiſcebimus puluerem paratũ ex duabus partibus ſacchari, & vna cinã. electi, aut loco cinamomi ſpecies aromatici roſ. ſubſtituemus, quę tamen in mulieribus propter vterũ, ſine moſcho, & ambra erunt parandæ: & præter hęc exteriùs ventriculo proſpicimus medicamentis externis infrà dicendis. Quòd ſi febris, maximè putrida, & bilioſorum humorum copia, eius vſum prohibeant; Trallianus *lib. 8. c. 8. de diſenteria* miſcet illi aquæ fluuialis aut fontanę bonæ partẽ quartã, illudq; ad leues prunas, aut cineres decoquit lento igne, ad dimidias ſine intermiſſione illud agitans, qui modus lac corrigẽdi, etiam Galeni tempore fuit in vſu apud nonnullos, vt patet ex libris de alimen. facit *lib. 3. c. 15.* Alij non lac ſimpliciter, ſed acidum lac exhibent; quale Galenus *ibid. c. 16.* videtur oxygala vocare. Quòd hunc in modum parant. Accipiunt lac emulſum deinde aeri exponunt per noctẽ, maneq; baculo agitant, quouſq; copioſa ſpuma excitetur, quæ, ſeparata à lacte, facit ipſum acetoſum. Et his modis lac corrigitur.

Lac & eius vim adiuuantia.

In ratione verò adiuuantis multa lacti admiſceri poſſunt, quia etiam à varijs, & diuerſis affectibus, qui maximę ſunt actiuitatis, requiritur lac. Iccircò, ſi lac eo nomine detur, vt fluorem aliquem ſiſtat, immiſcendus eſt puluis equiſeti, vel boli armeni, vel coralli rub. huic pulueri ſaccharum addendum, in ea proportione, in qua cùm aromatico roſ. immiſtum ſuprà fuit. In hoc eodem caſu ſolent etiam Medici, in ipſo lacte extinguere laminã calybis ignitam: apud Galenum *lib. 10. ſimpl. c. de lacte.* nonnulli ignitos lapides injiciũt, ipſe verò ferreos cylindros in eo extinguit. Rurſus, ſi lac ea intentione exhibeatur, vt vlcus aliquòd ſanetur, primùm ad detergendum poterit addi mel: deindè ad implendum vlcus, & moderatè ſiccandum, permiſceri puluis ſarcocollæ maſticis, thuris tragacãthæ cũ ſaccharo mixtorum, vt dictum fuit: tandemquè ad cicatricem inducendam, aut ſaltem callum efformandũ plurimum valet puluis paratus ex reb. adſtringẽtibus, quales ſunt paulò ſuprà commemoratæ, atquè pulueres hi, cùm ſaccharo roſ. antiquo exiccato: & puluerato, in proportione iam dicta permixto, ſunt parandi: quanquam tempore cicatrizationis, & agglutinationis, meliùs fit à lacte abſtinere, aut ſaltem illo Chalybeato vti, admixtò puluere iam dictò, vel guttis aliquòt olei ex calcantho.

Lactis rectus vſus.

Sed ad rectum vſum lactis acce-

den-

dendum eſt. *Quoad doſin* igitur lactis ſeu menſuram, ea pro varietate animalium, ex quibus ſumitur, & ſcopi propoſiti ipſa quoq; variatur. Si enim ad refrigerandum, atquè ad detergendum eò vtendum ſit, minor aſini in copia, quàm caprini, & huius minor, quam ouilli, & ouilli minor, quàm bubuli ſatis eſt. Si ad nutriendum, minus bubuli, quàm ouilli, & huius minus, quàm caprini requiritur. ſi ad cohibendum fluxum, minor itidem bubuli, quàm ouilli, & huius quàm caprini, quantitas ſufficit Ferè tamen doſis eſt, lactis, ab vnc. ij. ad lib j. quemadmodum eorum, quę ei admiſcentur, à choclearı dimidio ad integrum. Non eſt tamen ſtatim tota hæc lactis doſis exhibenda, ſed de Galeni *lib.* 10. *Meth. c.* 11. conſilio primò ad cyathum, id eſt vnc. ij. offerendum, & ſi ventriculus hanc quantitatem benè ferat, ſenſim deindè, addendo ſemper dimidium cyathi, ad iuſtam menſuram progrediendum. Fert autē benè ventriculus lac, ſi in eò nec corrumpitur, nec fluctuat, nec vires grauat. Id quòd cognoſcitur ex pulſibus, ante, & poſt ſumptum lac, inter ſe comparatis. Corrupto enim Lactè ij. pulſus fiunt, qui in cardialgia accidunt: nō corrupto, & maiores redduntur, & valentiores prioribus. Hippocrat 4. *de rat. vict.* 29. communitèr ab heminis duabus vſq; ad octo dat. imò alicubi ad heminas ſedecim. Sed Hippocrates in primis ad purgandum, & quidem fortiter, vt veteres ſolebant, lac ijs locis prębet: ad quòd Galenus in com. reſpiciens, annotat, fuiſſe conſuetum antiquis, in maximà illud copia prębere. *Quoadmodum* Lac actu calidum ſuo naturali calore dādum eſt, Vndè Galenus 7 *Meth.* 6. conſulit, vt ex mammis ipſius mulieris, vel aſinæ, Lac illud æger ſugat. Sed quia hoc plurimi facere recuſant, ſaltem opera danda eſt, vt quàm minimò tempore in aere ambienti lac moretur, tanquàm id quòd celerrimè mutari eſt aptum Idcircò animali adducēt, a cubile patientis. Lac emulgendum eſt, in phialam vitream pannis calidis circūuolutam, aut in vaſe aqua calida repleto detentam, phyalę que pannus lineus ſuperponendus, vt lac ſimul, & emulgeatur, & percoletur, & immune ab omni re alıena remaneat. Amplius, quoniam ſępius cōtingit, vt Lac chalybeetur, aut ſaltem in eo lapides viui igniti extinguantur; tùm res ſic eſt peragenda. Primùm Lac emulgendum, deinde lamina chalybis ignita, vel lapilli igniti in eo extinguēdi, poſteà Lac percolandum, ac admixto ſaccharo, vel aliquò aliò, ex medicamentis iam dictis, ſtatim exhibendum; quanquā de ſaccharo, & in hoc, & in alijs caſibus admiſcendo, illud notandum, poſſe id etiam ipſi panno lineo, per quem percolatur lac, imponi. Ab aſſūpto verò Lacte, inprimis ab omni aliò cibo abſtinendum eſt, quoad è ventre exceſſerit; quòd quidem poſt quartam, vel quintam horam, à Lactis aſſumptione, contingit. Sed, & ſomnus fugiendus eſt, quòd ſub illū in caput corpuſq; omne effumatio largior cōtingit, vnde grauitas, & torpor; in ſumme tamen languidis, ad concoctionem adiuuandam exiguus ſomnus poteſt concedi. Motus quoq; validus omnis corporis, & ante, & poſt aſſumptum Lac interdicitur; quòd ille calorem ad exteriora ab interioribus diſtrahit, & ſic cōcoctionem reddit debiliorem; hic verò, prætèr id quòd dictum eſt, etiam efficit vt crudum Lac in primas venas trahatur. Nec minùs animi motus cauendi ſunt. Qui enim foras euocant calorem natiuum vt ira, idem quòd motus corporis habent incommodum: qui verò ad interiora reuocant

Lactis doſis varia, pro varietate animaliū & ſcoporum medicorū.

Lactis doſis cōis, & quomodo inſtituēda

Lactis doſis apud Hippocratem.

Modus lac exhibēdi.

Lac quomodo chalybeandū.

Quid agēdum à lacte aſſumpto.

1

2

4

cant

cant, vt triſtitia, ſuffocando innatum calorem, coctionem impediunt. De cibi, & potus qualitate nihil dico. Conſtat enim ijs eſſe vtendum, quæ affectibus, qui curantur, ſunt accõmodata; quæ omnia ex eorum natura petenda ſunt. Vnum hoc, admodum Lac ſumendi, mihi addendum videtur, quomodo, ſi ventriculus non videatur adeò benè, vt opus eſt, illud perferre, huic malo occurrendum ſit. Hoc autem, quia ferè fit, ob ventriculi frigiditatem, ei varijs modis conſulitur; primò appoſito cerato maſticino; deindè, ante Lactis aſſumptionem, inunctione facta medicamento, quòd, *Recipit ole amygd. dul. rec unc iij. vini cretici unc. i ſs. maſticis drachm ij. cinamomi drach. i. abſynthij p. i. Contuſis contundendis, omnia bulliant in duplici vaſe ad conſumptionem vini & addita cera fiat vnguentum molle.* Vel *Recipe ſucci menthæ abſynthij an. drach. iij. ol. maſticini unc ij. Vini cretici unc. i. ſs. bulliant modo dicto, & facta colatura, adde ſpecierum aromatici roſ. drachm. ij. galliæ moſchatæ gr. vi. M.* & cum cera fiat vnguentum. Ex quibus etiam in hac poſtrema deſcriptione propoſitis ceratum parari poterit, ſi adijciatur vnc. ſs. maſticis el. nec nõ ſufficiẽs quantitatis picis & olei. Maſticini. *De tempore* exhibẽdi Lac. Tunc illud opportunè aſſumitur, vbi indicantia ſunt præſentia, abſunt prohibentia ipſius: & idcircò vt plurimùm, non eſt vſurpandum, niſi habita totius prouidentia, ieiunoquè exiſtente ventriculo. Datur autem cum alijs anni temporibus vtilitèr, tùm maximè verno, quòd eo tempore Lac, & temperatius ſit, & copioſus. Perſeueratur in eius vſu ad dies plus minus quadraginta. *Circà locum* non ſolum per os aſſumitur, ſed inijcitur quoq; in anum, vterum, meatum vrinarium; atquè in vlcera externa. Præterea adhibetur extrinſecus ſub forma embrocę, lauacri, fotus. Tandem inſeruit compoſitioni multorum cataplaſmatum Vnde de Lacte ſatis.

Ventriculo lac ob frigiditatem non perferenti quomodo ſuccurrendum.

Tempus exhibendi Lac.

Locus per quem exhibendum Lac.

SECTIO IX.

De natura & vſu Seri.

SERVM nihil eſt aliud, quàm aqua Lactis à caſeo ſeparata. Vnde Ariſt. ichorem dilutum nuncupat. 3. *Hiſt.* 20. Quoad facultates eius ſecundas, omnes conueniunt. Conſtat enim vim habere extergendi, deobſtruendi, & craſſos ac exuſtos ſuccos per aluum educendi. De qualitatibus primis controuertitur. Nam Galenus in lib. de ſimpl. med. 4. *Simpl.* 17. expreſsè frigidum dicit eſſe, & humidum, cuius etiam ſententiæ Ariſt. eſt, 4. *Meteor.* qui, cùm ſola frigida, & liquida coagulari frigore dixiſſet, enumerans quæ frigore coagulantur; inter ea Serum reponit. Contrà Meſue, & Auic. & oribaſius, *Meſ. lib. 2. c. 9. Auicen. lib. 2. cap. 444. Oribaſ. 2. Synopſ.* 3. calidum eſſe volunt; imò ipſe Galenus oxygala frigidum eſſe ait, 3. *de alim.* 16. quia calidã, & acrem Seri qualitatẽ non habet, quaſi velit omnem à Sero caliditatem Lac adipiſci. Quibus ratio accedit, cũ Serum Lactis omniũ conſenſu de obſtruat, attenuet, abſtergat; quæ omnia à calore prodeunt. Sed meo iudicio, controuerſia hæc, quæ non paucos fatigauit hactenus, facilè componitur, diſtinguendo inter tẽperamentũ Seri natiuum, & adſcititium. Nam ſi de natiuo ſermo ſit, procul dubio Serum frigidum eſt, & humidũ. Cuius ratio eſt, quia generatur ex maſſæ ſanguineæ parte aquoſa, quæ vrinæ & ſudoris eſt materia, eaq; ſua natura frigida, & humida. Cũ eni totum lac, ex maſſa ſanguinea originem trahat, quem

Serũ qui.

Facultates Seri.

De tẽperamento Seri difficultas proponitur.

Soluitur propoſita difficultas.

quemadmodum ex oleoſa, & aerea eius parte, butyrum, ex terrea caſeus, proueniunt; ita, ex aquea. Serum enaſcitur: Si verò de adſcititio Seri temperamento loquamur, poteſt dici aliquo modo calidum, & ſiccum: quia ſeroſæ illi ſanguinis parti; ex qua Serum gignitur, ſemper aliquid bilis admixtum eſt à natura, pro ſtimulanda excretrice, ad eius expulſionem. Ab hac verò portione bilis, Serum calorem aliquem, & ſiccitatem ſuſcipit.

Serũ ſimplicitèr et abſolutè frigidum eſt.

Cæterum, tametſi aliquid in Sero eſt adſcititiæ caliditatis, & ſiccitatis, tamen, quia temperamenum eius natiuum prçualet adſcititio, non ſolum, quia natiuum eſt, ſed etiam, quia portio bilis admixtæ, à qua calor adſcititius prouenit, exigua eſt; iure, abſolutè loquendo, frigidum, & humidum Serum conſtituitur: cùm à potiori denominato fiat, ſecundum Philoſophum. Ex his autem facilè, quæ obiecta ſunt tolluntur. Nam Galenus altero loco 3. *de alim.* 16. de adſcititio Seri temperamento loquitur; altero 4. *Simpl.* 17. de natiuo.

Argumenta contraria tolluntur.

Quòd autem Serum deterget, & deobſtruit; hoc nihil oeſtat; quia frigida etiam multa idem præſtant, vt aqua hordei,
1 ſuccus limonum. Sed præter id etiã, exiguo illo calore, cum partium tenuitate, & humiditatis copia, qua abluit quod tangit, non difficultèr
2 hos effectus Serum producere poteſt. Porrò variatur hæc Seri natura, ſecundum magis, & minus, non tantùm pro varietate præparationis eorumq;, quæ cum eo permiſcentur, vt patebit ex dicendis; ſed, & pro ſpecie animalium, ex quibus deſumitur.

Seri varietas pro ſpecie animalium, ex quibus ſumitur.

Serum ſiquidem vaccinum magis refrigerat, caprinum autem magis deterget, & ſubducit aluum, cauſa ex dictis de Lacte conſpicua.

Indicãtia ſerum.

Cæterum naturæ prædictæ cum fit Serum, patet ipſum indicari ab affectibus calidis, & copia humorũ exuſtorum acriumq; Ideò in affectibus calidis iecoris, & renum, maximè conuenit; valet ad ſananda vlcera oris, ventriculi, vteri, partium vrinæ excretioni inſeruientium, pro quarum perſanatione ſolet deſtillari, & felici cũ ſucceſſu vſurpari. Sed & tanquàm materia euacuatoria Serum vſurpatur, non ſolùm per vrinam, verùm etiam per aluum; prout ſucci eò educendi, per vnam vel alteram harum viarum euacuari, & faciliùs educi poſſunt. Quin idem Serum, non ſolùm in caſibus dictis, verùm etiam, & inquàm plurimis alijs poteſt adminiſtrari, pro varia præparationis illius ratione, nec non admiſtionis aliorum quorundam cum eo medicamentorum, de quorum vtroq; breuitèr dicendum.

Præparatio Seri quomodo inſtituẽda.

Quantùm ergò ad præparationem attinet, certum eſt Serum exactè à caſeo, & butyro ſeparandum eſſe. Sunt autem duo vniuerſè eius ſeparandi modi ſimplex vnus, ſine vllius rei commiſtione, alter non ſimplex.

Modi ſeparãdi ſerum à lacte duo.

Simplex fit duobus modis; vel in Lactis ferueſcentis, vas, aliud vas, frigidiſſima aqua plenũ, immitẽdo, ſiue argenteũ cũ Dioſcor. *lib.* 2. *c.* 63. ſiue ænenm cũ Gal. 4 *de rat. vic.* 7. ſiue pro noſtra conſuetudine vitre-

Simplex.

um: vel vehementius ad luculentũ 1
ignem Lac decoquendo, deinde 2
tranſmittendo per colum ex *lib.* 7. *cap.* 88. Paulo. Non ſimplex modus fit per commiſtionem variarum materiarum; quæ deſumuntur, tùm ex animalibus, tùm ex plantis, tùm ex vtriſq;.

Non ſimplex.

Ex animalibus ſumitur coagulum agni, hædi vituli, & præcipuè leporis, ex 2. *de re ruſt.* c. 18. Varrone. Item gallinæ guttur, ſeu interior ventriculi gallinacei tunica, de quo 2. *Probl.* 80. Alexander. Ex plantis petitur ficulneus ſuccus, cardui ſalueſtris flos, enici ſemen, galiũ,

Serum à lacte ſeparantia de ſumpta ex animalibus.

& ex Varrone Diacontium. Oribaſius, *vbi ſup.* vino, & mulſa vtitur, Arabes, tamarindis, & oxyſacharo, quòd ex ſaccharo, & punici mali ſucco conficitur. Recẽtiores omphacium, & limonum ſuccum vſurpant. Ex planta, & animali ſimul cõſtat oxymel, quo vtitur *lib 2. cap. 64* Dioſcorides.

Ex plãtis.

Ex vtriſquè.

Separãtia ſerũ à lacte quæ quando vſurpãda

Verùm, cùm, ex his præparandi Serũ modis, alij per frigida obeantur, alij per calida, non eodem modo, in quoſcunquè vſus, id ſeparare conuenit, ſed diuerſo vtendum, pro diuerſitate finis. Quare ſi ſerum veluti alteratorium, refrigerans ſcilicèt, exhibendum ſit, poterit ipſum deputari aceto, vel omphacio, vel ſucco arancij, addito ſẽper albo oui. Et huc pertinet etiam modus ipſius Dioſcoridis *lib. 2 cap 63* qui ſeparabat Serum ab alijs Lactis partibus, per acetum mulſum imixtum; quo, & ego ſæpius extrà febrem vtor, vel eius loco ſyrupo acetoſo ſimplici, & albumine oui. Nam præſente febre, ſeparo potiùs cum ſuccis prædictis, & oui albo.

Modus ſeparandi ſerum pro alteratorio.

Eſt autem modus ſeparandi eiuſcemodi vt accipiatur Lactis nuper emulſi lib x quæ in vaſe nouo fictili ſenſim bulli aut interimq; ramo ficulneo agitentur, mox in ipſas aliquis ex ſuccis prædictis, aut oxymel ſimplex ſyrupuſuè acetoſus proijciatur ad vnc iij cùm albumine oui, tum facta ebullitione leui, phiala vitrea aqua frigida plena in idem mittatur; huic enim protinùs, facta ſeparatione, pars caſeoſa adhæret, & Serũ præclariſſime cõficitur, remanetquè ferè ex hac Lactis menſura lib. Seri v

Serũ pro euacuatorio vt ſeparandũ.

At ſi ſerum ſit vſurpãdum, tanquàm euacuatorium per vrinas, depurandum eſt ſucco limonum, vel oxymelite cõpoſito; & albo oui: ſi per ſeceſſum cum coagulo communi: quò modo, ſi exactè non depuretur, poterit ſecundo adhiberi modus iam propoſitus.

Serò, quæ permiſcenda, vt alteratorio.

Quòd verò attinet ad ea, quæ ſerò admiſcentur, ſi vſurpandum ſi tanquam alteratorium, varia illi addi poſſunt. Nam ſi refrigerandum ſit, ſuccus endiuiæ, ſonchi, hepaticæ, cichorei conuenit: ſi exiccandum, & putredini reſiſtendum, ſuccus acetoſæ, ſi ſanguis depurandus *Vid. Meſ. lib. 2 cap 9.* ab humore melancholico, iſquè humor alterandus, ſuccus borraginis, bugloſſi, lupulorum, ac fumariæ: ſi deobſtruendum, idem fumariæ ſuccus, & cichorei: ſi cum refrigeratione adſtringendnm, chalybs, aut aurum ignita, quæ ter aut quater in ſero depurato extinguantur: id quòd vtiliſſimũ eſt in hæmorrhagia renum, & vteri, in dyſenteria, & ſauguinis ſputo, ac vniuersè, quocũq; ſanguinis profluuio.

Serò, quæ permiſcenda, vt euacuatorio.

Quòd ſi tanquam euacuatorium ſit adhibendum, non pauciora permiſcenda occurrunt. Nã ſi per vrinas euacuaudum ſit, commodè miſcentur ei lac ſeminum melonum, Syr. de limonibus, de capil. veneris, de liquiritia; ſi per aluum, Galenus mel & 5 *aphor com. 6. 4. 3. de alim. 15.* & ſalem addit; nos miſcere poſſumus Syr. roſ. & viol ſolutiuos, mel. viol. & roſ. ſolutiuum Syr. de polypodio magiſtralem: poſſumus item immacerare ſenam, polypodium, epithimum, aut in eodem decoquere diuerſos myrobalanos pro diuerſitate cacochymiæ expurgandæ. Cuius dicti occaſione noto, in ſero non tantùm incoqui poſſe *Vide Gal. 14 Met 17.* ſimplicia ſub ductoria, verumetiam alterantia, ità vt ſerum euadat materia decoctorum, non ſecus ac alij aliqui liquores.

Serũ prohibentia, & quõ eis occurrendum.

Et ſic quidem ſerum eſt parandum, alterandumq; habita ratione ipſius indicantis. Verùm etiam ad prohibentia eſt reſpiciendum. Hæc verò ſunt, ex rebus naturalibus intemperies frigida membrorum naturalium, inſuetudo, habitus mollis: ex rebus non naturalibus, aer frigidus,

dus,

dus, ventris, & totius plenitudo: ex rebus præternaturam, morbi frigidi, copia flatuum, ac tandem dolor inteſtinorum ex eiſdem cauſis factus; quanquam ex Galeno ſciã, etiam flatuoſis poſſe cõcedi ſerum, dummodò per aluum excernatur. Quidquid ſit, vt etiam in ſimilibus caſibus, aliqua oblata occaſione, tutò poſſit dari ſerum, pręparatione efficiendum eſt. Quare in copia flatuum, frigidis affectibus, & membris naturalibus, depurare ipſum licebit cum albo oui, adiecto aliquo medicamento calefaciente, vt eſt Syr. de corticibus citri: Item præſtabit in eo, ante depurationem, incoquere ſemina aniſi, vel coriandri præparati: aut hæc ipſa ſemina, vbi ſerum eſt deſtillandum, in eo immacerare. In habitu molli, vti illo poterimus ſimplici, ſine ſale, vel medicamento aliquo iniecto.

Rectus ſeri vſus. Doſis ſeri

Sed iam rectus vſus ſeri explicandus eſt Doſis igitur eius, ſi alterandi gratia detur, ſolet aſcendere ad vnc. xij. & quæ illi tunc admiſcentur, non tranſcendunt vnc. iij. ſi vt diureticum exhibeatur, ipſum ad vnc. xxx. & quæ illi immiſcentur, ad vnc. iiij. attingunt. Quæ doſis, ſi illi vnc. x. vel xx. adijciantur, conueniet etiam ſero, vt aluum ſubducenti, quamuis Dioſcorides *li. 2. ca.* 63. proponat heminas quinque, id eſt vnc. xxxxx. auctor verò libri de internis affectionibus heminas viij. id eſt vnc. lxxx. Quòd ſi ei ſuperaddatur manna, non tranſcendit vnc. iij. ſicut Syr. roſ. vel viol. mel. roſ. vel viol. ſolutiua ſyr. de polypod. ſolutiuus non adduntur vltra vnc. iiij. Sena immiſcetur à drach. ij. ad vj. epithymus à drach. ii. ad vnc. ſs. adiectis aniſis, vel caryophyllis ad ſcru. ii. ac paſſulis ad vnc. ii. *De modo.* Serum actu calidum eſt dandũ, ſic enim faciliùs permeat. In naturis tamen roboſtioribus, in febribus æſtuoſis, in ſummo æſtu, in iis, qui frigidæ aſſueuerunt, concedi idem poteſt frigidum actu. An verù eo aſſumpto ſit dormiendum, & antequàm aſſumatur ventriculo proſpiciendum, vt dictum eſt de Lactę? Dico quantum ad primum, ſiue euacuationis gratia, ſiue alterationis Serum propinetur, nihil ſequi inconueniens, ſi aſſumpto illi parum ſuperdormiatur. Meliùs tamen eſt, vbi euacuandi gratia datur, à ſomno abſtinere, & corpus moderatè exercere.

Modus aſſumendi ſerum.

An dormire liceat aſſũpto eo.

Quantum ad ſecundum, ſtatuo, vt ventriculo frigidiori proſpiciatur ante eius exhibitionem, medicamentis propoſitis in vſu lactis. *De tempore.* Opportune aſſumitur, pręſente indicante, abſente prohibente. Vnde vt plurimum non eſt vſurpandum niſi habita totius prouidẽtia, ieiunoquè exiſtente ventriculo. Exhibetur autem ſerum vt alteratorium commodius in æſtate, vt euacuatorium in verè; perſeueraturquè in eius vſu ad dies xv. dummodo ſingulis diebus à corpore excernatur, maximè ſi detur vt euacuatorium, *Quoad locum,* non ſolùm per os aſſumitur, ſed alijs etiam vſurpatur modis, intus, & extrà, vt de Lacte dictum eſt.

An ventriculo ante ſeri ſũptionem proſpiciendum.

Tempus ſeri exhibendo aptum.

Vbi agendum.

SECTIO X.

De natura, & vſu Balneorum.

BALNEVM Galenus, & Celſ. *Lib. 10. Meth cap. 10. lib. 1. cap. 4.* vniuersè, in quatuor diuidunt partes, quarùm, & vires fusè, accuratèquè perſequuntur. Prima aer calidus eſt, qui calidarium etiam, & laconſcium dicitur, ad prouocandum ſudorem inſtitutum, quòd nonnulli perperam cùm hypocauſto confundunt. 1

Balnei quatuor partes apud veteres.

2 dunt. Secunda, ſolium aquæ calidæ labrum etiam & propriè, ſi Galen:
3 credimus, χύτρο dictum. Tertia, frigidarium, ſeu ſolium aquæ frigi-
4 dæ Quarta, pro deterſione ſudoris, frictione, & munctione cutis, tepidarium appellata, & nonnullis Apoditerium.

Balnei nomine quid intelligamus.

Nos in tam largo ſignificato Balnei vocem non vſurpamus, ſed eius nomine intelligimus id omne, quod, per modum lauacri, adhibitum, corpus noſtrum iuuat: quomodo Gal. ipſe quoque Balnei nomine quandoq; vtitur, frequentèr autem voce τοῦ λουτροῦ id eſt lauacri. Comprehendimus autem ſub eo, Lotiones quoq; & Perfuſiones, ac Inſeſſus. Videntur enim hæc nihil eſſe aliud, niſi particularia quædam, certarum partium, balnea.

Balneorũ diuiſio.

Porro ſunt balnea omnia duorum generum, alia naturalia, alia arteſacta. Naturalia conſtant aqua naturali, tùm communi, frigida ſcilicèt, & calida; tùm medicata, qualis eſt aqua thermalis. Artefacta, alia ſimplicia ſunt, vt quę liquore aliquo conſtant ſimplici, oleo puta, vino, lacte, &c. alia compoſita, vt quæ in liquore aliquo, incocta habent varia ſimplicia, pro vario Medici ſcopo. De ſingulorum natura breuiter agamus.

De balneis naturalib. ex aqua ſimplici.

Balneum aquæ frigidæ, & eius apud veteres duplex vſus.

Balneum igitur aquæ frigidæ duplicem vſum habuit apud veteres. Vnus erat ſimplex natatio, in natationibus, lacubus, fluuijs, mari, alter in ipſis balneis, in quibus, vt ſupra dictum fuit, ſolium frigidum fuit tertia pars, qui vſus, ſi Plinio credimus, *lib. 25. c. 27.* Antonij muſæ, & fratris eius Euphorbi inſtitutum fuit, cum antè hos, calidæ tantùm balneum in vſu fuiſſet. Fuit autem tanti æſtimatus olim, vt tota lauationum vtilitas, huic vni accepta relata fuerit, adeoq; Gal. *lib. 10. Meth. c. 10.* reliquis balnei partib. præparari hõem ad frigidæ vſum, ſcripſerit.

Facultas balnei frigidi.

Facultas huius balnei, ſeu lauationis, præter illam, qua refrigerat, & humectat, ex Galeno eſt, *Vide Gal. 3. de Tuend. ca. 4. Aetium l. 6. 3 ca. 68 Orib. 10. collect. c. 6. & 7.* corpus adſtringere, & denſare, vnire calidum innatum, roborareque per antiperiſtaſin, & conſequentèr, appetentiam gignere, ad excrementorum expulſionem excitare, fuliginoſos vapores in ſudorem ſoluere, & aduerſus omnes noxas extrinſecas præmunire.

Vſus frigidæ lauationis in ſanis.

Vnde non ſanis tantùm conuenit, idquè multò magis, quàm aquæ calidæ balneũ, ex Galeni, *Oribaſ. vbi ſup. &* Agathini ſententia: ſed etiam in morbis plurimis locum habet.

Vſus in morbis frigidæ lauationis, & ſimul eius indicãtia.

Nam & laſſitudinem tollit, in malo corporis habitu, ex Aetio, *vbi ſuprà: & lib. 9. c. 21. & alibi in ſpecialib. curationib. paſſim*, & caninum appetitum, ex immodica cutis exolutione factum, reprimit; menſtrua rubra, gonorrheam, ſanguinem manantem cohibet; oculorum caligini, ſi, dum in eò verſatur ęger eos apertos teneat, prodeſt: hydrophobiæ, & mandragoræ veneno, medetur, febres autẽ quæcunq; balneis curantur, maximè frigidæ lauationis beneficio curãtur, ſic, *Gal. 19. Meth. 10. & 11. c. 9.* vt poſt calidum ſolium, in frigidum ægri mittantur: imò verò ſine calidi ſolij interuentu, frigidę natatione ſola, multi febricantes iuuari ſolent. Ex quibus omnibus *indicãtia* hanc, in frigida, lauationem ſpontè eluceſcunt.

Prohibentia frigidã lauationem in ſanis.

Quoad prohibentia, ſi de ſanis ſermo ſit, pueris à ſecundò ſeptennio, ad tertium, & ſenibus declinantibus, inimica eſt; illis, *3. de Tuend. 4. Aet. & Oribaſ. vbi ſuprà.* quia augmento aduerſiſſima, his, quia exiguum eorum calorem ſuffocat. Non conuenit etiam natura fri-

gidis, gracilibus fæminis, & qui delicatas carnes habent: quòd in eius frigus ad partes ſolidas penetret: in aſſueti quoquè; non niſi paulatim ad id aſſuefaciendi ſunt. Si de ęgris loquamur, 10. Meth. 11. Galenus in vniuerſum tres conditiones requirit in iis, qui frigida vſuri ſunt. Primò, vt valentibus ſint viribus. Quẽadmodum enim frigida natiuum calorem, ſi fortis eſt, cogit 5. *aph. 21. in com.* ità eundem, ſi debilis eſt, vincit. Secundò, vt humores appareãt concocti, & euacuationi idonei. Tertiò, vt nullum primæ notæ viſcus, malè ſit affectum. In ſpecie autem, aduerſum eſt balneum frigidæ vlceribus; *Hippoc. 5. aphor. 20.* & iis omnibus, quibus oſſa, dentes, nerui, cerebrum, ſpinalis medulla, & thorax malè habent. 5. *aph 18. &* 24. Item qui conuulſionibus, diſtentionibus, rigoribus, ſunt opportuni. 5. *aphor. 17. Cæterùm, aqua pro frigida lauatione Ariſtoteli magis placet marina; Ariſt. in problematibus* quàm fluuialis: Tùm quia marina faciliùs hominem ſuſtinet ſua craſſitię, ſi in ea natandum ſit: Tùm quia vniuerſè minùs, quàm dulcis, penetrat, & ideò minùs lædit. Hæc ſi haberi non poteſt, eligatur ex Galeno tenuis, & limpida, non limoſa, non paluſtris, non glacialis, non turbida.

Prohibentia in ægris in genere.

1

2

3

Prohibentia in ſpecie.

Qualis aqua pro frigida lauatione eligenda.

BALNEVM AQVAE CALIDAE.

Balneum aquæ calidæ, in triplici eſt ex Galeno, differentia. 3. *de Tuend.* 4. Vel enim temperatum eſt, vel tepidum, vel calidum. *Balneum calidum*, ſi valdè calidum ſit, exiccat potius quàm humectat, inhorreſcere facit, cogit corpus, & meatus denſat, vt neque extrinſecus humiditate fruatur, nec ex internis ſuperfluitatibus quid excernatur.

Eius differentia.

Vndè rarus eius vſus eſt, niſi quòd in quarta ſpecie laſſitudinis, quæ ex gracilitate oritur, muſculis plus æquo exiccatis, eò Galenus, ad cutim contrahendam, 3 *de Tuend. ca.* 7. vtitur; vbi à frigida, quæ idem præſtat, lædi talem hominem metus eſt: & Meſue in hypercatharſi idem vſurpat. *Lib. 1 de purgantibus Thoracem.* 3. Si verò calidum quidẽ ſit, non tamen admodùm, ad trahendum ex alto, efficax tantùm eſt. Vnde venenis vehemẽtèr ſuccurrere dicitur à Paulo: & Aetius, ex Herodoto, adhibet in papulis, niſi quid obſtet, ac in ventriculi inflationibus: Auicenna quoquè eò vtitur, 4. 1. *cap.* 5. altero à pharmaco die, ad reliquias peccantis humoris, percutim abolendas: quòd tamentùm demùm facere conuenit, ſi, & reliquiæ illæ ſubtiles ſint, & facilè educibiles, & naturæ, ac medicamenti motus ceſſauerit, corpore alioquin valido, nec integrè purgato. *Balneum temperatum, & tepidum*, tametſi gradu, ex Galeno, 3. *de Tuen.* 4. differunt caliditatis, ita vt hoc frigidum potiùs ſit, quàm calidum, illud contra: tamen effectu conueniunt, & in iiſdemmet caſibus, ab eodemmet Galeno, vſurpantur.

Balnei valdè calidi vires

Balnei non valdè calidi vires.

Nota de balnei calidi uſu poſt pharmacum.

Vt balneũ temperatum, & tepidum differant.

Quare, quòd de tepido dictum fuerit, id de temperato quoquè ſuo modo intelligendum veniet. Balnei igitur aquæ tepidæ facultas eſt, refrigerare calefacta: & calefacere refrigerata, humectare, ſudores mouere, inſenſibilitèr euacuare, vapores acres attemperare, alimentum ad ambitum corporis attrahere. Refrigerat quidem talis aqua, quatenus vaporib⁹ calidis diſſolutis agit, vel frigida; mouet ſudores, quoniã vt actu, & virtute humida, ac tepida, laxat, & aperit poros cutis: euacuat inſenſibilitèr, quia humores ſuo calore digerit in vapores: attemperat vaporum acredinem, quia eſt frigida potentia, & actu humida: attra-

Balnei aquæ tepidæ vires, & earum ratio.

attrahit alimentum, quia laxatis, & apertis poris, neceſſariò à calore fit attractio. *Hinc balneum hoc neceſſario* conuenit, in affectibus calidis, & ſiccis totiùs corporis, vt in febre hectica, ac putrida ſub declinationem, in tabe, ſcabie, pruritu. Conuenit item in vitijs capitis, hemicrania, cephalæa phrenitide, *Vide Paulum.* conuulſione, melancholia. Oculorum quoquè vitia non pauca ſanat, *6. aphor.* 31. vt fluxiones, tabem, & maciem; quemadmodùm, & calidos, ac ſiccos hepatis, ventriculi, inteſtinorum, vteri, affectus. Quin & vbi materia in ambitu corporis continetur, eius vſus eſt. Hanc enim per ſudorem, aut ſaltem inſenſibilitèr euacuat; quanquàm tunc plus quàm tepidum, potiuſquè calidum conuenit. Et hæc indicat hoc balneum. *Probibentia ad* tria capita reducuntur *Vide Gal* 10. *Meth* 10. *&* 12. *Meth* 9. *&* 20. Primùm eſt, copia crudorum humorum in ventriculo, in primis venis, in toto vaſorum genere, ſi tamen hoc in caſu febris adſit; ſecus enim, in cruditate prodeſt hoc balneũ digerendo. *Gal.4 de tuend.*3. Secundum horroris cauſa in corpore præſens, quę eſt cutis adſtricta, & humorum copia. Vndè nunquam niſi euacuato corpore adminiſtrandum eſt, non ſolùm in febribus, maximè in quibus viſcidi, & frigidi ſunt ſucci; ſed etiam in particulari quãuis ægritudine, quòd alias ſecundum Galenum, 5. *de Tuend. &* 3. *de rat. vict.* ad membra affecta fluctionem concitat. Tertiùm imbecillitas membrorum, & maximè principalium, aut ijs ſubſeruientium: qua ratione nec in cerebro conuenit deſtillatione affecto, maximè frigida, nec in ventriculo, cęliaca paſſione detento, nec aluo fluente, nec in obſtructionibus, & tumoribus viſcerum naturalium, nec in articulorum doloribus, nec in albis pro fluuijs, aut alio quocunque fluxu. Sed hæc ad res tantùm præternaturam pertinent. Ex naturalibus, præter hæc, natura vtẽtis balneo conſideranda eſt. Qui enim facilè reſoluuntur, vt qui rarò ſunt corpore: quibus facilè caput repletur; qui ſanguinis fluxui ſunt obnoxij, ijs non minùs, ac ſuperioribus, ab vſu eius abſtinendum eſt.

Indicantia balnei aquæ tepide.

Prohibentia balneum aqua tepidæ ex rebus preter naturã. 1 2 3

Prohibentia ex rebus naturalibus.

Quòd ætates, excepta omninò ſenili, & decrepita, nulla eſt, cui non poſſit eſſe vtilis. Porrò comparatur balneum hoc ex aqua dulci. Per eam autem intelligimus aquam fluminis, quanquàm huius defectu, nihil exiſtimo inconueniens, ſi ei aqua fontana, aut alia quæ in potu quotidiano vſurpatur, ſuccedat, dũmodo conditiones habeat aquæ bonæ ſuperiùs in tractatu de aquis ſimplicibus propoſitas, quibus hanc nonnulli addent, vt magnam cùm ſapone ſpumam faciat.

Balneum ex qua aqua confici debeat.

DE BALNEIS NATVRALIB. MEDICATIS.

Balnea aquarũ thermalium, quas vires obtineant, & quibus magis conueniant, notum eſt ex dictis de aquis medicatis naturalibus. Illud tantùm ſciendum, pro balneo nullam aquam medicatam, modò venenata non ſit, quæ ſit noxia reperiri, ideoquè, & bituminoſas, & gypſeas, & plumbi, calciſquè mixturæ coſtantes hic conuenire: ſecus ac de potu dictum eſt. Iuuant autem hæc balnea omnes partes corporis, quæ ijs vel immediatè, vel mediatè fouentur. Vndè proſunt thoraci, ſtomacho, hepati, lieni, inteſtinis, renibus, veſicæ, vterò neruoſis partibus, & articulis. Atq; hic medicus eorum vſus eſt, auxilij gratia, vt Galenus vocat 3 *Local cap.* 1. Nam de alterò vſu, quem ibidem ponit Galenus, qui voluptatis eſt, tractare non eſt noſtrum niſi id de-

Vires.

Quæ aquæ medicata pro balneis cõueniant.

Quas parte iuuent balnea thermalia

parcendum ſit, voluptatem eam, non raro cum noxa eſſe coniunctam, adeoq; in ſanis horum balneorum vſum omnino eſſe ſuſpectum, quippe medicamentoſum, & qui potius alteret, quam conſeruet. Vnde illi meritò ridendi, qui apud Plinium *lib 31 capit.* 6 gloriæ, & oſtentationis cauſa, plurimis horis aquarum huiuſmodi calorem perpeti conſueuerunt.

Balnea thermalia ſanis noxia.

Balnea ex oleo *Vide de his Aetium lib.* 3 *c.* 169. duplici modo adhibentur. Vel enim oleum cum aqua miſcetur, & hydrelæum fit; vel ſolùm oleum vſurpatur ſiue commune, ſiue medicatum, vt ſeminum lini. Facultas his balneis eſt, ſedandi dolores, laxandi, emolliendi.

De balneis arte factis ſimplicibus.

Vnde vſus eorum eſt in conuulſione orta ex inanitione, inflamatione, vulnere ex inciſo vel puncto neruo, in contuſionibus neruorum, in tremoribus, in febribus cum immodico frigore, quales ſunt epialæ, & quotidianæ; in difficili partu, in calculo, voluulo, vrinæ difficultate, colicis, & omnibus alijs doloribus in quibus tamen oleo communi longè eſt efficacius oleum è ſeminibus lini expreſſum.

Balneum ex oleo duplex.

Facultates balnei ex oleo.

Balnea ex lacte præter refrigeratoriam, & humectatoriam facultatem, emolliendi quoq; vim habet, & aliquo modo renutriendi. Vnde Auicenna *in cura hectica*, in hecticis nimio calore arefactis, & ſimilib. vitijs id conſulit. Sed hodie rarò in vſu eſt, eique quidam ſubſtituunt balneum, quòd ex cucurbitæ, & citruli ſeminibus aut ſuccis, ex elixis caſtratorum capitibus & vitulorum pedibus, alijſq; iuſculentis conficitur, idquè habent pro ſecreto. Sed id perperam fit meo iudicio, cum hæc emplaſtica vi cutim ſtipent; & pro humectatione calorem inducant. Præter hæc in decoratione lactis quoq; vſus olim fuit, maximè aſinini, quòd creditum eſt mirificè conferre candori, & mollitiei carnium. Vnde Poppæa Domitij Neronis vxor, vt Plinius *libro* 28. *capitulo.* 12. habet, & falsè ridet Iuuenalis, *Iuuen. Sat.* 6. quingentas in hunc vſum fetas aſinas per omnia ſecum circumduxit.

Balneum ex lacte, & eius vires.

Balneum quoddam à noſtri temporis medicis perperam balneo lactis ſubſtitutũ.

Lactis vſus ad decorationem.

Balneum ex vino calefacto, calefacit actu & potentia, exiccat, attenuat, aperit, diſcutit, membrorum laxitates inſtaurat, iuncturas firmat, bonum odorem, gratumq; colorem conciliat. Vnde eius vſus in neruorum, ac iuncturarum malis efficaciſſimus eſt. Quantum enim bibitum cerebro, neruis, ac iuncturis obeſt; tantùm extrinſecùs adhibitum earum partium vitijs medetur dolores ſedando, tumefactiones inhibendo, laxitates confirmando.

Balnei ex vino vires.

Vlcera quoq;, & vulnera eo vtiliter lauantur. Fit autem ex vino potiùs veteri albo, odorato, & tenuium partium, quàm alio aliquo, quippe in quo, quas diximus, facultates magis inſunt: acidum tamen vinum, imò ipſum acetum, cum valenti penetratione opus eſt, ſæpe vtiliſſimum eſt, quo modo legimus apud Plinium, *libro* 23. *capitulo primo*, Marcum Agrippam grauiſſimo pedum dolore tentatum, demerſis in acetum calidum cruribus euaſiſſe.

Ex quo vino conficiendum.

Huc pertinere videtur vſus vinaceorum, quibus mira eſt in diſcutiendo, & inſenſibiliter euacuando humores facultas, vt vſu comprobarunt tùm alij, tùm præcipuè Donatus Antonius ab altomari, qui primus ea videtur in vſum reuocaſſe.

Vinaceorũ vſus, & vires.

Eſt verò eorum vſus præcipuè in arthriticis doloribus, articulorum tumoribus cum alijs, tùm maximè œdematoſis; vnde nonnulli

in

Vinacea ut eligẽda.

in leucoplegmatia quoquè ea adhiberi poſſe exiſtimant. Eliguntur autem in hunc vſum vinacea recentia, & potius ex vuis dulcibus, quàm auſteris, vel alijs, quæquè prælo preſſa priùs cùm muſto ſuo efferbuerint. Hæc talia humi, aut conclauis etiam in parte ſuperiori ædium pauimento aceruanda ſunt, & manibus adeò præmenda, ac læuiganda, vt, quoad fieri licèt, partes eorum cohæreant: deindè, craſſis, laneiſq; tegumentis contegenda, ne ex ambiente refrigerentur, ſeruandaq; eorum caliditas forib. ac feneſtris omninò clauſis potiſſimùm vbi ex aliqua cauſa aer fuerit frigidior.

BALNEVM EX SANGVINE HVMANO.

De balneo ex ſanguine humano nihil dico, quòd inferinum eſt, tametſi non ignoro ex Plinio apud Aegyptos in elepantaſi, *lib. 26 cap. 5.* ſed pro regibus tantùm vſurpatum fuiſſe; eiuſq; vſum temerè ſuaſum Conſtantino Magno, vt in Concilijs legitur *Concil. tom. 3.* & teſtatur alicubi Adrianus Põt. *in epiſt. ad Irenèum*

DE BALNEIS ARTE FACTIS CÕPOSITIS.

Balnea arte facta compoſita, ferè ſuccedanea ſunt balneorum naturalium medicatorum. Vnde tot propemodum ſunt eorum, tùm ſpecies tùm vires, quot thermalium. Alia enim componuntur ex calefacientibus, refrigerantibus, ſiccantibus, & præter hæc ex humectantibus: quo ſolo à medicatis naturalibus differunt, quòd illæ omnes exſiccent, vt dictum eſt: *ſup. tract. de vſu aquar.* alia ex adſtringentibus, alia reſoluentibus, aperientibus, attrahentibus: alia ex detergentibus ex emollientibus, & relaxantibus: alia ex alia corroborantibus.

Horũ varietas, & vires.

Materia ex qua fiant.

Fiunt autem ex triplici omnia materia, foſſilibus, ſcilicet, ſtirpibus, & animalibus. Ac materiæ quidem ex ſtirpibus, & animalibus petitæ, ſatis in tractatu, *De ingreſſu ad infirmos.* explicatæ ſunt. Quæ autem ſumuntur à foſſilibus, tot ſunt omnino, quot rerum genera miſceri cum aquis medicatis ſuprà diximus. Vnde pro adſtringentibus alumen, & ferrum miſcemus, & chalchantũ: pro reſoluentibus, aperientibus, & attrahentibus ſulphur, & calcem: pro detergentibus ſalem, nitrium, cinerem: pro emollientibus, & laxantibus bitumen; pro corroborantibus argentum, aurum, ferrum, cuprum. Omnia verò præter aurum, argentum, ferrum in liquore aliquo incoquuntur, modò inferiùs dicendo, maximè verò in aqua communi pura, quæ bibitur, vt potè, quæ ad omnes medicamentorum facultates, maximè ſecundas, conſpiciendas eſt aptiſſima. Id quòd vel ſapores ipſi demõſtrant, quos omnes ea contrahit, dũ per loca tranſit, vbi foſſilia illis prædita continentur. Vnde à veteribus Panſpermia, quaſi ſaporum omniũ ſeminarium appellata fuit. Sed de natura balneorum hæc ſufficiant. Rectus iã eorũ vſus explicãdus eſt.

Materia in qua horum balneorum.

Aqua aptiſſima ad conſpiciendas medicamentarũ facultates

Quãtitas liquoris & balneo.

Quantum igitur attinet ad quantitatem, in vniuerſum tanta liquoris eſſe debet quantitas, vt patiens eo totus operiatur excepto capite. Particulatim autem in artificialibus cõpoſitis, quę vt dictum eſt, ferè aquis thermalib: ſubſtituuntur, pręter hãc adhibendi liquoris quantitatem, etiam ingredientium doſis attenuenda eſt. Ea eſt, vt mineralia quidem imponantur, a lib. j. ad lib. iiij. aut v. herbæ ad manipulos x aut xv. flores ad P. xij. radices ad lib ij. vel iij. ſemina ad vnc. iiij. aut v. legumina ad lib. ii animalia autem vel eorum partes pro neceſſitatis exigentia. Porrò miſcentur omnia non eodem modo Foſſilia enim, ſi ex eorũ numero ſint quę in aqua tabeſcunt, vt nitrum, ſal, alumen, chalchanthum ſatis eſt, ſi agitentur cum aqua, quamuis melius miſceantur, ſi cum illa bulliant:

Doſis ĩgredientium balnea artificialia compoſita.

Modus mixtionis horum ingredientiũ cum liquore.

quæ non tabeſcunt, ſi ſint metalla, ferrum, æs, aurum, candentia ex liquore extinguntur, idquè toties iteratur, dum vim metallicam liquor contraxerit, calx, cinis, gypſum, miſcentur in puluerem redacta cum aqua, quæ deindè bullit, vel percolatur per vas pertuſum exiguis foraminibus, vt fieri ſolet lixiuium. Sulphur, & bitumen ægrè miſceantur. Nam ſi antè liquentur igne, in aqua ſtatim concreſcunt; nec vllo pacto vim ſuam illi impertiunt: ſi contundantur, & in pulucrem reddacta iaceant, vel incoquantur in liquore diutiùs, minimum ſuę facultatis relinquunt. Stirpes ſiue diutiùs iaceant, ſiue incoquantur liquori, magnam partem ſuæ facultatis in eũ deponunt, quòd animalibus etiam euenit. Eatenus autem iacere, & incoqui debēt hæc omnia, dum aqua vim eorum præ ſe ferat, quòd ferè fit, ſi aqua ad tertias decoquat r. Verùm exemplis res erit manifeſtior. Pro balneo ig tur calefaciente, ſiccante, diſcutiente. *Rec. aqu. dulcis q. ſ. In hac. per ſpatium vnius diei iaceant saluia, ſtæchados, ſerpilli, betonicæ, rutæ menta, chamædryos chamæpyt an. M viij ſulphuris lib vi. Coquantur ad tertias, vel ad dimidias.* Pro anodyno. *Rec. aqu communis, vel lactis q. ſ. in eis ponantur chamamel. meliloti fœnugræci, an. M x radicum althe æ, ſemin. lini an. vnc x. vulpes integra, & tria capita vernecum. Coquantur ad tertias.* Pro adſtringente. *Rec. aqu. pluuialis, aut communis vel vini auſteri q. ſ. roſarum myrti, lentiſci maliſcorij, balauſtiorum an M. vi. aut vij. aluminis lib. ij. Coquantur ad tertias, & in liquore extinguatur ferrum, vel chalybs candens, ter vel quater.*

Foſſilia ut miſceantur.

Stirpes, et animalia eorumq; partes ut miſceãtur

Exempla balneorũ artificialium.

Modus utēdi balneis triplex apud veteres.

De modo. Veteres balneatione vtebantur tribus modis. *Vide Galen. lib. de tremore, & palpitatione, Vitruuium, Plin. Pauſaniam, locis ſæpè citatis.* Primò per immerſionem, & emerſionem, vt quandò ingrediebantur balneum, & ſtatim egrediebantur. 1 Secundò per natationem. 2 Tertiò per infuſionem, & quando balneum ingrediebantur, & n ipſo diù manebant quieti. 3 Ex quibus modis primus noſtro æuo rariſſimus eſt, ſecundùs ferè tantùm in aquæ frigidæ vſu locum habet: tertiùs frequentiſſimus. Cæterùm quidquid ſit de his modis; *Si de frigida lauatione ſermo ſit, Vide Gal. 4. de Tuend. 3. Aetium lib. 3 cap. 165. Oribaſ. 10. Collect. cap. 6. & 7* ea conuenit non ſincerè frigida, ſed talis, quę nec purè frigide ſit, nec tepida. In illam verò prægreſſa exercitatione, vel frictione inſiliendum eſt, non cunctanter, & lentè, ſed celeritèr, & confertim. Dixi prægreſſa exercitatione, & frictione, quia hæc calorem natiuum foras euocant, opponentem ſe iniurijs aquę frigidæ, & prohibentem ne eius ſubſtantia violenter in profundum tranſeat, & viſcus aliquod ferrat.

Modus lauãdi in frigida.

In frigidã confertim & celeritèr inſiliẽdũ etc.?

Dixi non cunctantèr, ſed celeritèr, & confertim, vt vno tempore omnibus corporis partibus frigida circumfundatur. Secus enim natura ſe totam ad immerſam partem conuertit, quò ſit, vt non æqualiter ſubindè reſiſtat, ac horrore afficiatur. Ita lotus, egreſſus fricetur, dum incaleat; & vbi quieuerit per horam, cibum ſumat ampliorem, parciùs bibat. *Quoad tepidã aqua* balneum ſpectat illud ferè in tinna ſeu labro adminiſtratur. Modus autem eius adminiſtrandi talis eſt. Vbi balneum præparatur, ne in principio ſit magis calidùm, quàm conueniat, imperari debet, vt vas ſeu tinna ſit ſemiplena aqua frigida, deindè hora balnei aduentante, tantùm calidæ ad frigidam affundatur, quò tota

Modus lauãdi in aqua tepidæ balneo.

aqua

aqua teporem quendam acquirat. Dum verò aſſunditur aqua, agitetur ea, quæ eſt in tinna. Ingreſſo patiente balneum, nonnihil calidæ ſenſim iterum affundendum eſt, vt, quæ, in tinna exiſtit, tepida ſeruetur, & dũ eſt in balneo, tinna linteamine cooperienda eſt. Verùm aqua mutanda eſt 2. vel 3. die, niſi ſubſit ſcabies, quo in caſu ſingulo die abijcienda, vel locandus Aeger in loco per quẽ iugiter fluat aqua. Cæterùm, quoniam ex vſu balnei huius, corpus, plus quam conueniat, transpirabile euadit, ideò antè quam patiens egrediatur, ad pororum conſtipationem affundenda eſt frigida, deinde patiens è balneo egreſſus linteaminibus mollitèr detergeatur, & exiccetur, poſt in lecto decumbat, ac per horam vnam vel alteram quieſcat, quo tempore, ſi opportunum videb tur, Lac ſecundum priſcam conſuetudinem, aut ptiſana hordacea, cum carne parata dari poterit: ſicuti ad pororum occluſionem, & ad retinendum alimentum attractum, totum iniungere oleo vel amygdalino dulci, vel violaceo, non abs re fuerit. Sed antè balneum etiam ad maiorem ipſius penetrationem, ſoleo ego imperare, vt corpus moderatè fricetur. Atq; hæc quidem, licèt potiſſimum verificentur de balneo aquæ dulcis, vt vnicuiq; patere poteſt, poſſunt tamen ad cætera etiam balnea, præter thermas, transferri; illud potiſſimũm, quòd tepida adminiſtranda ſint, & quòd ab egreſſu balnei, ex oleo medicamentum liceat adhibere, ad ſcopos intentos accommodatum.

In egreſſu, & poſt quid faciendum.

Ante ingreſſum balnei tepidi fricãdus æger.

Modus vtendi aquis thermalibus.

De thermalibus verò ſeù naturaliter medicatis aquis, ità habendum eſt, pro balneo maximè aptas eſſe calidas actu, ea tamen caliditate, quæ ad tempus anni, ad morbos, ad ætatem, ad corporis habitum, temperamentumq; ſit accommodata. Alia enim ex his magis, alia minùs calidum poſtulant. Dixi autem maximè aptas eſſe pro balneo actu calidas. Nam licèt præcipuè calidę adminiſtrentur, tamen quandoque etiam actu frigidis vtimur, & in duobus præcipuè caſibus ad emendandam ſterilitatem à cauſa calida, quò modo in vſu ſunt apud mulierculas balnea de Agnano in agro Piſano, & ad profligandam elephantiaſin, qua ratione veteres in aquis ſalſis, ſulphureis, & aluminoſis frigidis natationes inſtituebant. Debet autem aqua pro balneo eſſe pura: & ideò quotidiè eſt immutanda, & expurgandum ſolium. Nam cùm bis æger fuerit in balneo, ſolet amittere vim ſuam aqua, & putreſcere. Sed & tectum ſolium eſſe debet, vt ne à cadente pluuia, vel vento, vel alia re extrinſeca immutetur. Lauatio autem ſic peragatur. Ingrediatur balneum cætera nudus, præter caput, quod optimè tegendum eſt, (ne à vaporibus balnei repleatur.) præmunitis partibus, ſi quæ præmuniendæ. Sæpè enim accidit, vt balneum ſit vtile ratione vnius partis, inutile ratione alteriùs, quæ ideò, ne nocumentum capiat, præmunienda.

Therma actu calida potiſsimũm administranda.

Actu frigidis thermis quando vtãmur.

Aqua thermalis pro balneo ſeruetur pura.

Ante ingreſſum balnei thermalis qua facienda.

Præmuniuntur autem ferè in thermis calefacientibus partes calidiores, renes, hepar, vnguento roſ. comitiſſæ, infrigidante Galeni, ſantalino: in refrigerantibus autem frigidiores, vt ventriculus, cerato maſticino, aut ſpiccato. Deſcendendum autem eſt in balneum aqua quieſcente, idq; ſenſim, ac ſenſim ſi calida ſit, ne conſtipetur à calore cutis, *Galen. 3. de Tuend. cap. 8.* & vt paulatim aquæ caliditati patiens aſſueſcat: cumquè in balneo fuerit æger, quieſcendum illi eſt, & tacendum,

In ingreſſu & in ipſo balneo, quid agẽdum.

dum, iubente, Hippocr. *3. de ratione vict. 55.* Si enim moueatur, duplici nomine lędetur ex Antylle, & quia vapores excitabuntur ad caput, doloremque patient, & quia magis ęſtuabit, nouo ſemper acceſſu caliditatis ad corpus prouitato. Balneo egreſſus ęger abſtergatur optimè, benè tectus maneat in lecto per horam, & ſi laſſus fuerit, dormiat, ſudetq; ſurgat poſteà, & ſudorem abſtergat, benè indutus deambulet, ac tandem cibum aſſumat parciorē in prandio, ſi bis ineundū ſit balneum in die; largiorem in cęna; nec à prandio vllo modo dormiat.

Poſt egreſſum è balneo quid faciendū.

Quoad tempus, eius triplex eſt conſideratio. Nam vel tempus quęritur vſus balnei; vel morę in balneo vel numeri dierum, quibus vtendum balneo. Quòd ad primùm ſpectat, in genere, tempus, vtendi balnei eſt, dum adſunt indicantia, abſūt prohibentia commemorata. In ſpecie, ſi de anni tempore loquamur, balneum aquę dulcis temperatum, vel tepidum, adminiſtrari poteſt quolibet anni tempore pro frigido aquę ſimplicis balneo ęſtas conuenit, ex Galeno, *3. de Tuend. 4.* qui tamen de natatione potiſſimùm loquitur pro thermis calidis Ver. & principium ęſtatis: pro frigidis, ſinè actu ſiue poteſtate, calidiſſimum, quale eſt diebus caniculiaribus.

Tempus adhibendi Balnea.

Tempus vſus Balneorum in genere.

In ſpecie.

Tempus anni.

Si de die ſermo ſit, & de hora particulari, frigidę vſus in ſanis iucundus die tranquilla, *Gal. ibid.* & calidiſſima, eiuſque hora calidiſſima: ab homine nulla re alterato, non laſſato à Venere, vigilijs, inanitione aliqua, excrementis depoſitis, & vacuo ventre: in ęgris, & maximè per febres, apparentibus ſignis concoctionis, & febre exiſtente in vigore. Thermis apta eſt hora matutina, vel apparente ſole, vel paulò poſt eius ortum: & veſpertina, quę fit ſeptima à prandio, tribus, vel duabus, ad minùs horis antè occaſum ſolis: ità tamen vt à cibis liber ſit ſtomachus, *ex Hipp. 3. de rat. vic. 54.* & pręceſſerit euacuatio, non tantùm fęcum communium, ſed totiùs corporis: quę quidem multò eſt pro balneo harum aquarum magis, quam pro potu earundem neceſſaria, cùm aquarum potus ſupplere poſſit, poſſit ſaltem primis diebus, vicem pharmaci; at balneum euacuet quidem humores tenuiores, ſed craſſiores eliquet, & fundat per totùm corpus. Quoad tempus morę in balneo. In frigido dulcis aquæ balneo nimia mora noxia eſt. *5. aph. 5. 17* Galenus in ſanis vult experientia eſſ metiendam. *3. de Tuend. 4.*

Dies, & hora.

Euacuatio totius pro Balneo thermarū magis neceſſaria, quàm pro potu.

Satis enim moratum, inquit, qui egreſſus coloratior, ex frictione apparet: plùs æquo, qui tardius caleſcit, & decolor manet. In aquę dulcis balneo tepido, ferè hora conſumitur: in thermalibus frigefacientibus immorari ſolent horis tribus, vſquè ad quinquè, ſine noxa, quo modo vtuntur Balneo de aquis: in calefacientibus mora eſt vnius aut ad ſummum duarum horarum, ſi corporis habitus ſit frigidiſſimus: quæ tamen omnia pro ratione naturæ ipſius aquæ, ægri, & morbi, variè temperanda ſunt: nec ſtatim incipiendum a ſumma mora, quæ conuenit: ſed ad eam pergendum per gradus, & paulatim. Circà tempus numeri dierum, balneum aquæ dulcis cōtinuatur ferè per menſem: pro thermis valdè calidis, conſuetus numerus eſt dierum quindecim, in mediocribus viginti. in imbecillioribus triginta. Sed hanc rem maximè iuuantia, & lædentia determinant. Si n. æger videat ſe alleuiari, & id tantò magis, quantò magis vtitur

Tempus moræ in Balneo.

Tempus numeri dierū quibus vtendum Balneis.

balneo,

balneo, eo vſq; illo vtatur, quo iuuamentum recipit: ſin minùs, deſiſtet. Et hæc de balneis.

De vſu vinaceorum. Vbi agendum. Quantitas.

Verum quia balneo ex vino vinaceorum eſt facta mentio, etiam eorum vſum vt explicemus res poſtulat. *Quoad vbi* agendum igitur, patet ea exteriùs tantùm adhiberi. *Quoad quantitatem*. Ea ex partibus inſerendis deſumitur. Maior enim eorum copia requiritur, ſi vniuerſum corpus inſerendum in ea ſit, minor ſi pars, vel partes aliquæ. *Modus adhibendi*. eſt æger exutus, in ſcrobem commodè paratam, in qua vinacea ſint propoſita, inſeratur, protinuſq; vinaceis ſuprà deſcriptis contegatur, & ſic contectus laneo tegumento veletur. Inſeretur autem toto corpore ſi totum affectum ſit, iacebitq; in fouea tanquam in lecto, puluinari ſub capite poſito. Si partes aliquæ tantùm laborent, vt brachia, crura, imponentur illæ tantùm. Delicatis ægris, qui inſident vinaceis, ne in partibus circà ſedem, labor, aut dolor, aut exulceratio oriatur, linteum duplicatum, aut etiam quadruplicatum ſuſtinere poterit. Illi autem, qui toto corpore in ea immittuntur, antequam immergantur, linteo molli, & veteri inuolui poterunt, & ſic ſuper eos vinacea proijci.

Modus adhibendi

A vinaceis quomodo regenda æger. De renouatione vinaceorum.

A vinaceis æger detergatur, & in eodem conclaui, in quo vſus eſt vinaceis, leuitèr ex calefacto; iaceat ſaltem per horam, pannis mediocritèr contectus, deindè calidio linteo rurſus detergatur, & conſuetis veſtimentis induatur. Singulis autē quatuor vicibus vinacea renouentur. Secus enim metus eſt ne putreſcant, & immoderatè calefaciant. Quoad tempus. Vtendum ijs vniuerſo corpore euacuato, ventre à cibis, & alijs ſuperfluis purgato, per medium horæ ſpatium, quòd minimum ſit. Satiùs enim fuerit integram horam in ijs immorari, cum exiguo tempore calor eorum, quippè moderatus, parùm agere poſſit. Robuſti quidem, & manè, & veſperi illis vti poterunt: debiliores manè tantùm, idq; ad dies, priores quidem quindecim circiter, poſteriores viginti, & ampliùs.

Quando agendum.

Tempus mora.

Tempus numeri dierum.

Reſtat iam, vt quoniam ſub balneis comprehendi diximus, aſperſiones, ſeu perfuſiones, & lotiones, ac inſeſſus, breuiſſimè de his etiam aliquid dicamus.

Aſperſio, & eius materia ex aqua.

Aſperſio initur, perfuſio, & affuſio quoq; dicta, ferè ex ſola ſit aqua ſimplici, niſi quis aſperſionis nomine ſtillicidium quoq; contra mentem Galeni, & veterum, velit intelligere, de quo ſuo loco. Fit autem aſperſio ex aquâ cum tepida, tùm frigida. Tepidæ aſperſio, aut nihil aut primùm differt à lotionibus, de quibus mox. Frigidę aſperſione Hippocratem, Galenum *loc. infrà citandis*. Aetium, Oribaſium, in trib. potiſſimùm caſibus vti reperio, ex quibus & *indicantia* eius patent. primò cum vnire ſpiritus, & calidum innatum volunt: & hoc modo Hippoc. 1
eam probat in Tetano ſine vlceratione, 5. *aph.* 21. æſtate media, in iuvene benè carnoſo: Galenus in 2
deliquio animi 1. *ad Glau.* 14. Aetius ex Archigene, *lib.* 3. *cap.* 171. in ſtatu ardentium febrium. Secundò cum affluxum humorum cohibere, & adſtringere eſt animus: & ſic 3
vſum præſtat in ſanguinis fluxu, 5. *aphoriſ.* 23. *Aet. ſup.* & in catarrho contumaci. Tertiò cum dolorem, inducendo temporem modicum, ſedare conſilium eſt, ad quem modum eam adminiſtrat Hippo. 1. *aph.* 25. in tumoribus, & doloribus articulorum ſine vlcere. *Prohibentia*. patent ex dictis de balneo frigido. *Circà rectum* vſum id vnum notandum,

Tepidæ aquæ aſperſio. Frigidæ aſperſionis vſus triplex apud veteres.

Prohibentia aſperſionem frigidam.

Rectus vſus.

dum, aſperſionem frigidæ confertim, & copioſè adminiſtrandam, ex pp. locis cit. tepidam autem ſenſim, & eo vſquè dum pars rubeat, & in maiorem molem attollatur. Porrò ſubſtituitur non rarò perfuſioni vſus ſpongiæ, ſeù fomentum per ſpongiam ex Archigene, qui teſte Aetio, *loco ſup. citat.* in febribus æſtuoſis faciei, & pectori ſpongiam frigidam adhibet, & Galeno, 4. *&* 14. *Meth.* qui temperata aqua per ſpongiam inducta, vlcera ſicca, & ſqualentia humectat.

Subſtituta aſperſioni frigidæ.

DE INSESSV.

Inſeſſus Græcis ἐγκάθισμα vulgò ſemicupium, nihil aliud eſt, quàm dimidium ſolium, ſeù balneum, cui ægri ad vmbelicum vſquè inſident. Vnde, & vſus eius eſt in malis partium illarum, renum ſcilicèt, partium genitalium, inteſtinorum, & ſedis; quanquam interdum etiam, ob virium imbecillitatem balneum prohibentem, ei ſubſtituitur. Adhibentur autem præcipuè inſeſſus ad calefaciendum, diſcutiendum, & ſiccandum: ad refrigerandum, ſiccandum, & adſtringendum: ad laxandum, & emolliendum: ad dolores ſedandos.

Inſeſſus quid. Vſus eius & vires.

Fiunt autem vel ex aquis thermalibus iam commemoratis, vel ex decoctione in liquore aliquo, potiſſimùm aqua, herbarum, florum, radicum, & ſeminum pro morbi natura. Doſis ingredientium horum ex ſubiectis exemplis patefiet. Si enim inſeſſus comparandus ſit ad calefaciendnm, ſiccandum, & diſcutiendum, vſurpari poterunt thermæ calidæ, vel decoctum, quòd *Rec. betonicæ, ſaluiæ, anthos, ſtachados, pulegij, chalaminthæ, hyſſopi ſampſuchi, origani, artemiſiæ, chamæmeli, anethi an. M. iij ſulphuris lib. j ſalis lib. j. s. aluminis lib. ſs. M. & bulliant inducentis lib. aquæ communis, ad tertias*, & pro ſingula vice tantùm iſtius decocti accipiatur, vt ægri vmbilicum, in vaſe ſedentis, attingat, & vbi adſunt flatus, ſemina carminantia poterunt addi.

Vndè fiãt inſeſſus. Rectus vſus. Doſis ingredientium. Exempla inſeſſuũ.

Inſeſſus calefaciẽs ſiccans, diſcutiẽs.

Inſeſſus refrigerantes, ſiccantes, & adſtringentes, parantur ex thermis frigidis, & aluminoſis, vel ex decocto, quòd *Rec. roſarũ, balauſtior. myrtillor. malicorij equiſeti, veſicularum vlmi, plantag. polygoni. foliorũ quercus, meſpili, ſorbi, cydoniũ, gallarum, nucum cupreſſi, an. M. ij. acaciæ, hypocyſtidis an. vn. j. aluminis lib ſs. Bulliant in aqua pluuiali, vel chalybeata ſeù ferrata, vt ſupradictum fuit de inſeſſu calefaciente.*

Inſeſſus refrigerãs ſiccans, adſtringens.

Inſeſſus anodynus fit in doloribus inteſtinorum, & coxendicis, ex oleis anodynis dictis ſupra; item ex aqua lanarum ſuccidarum; qui idem inſeſſus valet etiam in dolore nephritico, & olei loco ſubſtitui poteſt decoctum chamæmeli, anethi, fænugræci, ſeminum lini, altheę, liquiritię, maluarum; rad. liliorum alborum, parietar. meliloti, & huic decocto butyrum, pinguedines, medullę, atque olea addi. Atquè hic idem inſeſſus valet quoquè ad laxãdum, & emolliendum. Ad ardorem vrinæ, inſeſſus conducit in aqua dulci, maximè, cui œſypus ſit additus. Ad mouendas vrinas, & lapidem conterendum, faciet decoctũ ſuprà pro inſeſſu anodyno propoſitum, ſi adijciantur ſimplicia appropriata; quemadmodum, & ad menſes mouendos, ſi, quæ illos cieut, addantur. Reliqua, quę ad vſum inſeſſuum faciunt, petenda ſunt ex, recto vſu balnei.

Inſeſſus anodynus

Inſeſſus admolliẽdum, & laxãdum.

Ad vrinæ ardorem.

Ad mouendas vrinas & ad calculum.

Ad menſes ciẽdos.

Lotiones balnea particularia ſunt. Abluuntur enim caput, axillæ, manus, pedes, & naturalia. Capitales ablutiones fiunt ex herbis, & floribus capitalibus, incoctis in lixiuio, & ijs magis, qui calidi ſunt natura, & ſicci, conueniunt, quam ijs qui frigidi, & humid. Axillarum ablutiones,

Lotiones quid, & quarum partium.

tiones ex adſtringentibus fiunt, vt oleaſtro, lentiſco, additis odoratis vt roſis in lixiuio. Pedum lotiones ex varijs ſimplicibus componuntur prout vel humores ex ſupernis ad inferna reuellere illis volumus, vel

Vnde fiat.

laſſitudinem diſcutere, vel ſomnum conciliare, ad quos vſus potiſſimùm adhibentur. *Quoad vſum.* Doſis ingredientium eſt à M. v. ad x. Quoad reliqua, capitis lotiones calidæ ante cibum, corpore recrementis vacuo adminiſtrandæ ſunt, ſic tamen,

Vſus rectus lotionum.

vt ſtatim caput abſtergatur linteis calidis, & exiccetur. Pedum lotiones, vel veſperi ante cibum, vel etiam ante ſomnum adhibentur. Non ſunt autem pedes poſt eas abſtergendi, ſed linteo humido inuoluendi, maximè ſi ſomnus prouocandus, aut laſſitudo diſcutienda ſit.

SECTIO XI.

De natura, & recto vſu ſtillicidiorum.

Stillicidium quid.

STILLICIDIVM, vulgò Duccia, & gutta vocatum, ea eſt medicamenti formula, qua ex alto, pluuiæ inſtar, in partem aliquam liquidi fit humoris deſtillatio.

Eius vſus apud veteres.

Hoc in vſu apud veteres quoq; fuiſſe, vel ex Galeno conſtat, 13. *Meth. cap.* 22. qui capiti laboranti hac formula humida medicamenta adminiſtrare præcipit. 1. *Tetrabib. Serm.* 3. c. 167. Sed, & Aetius quoſdam caput ſupponere aquis medicatis conſueuiſſe confirmat. Horatius quoq; eorum meminit. *epiſt. ad Vallam. Qui caput & ſtomachum ſupponere fontibus audent, Cluſinis* per quos fontes Cluſinos (vt hoc obiter dicam) videtur intelligere balnea S. Caſſiani,

Stillicidium & embrocha vtrum idē.

quę ad confinia vetuſti Cluſij ſita fuiſſe conſtat. Sunt ex recentioribus qui idem eſſe putant ſtillicidum cū embrocha, ſeu epibrocha veterum. Sed videtur embrochæ vox patere latiùs, & omni aſperſioni ſeù perfuſioni poſſe accommodari; adeoquè ſtillicidiū potiùs ad κατειόνσιν ſeù καταντλησιν reuocandum eſſe.

Stillicidiorum efficacia.

Quidquid huius ſit, conuenit inter omnes, ſtillicidium excellere quàm libet aliam externi medicamenti formulam, ſecundum actiuitatem, & iure quidem, quoniam propter motum materię abalto cadentis, cutis incaleſcit, poriq; aperiuntur, & proinde maior fit impreſſio.

Cauſa inuentorum ſtillicidiorum.

Cauſa, & occaſio inſtituēdi huius remediorum adminiſtrandorum modi, gemina fuit, vna affectus, ob materiæ contumaciam, vel ſitum in alto, reſiſtentiæ ad alias formulas, & modos agendi; 1 altera, quæ tamen ad priorem referri, poteſt partis ipſius, cui remedium adhibendum diſpoſitio, quando ob oſſium obicem, ad affectum locum medicamenti vim peruenire non ſinit, niſi cum motu adminiſtretur: quo modo Galenus 13. *Meth. c.* 22. in capite præcipuè, hanc adminiſtrandi rationem commendat. 2

Facultates ſtillicidiorum.

Porrò varias habent dotes ſtilcida, & varias facultates. Alia enim refrigerant, vel calefaciunt, vel humectant, vel ſiccant: alia dolorem mitigant: alia attenuant, & detergent: alia emolliunt alia tandem diſcutiunt, & attrahunt.

Indicantia ſtillicidium.

Quibus ſic conſtitutis, patet iam à quibus affectibus præternaturam indicentur ſtillicidia: Nam vt ſtillicidia, & quatenùs maximæ ſunt actiuitatis, indicantur ab affectu contumace, & in habitu exiſtente: quatenùs autem ſunt prędita hac vel illa facultate, ab hoc vel illo affectu in ſpecie indicantur. Hinc, vt agunt primis qualitatibus, indicantur ab intem-

intemperie morboſa: vt ſecundis, à craſſitie, & lentore materiæ morbificæ; ampliùs à materia impacta, ac in loco profundo quieſcente.

Prohiben-tia ſtillici-dia.

Prohibentia multiplicia ſunt, & primùm eſt plethora; & cacochymia. (Hinc ferrè nullum ſtillicidium tutò adhiberi poteſt, niſi priùs totum, & laborans particula, maximè caput, ſit expurgatum.) Secundum eſt vlcus, & quælibet ſoluta vnitas, imò, & nonnunquam mala compoſitio partis, cui embrocha adhibenda. Sed ſpecialiter pro capite prohibeter ſtillicidium, ab affectu vertiginoſo, à catarrho profocatiuo, à catarrho calido; quoniam cùm merito huius oporteat parare ſtillicidium, refrigerãs, illud cerebro ſua natura frigido maximum poſſet inferrè nocumentum; quò accedit, quòd facta agitatione ab huiuſmodi remedio in capite catarrhus calidus ſua natura fluxilis, maiore præcipitio in partes ſubiectas decumbet, & ob id inſigne aliquod malum pariet, niſi dicamus catarrho mitigato, ac imminuto ſtillicidium refrigerans non improbari ac eo magis ſi facultate corroboranti, & adſtrictoria polleat. Sed, & de aquis ſponte naſcẽtibus notandum, calidas maximè ſulphureas, bituminoſas, & aluminoſas, vt Galenus 6. *de Tuend. c. 9.* ex Archigene præcipit, & Aetius repetit, *loco ſuprà cit.* calidis capitibus, ſiue caliditas cum ſiccitate, ſiue cum humiditate iuncta ſit eſſe inimiciſſimas: ſulphureas quidem, & bituminoſas, quia incendunt, humoreſq; liquant: luminoſus, quia anguſtos poros ſtipant.

Materia ſtillicidio-rum.

Materia ſtillicidiorum multiplex eſt. Nam, & aqua ſimplex dulcis, & Thermæ, itemq; decocta ex ſimplicibus medicamentis lac, oleum, vinum, ſub forma ſtillicidij vſurpari poſſunt. Vbi tamen illud notandum, rariſſimè ea, quæ humectando poſſunt refrigerare, per ſtillicidij modum adhiberi: imò de frigidis illud vniuerſè ſciendum, et ſi non humectent, ſed ſiccent, vt Thermæ frigidæ, nunquam ijs ſolis vtendum, ne calor innatus extinguatur: ſed ſemper cum his calidas, ſub tripla ſaltẽ proportione, eſſe immiſcendas. Subſtituuntur autem ſtillicidijs, vel certè illis annectuntur, Lotiones. Fotus, atq; Epithemata; ex quibus lotiones fiunt, ex qualibet materia ſtillicidiorum, & præterea ex lixiuio decoctionis accommodatorum ſimplicium. Fotus ex ijſdem materijs parãtur, ſed mediãtibus pannis lineis, vel laneis, atq; ſpongijs adhibentur. Ephithemata fiunt ex aquis ſtillaticijs, cum mulieribus aliquibus, & aceto, admouenturq; mediantibus petijs. Omnium autem horum paſſim in Tract. *De ingreſſu ad infirmos.* luculentiſſima videre eſt exempta, vt non ſit opus agere de ijs fuſiùs. Sed hæc natura ſtillicidiorum. De recto vſu illorum agendum eſt.

Doſis ſtillicidiorũ.

Quod igitur ad doſin ſpectat; hęc vel reſpicit compoſitionem medicamenti ſub forma ſtillicidij, vel doſin medicamenti iam compoſiti. *Si de poſteriori* ſermo ſit, Medicus poterit doſin illam vſurpare, quæ videbitur opportuna, Ideò prout maior; vel minor erit læſio indicantis, eò etiam copioſior, vel minùs copioſa ſtillicidij materia erit vſurpanda. Hoc verò aſſequetur Medicus, ſi per latiorem, vel arctiorem cannulam, materiam illam prodire curabit. *Si priorem ſpectemus*, ea in ſolis decoctis locum habet, quibus pro ſtillicidijs vtimur, & ex ſubiectis exemplis elucescit.

Exempla ſtillicidiorum.

Stillicidiũ callefaciẽs & ſiccans

Calefaciens ſi quidem decoctum, & caput ſiccans licebit deſcribere hunc in modum *Recipe ſalviæ, anthos, betonic. ſtœchad. ſampſuchi. verbena, abſynth. baccar. chamæmeli, anethi, an. M. iij ſantal. myrtillorum, roſ. rub.*

rub an. M. ij Salis com lib. iij. Sulphur. viui lib. i ſs alum. libr ſs. agar. in petia ligati unc. ſs. M & bulliant in lib ducentis aquæ communis ſ. a. ad tertias, & colatura facta cùm forti expreſſione vſui ſeruetur qua abſumpta, paretur decoctum nouum. Decoctum ſiccans, & ad frigidum inclinans, vel in actiuis temperatum, ſic poteſt deſcribi. *Recipe fol. oliuæ plantagin. ſemperuiui, polygoni, ſolani, gallar. nuc. cupreſſi, cortic. granator. baluſt. roſ. rub. myrtill. an. M ij beton. abſynth abrotani, chamæm. anethi; melil. fænugræci, althææ, ana. M ij ſantal. omnium an drachm. ij hypocyſt acaciæ, an. unc. ſs. aluminis lib. i ſs Bulliant in eadem quantit. aquæ chalybeatæ modo ſuperius dicto, & colatura ſeruetur vſui.* Pro his decoctis ſi Thermæ ſeligendæ ſint, pro calidis accipiantur. Porretanæ nouæ. Diui Bartholomæi, Diui Petri Patauij: Pro frigidis Villenſes, Porretanæ veteres, Calderianæ, Beatæ Virginis Patauij: Pro temperatis, id eſt, quæ in vtraquè intemperie capitis calida, & frigida, conueniant, Brandulenſes, & Aquarianæ. Habentur tamen aliquæ Thermę, in quibus, & calida ſimul, & temperata ſtillicidia reperiuntur, quemadmodum videre eſt in Balneo de Duccijs ad Corſenam, vbi quatuordecim ſtillicidia habentur: vnũ præ cæteris feruentiſſimum, quòd deſperatorum dicitur, eò quòd illud vltimo ęgri tanquam deſperati ſubire ſoleant: reliqua tredecim mitioris caloris, vndè, & temperata dicuntur. Decoctum refrigerans, humectans, ac ſomnum concilians, ex his ſimplicibus, hunc in modum, ſi vſus poſtulet, parari poterit.

Stillicidiũ ſiccans, refrigerans, vel temperatum.

Sillicidiũ refrigerãs humectãs ſomnum conciliãs.

Recipe capit. papauer. albi cum ſem. modicè contuſor. numero xx flor. viol. nenuph. fol. lactucæ, ſolani, maluæ, viol. an M. iij anethi chamæm. melil. beton. roſ. rub an M. iij extremitatum caſtrati arietis iiij caput eiuſdem numero i aquæ dulcis quantùm ſufficit, fiat decoctio modo iam dicto. Huic decocto quę ſubſtituantur Thermæ non ſunt, cùm omnes ſiccent; poteſt tamen parari loco eius decoctum, ex duabus partibus lactis vaccini, & vna aquæ, vel decocti ſolani: item aliud ex duabus lactis, & vna vini dulcis. Sed & pro parandis ſtillicidijs iam dictis ſunt olea quoquè medicata; calida quidem chamæm. anethinum, rutaceum, irinum, laurin. coſtinum, vulpinum, ſampſucinum, de ſtœchade, de Caſtoreo, & de Euphorbio.

Frigida, roſat. myrtinum, melinum: ſoporifera, cucurbitinum, de floribus ſalicum, violaceum, nenupharinum: quibus tamen, vt dictum eſt, ſolis non vtendum. *Cæterùm quoniam aliquando* ſtillicidium pro capite prohibetur, aut patientes id renuunt, quoniam eſt medicamentum operoſum, & quòd cuſtodiam requirit, ideò lotiones ſubſtitui poterunt. Lotio igitur calida parabitur in hunc, qui ſubſequitur, modum: *Recip. lixiuij facti cum cinere ficus q. ſ. beton. ſtach. ſampſ. verbaſci, baccaræ, abſynth. chamæm. roſ. rub. myrtill. an. M. ſ. Agarici in petia ligati drach i. ſs. Bulliant ad tertias, & fiat colatura pro lotione,* quæ adminiſtretur cum ſapone ſic parato. *Rec caryophyl. nucis, nuc. moſch. an. drachm. ſs. flor ſtœchad. ſantal albor. citrin. laudani an ſcrup i. agar ſimpl ſcrup. ij. ſaponis veneti q. ſ. M. & fiant pilæ, quæ ſiccatæ vſus ſeruentur:* loco autem huius ſaponis communitèr vtuntur Medici Agarico ſimplici.

Lotionum quę ſtillicidijs ſubſtituũtur, exempla.

Lotio calida.

Lotio autẽ ſubfrigida paratur ex lixiuio dulci, facto cum cinere quer-

Lotio ſubfrigida.

cus,

cus, vel ſarmentorum, in quo ſimplicia propoſita in deſcriptione embrochæ refrigerantis & ſiccantis, decoqui poterunt; ac tunc, loco saponis, vitello oui indurato vti licebit.

Lotio humectans.

Lotio humectans fit ex aqu. dulci, & ex aqua lanarum ſuccidarum.

Lotio ſiccans actu ſicca.

Lotio ſiccans poteſt eſſe actu ſicca, & humida, quæ tamen ſemper facultatem ſecundi retinet; ſicca quidem actu fit ex ſurfuribus triticeis à farina diligentèr expurgatis, item ex puluere ſantalorum, camomelli, ac caryophylorum capiti affricatis; quæ leuæ lotiones ſecurius adhibantur, quando non ſit neceſſe caput linteaminibus actu calidis fricare, vt in lotione humida actu contractere, & catharrhum promouere; Lotio ſiccans actu humida paratur ex ſimplicib. tùm calidis, tùm frigidis, de quibus paulò ſupra egimus.

Lotio ſiccans actu humida.

Stillicidiũ anodynũ.

Stillicidium anodynum ſic concinnabitur. *Recip. Anethi, chamæm. fænugr. maluar. ſem. lini an. M. iij. Bulliant ad tertias in ſ. q. aquæ dulcis vel hydralei, et colatura ſeruetur vſui.* Loco huius decocti, facit in hunc vſum, lac vacinum per ſe, vel cum modico vini mixtum. Item olea amygdal. dul. chamæm. anethinum, roſat. compl. & quod ex oliuis maturis exprimitur, vel per ſe vſurpata, vel ſimul commixta. Stillicidium emolliens ità conficitur. *Recipe maluæ, fænugr. meliloti. borrag. altheæ, liquirit. rad. lilij. albi an. M. ij. M. & bulliant in ſ. q. aquæ communis, vel olei oliuarum dulcis ad tertias, & fiat colatura pro vſu dicto.* Olea pro hoc ſtillicidio parando habentur amigd. dulc. ſem. lini, lilaceum, & commune Stillicidij diſcutientis hoc erit exemplum. *Rec. Guaiaci lib. ſs. Saſſafras unc. i. rad. ireos ariſtolochiæ, enulæ, peucedani, cucumeris agreſtis an. unc. i ſs. hyſſopi, calaminthæ, dictamni Cretici ſem. lini, meliloti fænugr. an. M. ij. bulliant in ſ. q. aquæ vel olei com. ad tertias. & fiat colatura,* quæ eadem inſeruiet quoquè ad attrahendum ad circũferentiam.

Stillicidiũ emolliens.

Stillicidiũ diſcutiẽs.

Stillicidiũ pro ventriculo frigido.

Cæterùm, quoniam in affectibus ventriculi frigidi, nihil præſtantius ſtillicidio calefaciente, & roborante, non abs re fuerit hoc in loco deſcriptionẽ vnã proponere. Hæc igitur. *Rec. olei amygd. dulc. rec. vel pro pauperibus olei communis lib. x. vini Cretici, vel in inſigni frigiditate ventriculi aqu. arden. lib. iij. maſt. electæ unc. i ſs. garyophyl. cinamom. nuc. moſc. macis, calami ar. ã. myrrhæ, aloes, laudani an. drach. i. ſs. abſynth. menthæ, roſar. an. p. i. M. & bulliant in duplici vaſe ad conſumpt. vini vel aqu. ardentis prius tamen fiat infuſio per xxiiij horas, ac tandem colatura cum forti expreſſione pro vſu dicto ſeruetur.* Verùm de quantitate hactenus.

Vbi agendum.

Quoad vbi agendum, adhibentur ſtillicidia partibus omnibus, quæ aptę ſunt, vt ſupra ipſas cadat liquor præcipuè tamen capiti conueniunt, & partibus neruoſis, atq; articulis. Hepar. lien. ventriculus, &c. cum partes molles ſint, & ideò facilè patiantur ab alijs remediorum formulis, ſtillicidijs tentandæ non ſunt, niſi in affectu contumaci, & inueterato. Quoad caput, ſunt qui diſtinguant in eo certas partes. Nam adhibent ſtillicidia in catarrho frigido humidoq; ſurditate, &c. ſuturæ coronali: in paralyſi, & ſpaſmo, occipiti, vbi neruorum principium eſt, ſed dum durat fluxio: (ſecus enim irrorãt partes reſolutas, aut contractas) in alijs capitis affectibus inueteratis vt eſt hemicrania, partem ipſam obſeſſam, & imbecillam perfundunt.

Non malè quidem illi meo iudicio faciunt: ſed tamen ſemper facilius, & promptius recipitur vis ſtilicidij

Locus vbi ſtillicidiũ adminiſtratur qualis eſſe debeat.

licidij ad ſuturam coronalem *Ad vbi agendum videtur* quodammodo reduci poſſe locus, vbi adminiſtratur ſtillicidium. De quo illud ſciendum. Primò, non debere eſſe pluuioſum, non ventoſum, non Soli expoſitum. Secundò eum duplicem eſſe: nam vel in loco Thermarum adhibentur ſtillicidia, vel extrà in cubiculis ægrotantium. Priori in loco adhibentur tantùm ſtillicidia naturalia: in poſteriori, tùm naturalia, tùm arte facta.

Modus adminiſtrãdi ſtillicidium duplex.

De modo Adminiſtratur duplici ratione. Vna eſt extra balneum, & ab eo ſeparatim: altera cum ipſo balneo, ità vt æger ſe in balneum immergens, ſimul ſtillicidium recipiat. Priori modo adhibentur omnia ferè ſtillicidia arte facta. Poſteriorùm ſunt, qui in ſtillicidijs thermalibus priori præferant. Sed; prӕterquàm quòd videtur eſſe nimis operoſus, etiam pàrùm vtilis eſſe experientia comprobatur. Quidquid ſit de modo adminiſtrandi ſtillicidium, illud ſciendum, ſemper requiri pro illo duplex vas, vnum mandans dictum, ex quo per cannulam ab alto aqua defluit: alterum recipiens, quòd geminum eſt. Primum, quòd ipſi loco irrorando à ſtillicidio applicatum, prohibet ne ad alias partes quàm affectam aqua perueniat. Secundum, quòd in pauimento poſitum deſſuentem liquorem colligit, cuius tunc tantùm vſus eſt, cum extrà locum thermarum ſtillicidia in cubiculo ęgrotantis adhibentur, tùm, ne pauimentum inundet, tum vt, ſi ſæpius vſurpandus ſit liquor, pro vlteriori vſu colligatur.

Duplex vas ad ſtillicidium neceſſariũ

Stillicidium ſemper arte calidum adhibendum.

Semper autem adhibendum eſt ſtillicidium calidum, minùs tamen calidum ſub initium, & magis in progreſſu. Cannula item per quam aqua fluit, primis diebus arctior eſſe debet, latior ſubſequentibus: ipſaq; ſtillicidij materia in principio collocanda in loco humilliori, tranſacto eò in altiori. Sed, & in ſenibus, ſi capiti adhibeatur, ex altiori loco cadere debet, quippe cum oſſa eorum ſint duriora: in reliquis ex demiſſiore. *De cætero hæc ſeruanda ſunt* Si brachio aut pedi adhibendum ſit ſtillicidium, ſedenti ægro adminiſtrari poteſt, manu aut pede in alueolum ligneum impoſitis, & ſuper ea aqua ex vaſe ſuprà dicto deſtillante: ſi partibus alijs, ſuper ſcamno balneario ſubiecto vaſi, in quo materia ſtillicidij continetur, iacente ægro, adhiberi debet, ſiue ſupino, ſiue prono, prout hæc vel illa pars requirit: quanquàm non deſunt, qui etiam ſedentibus pro ventriculo, & renibus adhibent, ſed maiore moleſtia.

Cannula per quam defluit liquor, & vas, e quo fluit qualia eſſe debeant.

Quomodo ſingulis partib ſtillicidiũ dãdum.

De capite illud peculiaritèr obſeruandum, abradendum illud eſſe, priùs quàm ſtillicidio ſubijciatur, idq; ad ſuturam coronalem, verſus ſagittalem, latitudine quatuor, longitudine autem duorum digitorum: vel albi etiam, ſi alijs capitis partibus adhiberi poteſt, de quo ſuprà. Inuenitur vero coronalis ſutura vel maſticante ægro, *Gal. 13. Meth. cap. 22.* vel extendendo manum eius applicando volæ extremum turbini naſi, obſeruandoquè quo medius digitus perueniat. Ibi enim locus coronalis ſuturæ eſt. Dum ſtillicidium adminiſtatur, omni modo cauendum, ne dormiat æger, quòd facilè fieri ſolet incaleſcente capite, & ſic vaporum multitudine ad cerebrum attracta. Perperam autem faciunt, qui cantibus vehementibus excitant patientes; cum hi caput repleant. Colloquijs igitur, & alijs id modis tentandum eſt Finito autẽ ſtillicidio pars ſiccanda, & abſtergenda linteolis, non admodum calidis

Somnus dum ſtillicidium ſumitur cauendus

lidis

Finito ſtillicidio quomodo regendus æger.

lidis: ac vel inungenda oleo aliquo eiuſdem cum ſtillicidio facultatis, vel alio quopiam munienda, quòd conſeruet qualitatem à ſtillicidio impreſſam. Vulgares pannum lineũ deraſæ capitis parti applicant, & deinde tegumentũ ſuper imponunt. Rectiùs fuerit apponere ceratum ſtillicidij naturæ, & facultatibus accommodatum, calidum, temperatum, ſiccans, humectans, anodynum, emolliens, diſcutiens, attrahens. Pro capite calido. e g. faciet ceratum, quòd *Rec. pulu. roſ. rub. unc. ſs. maſtic. el drach. ij. cùm cera colophonia, & ol. roſ fiat ceratum molle.* Pro frigido conueniet ceratum capitale ſecundum deſcriptionem Montagnanæ; ceratum de betonica, vel ceratum pro calido capite præſcriptum, adiectis pulueribus garyophyllorum, & quatuor florum capitalium ad doſin conuenientem. Pro ventriculo conuenit ceratum ex maſtiche, cum puluere aromatũ.

Quando agendum in genere.

Verum gratia capitis deſtillationũ feracis obſeruo conuenire in capite frigido, & humido ſtellicidium calfaciens, & ſiccans, decoctis ſimplicibus in aqua Thermali minere, calidæ ſuprà propoſitis, nam in cap. cal. & humido mihi eſt in frequenti vſu decoctum, quòd *Rec. aquæ aquariana boccalia xx. ſandalorum omniũ an. vnc. i aluminis rochæ lib. v. ſ. fi. liorum oliuæ, anethi. an. manip. ij. ſandaracæ Arabum vnc. iij. roſ manip. i. inſiſca bulliant in ſ. a. ad conſumptionem trium boccalium, & collatura vſui ſeruetur.*

In ſpecie.

De Tempore. Tempus ſtillicidijs aptum in genere eſt, cum abſunt prohibentia, adſunt indicantia ſup. commemorata. In ſpecie, tempus anni accommodatum eſt ver, & autumnus: hora, matutina, poſt ortum Solis, aluo priùs expiata, quà natura, quà arte; veſpertina, duabus horis antè occaſum. Quoad tempus moræ quidam tantùm id conſtituũt, dum ſentiant ægri aquæ vim ad penitiores partes penetraſſe; ſed ad ſummum id eſſe debet hora cùm dimidia, variè tamen intra hunc terminum, pro ratione ſtillicidij potentioris, vel debilioris, calidioris vel temperatioris, patientis robuſtioris, aut imbecillioris. Perſeueratur in vſu ſtillicidij, ſi ſit valdè calidum ad dies circitèr xv. in reliquis ad xxx. ſi bis in die vſurpentur: ſi ſemel ad ſexaginta.

Tempus anni.

Hora.

Tempus moræ.

Quot diebus vtendum ſtillicidio.

IVLII

IVLII CAESARIS CLAVDINI PHILOSOPHI, ET MEDICI BONONIENSIS.

DE CATARRHO *TRACTATVS.*

CVM multi ſint
affectus, in qui
bus cæteris
medicis de-
ſudare indu-
ſtriã, & ſtudiũ
decet: tũ haud
ſcio vllusne
ſit, qui hoc nomine Catarrho, vel
poſſit, vel debeat anteferri. Nam p̃-
terquã, quòd malum hoc communiſ
ſimũ eſt noſtris temporibus, & plu-
rimorum morborum ſeminarium, ac
veluti mater, etiam homini cum pri-
mis, & forte ſoli eſt infeſtum. Cuius
rei tres ego cauſas exiſtimo, vnam,
inſignem cerebri humani humidita-
tem, ob quam Ariſtot. 10 *probl.* 1. ho-
minem magis cæteris brutis tuſſire
affirmauit: alteram, ingluuiem, cui
præcęteris animantibus, magno ſuo
malo, homo eſt deditus: vndè Plato

Catarrhꝰ cur hominem imprimis affligat.

1 3 *de Rep.* ſub perſona Socratis, ſcri-
ptum reliquit, non fuiſſe cognitum
tempore Homeri Catarrhum, ſed
2 ſuo demùm tempore, ob exuperan-
3 tiam cibi & potus, genus mortale
inuaſiſſe: poſtrema; ſitus ipſius hu-
mani capitis, quòd veluti tectũ do-
mus corporeæ, & tanquàm ignis ca-
minus, fumos, & vapores omnes, qui
in corpore gignũtur, deſtillationum
non infimas cauſas, excipit. De hoc
malo, pro virium mearum tenuitate
acturus in præſentia, nihil dubito,
quin medicinę quidem ſtudioſis rẽ
gratam, & vtilem; alijs verò omnibus
non iniucundam, ſuſcipiam tractan-
dam. Quare nec de vtilitate tracta-
tionis huius, nec de eius difficultate,
quicquam mihi propoſitum eſt, vt
fieri ſolet in eius limine diſſerere:
quippe quorum alterum ex ſe ſe ma
nifeſtum eſt, nec eget demonſtratio-
ne: alterũ ex ipſius diſſertationis no-
ſtrę diſcurſu, ſatis, opinior, euadet cõ
ſpicuum; ita vt non ſit neceſſe, longè
petitis rationibus illud oſtẽdere. Ad
rem igitur ipſam rectè accedam vbi
tantillum prius de Methodo dixero,
qua vſurus ſum. Hæc verò nihil ab
eò recedet, quem alias, in ſingulis
enarrandis morbis, tenere conſueui.
Conſiderabo enim, vt in alijs hacte
nus, ita hoc etiam in malo, quædam
gratia finis medici: quædam gratia
mediorum ad finem. *Gratia finis* per
pendam Nomẽ, Generationem, Eſ-
ſentiam, Differentias, ac Proprieta-
tes, Signa vocatas; & ratione eſſen-
tiæ rurſus formam; ſubiectum pa-
tiens, cauſas. *Gratia verò mediorum*

Ordo in hoc tractatu ſeruandus.

ad finem, de Indicationibus curatiuis, Prognoſtico, & Materijs præſidiorum pertractabo.

Sed age ſingula, eò quo propoſita ſunt ordine, perſequamur.

NOMEN.

Nominis Catarrhi declaratio.

QVantum igitur ad nomen attinet, per Catarrhũ intelligo vitium cerebri, prout eſt organum, non quidem facultatis animalis, ſed naturalis nutritiuæ; merito cuius etiã alijs facultatibus miniſtrantibus vititur, & habet actiones communes cum alijs partib⁹ corporis. Sumitur verò hoc nomen catarrhi, aliquãdo latius, aliquando preſſius. Nam cum catarrhus nomen à græcis mutatum latine deſignet deſtillationẽ, ſeu defluxũ à capite in varias corporis partes; hinc, ſi conſideretur, prout refertur ad omnes è capite defluxus, in quamcumq; fiant partem, latius nomen eius ſumitur, ſicq; de eò locutus eſt *Plato in 3. de Repub. & Gal. 3. aph. 12.* Atq; catarrhum hoc modo acceptũ. Hippocr. ſi Celſo credim⁹ *lib 4.c.2.* Coryzam nominauit; quòd tamen nomen, cæteri poſt ipſum græci, in ſola grauedine ſeruarunt, deſtillationem verò illam indifferentem appellarũt καταςαγμόν: quemadmodum Cælius Aurelianus inter Latinos lib. ſecundò, cap ſeptimo, influxionem. Preſſius verò accipitur pro decubitu ad ori proximas partes tantum, nimirũ ad palatum, & os, nares, & fauces; quomodo ſumitur *3. de ſympt. cauſ. 4.* Quocũq; autem modo ſumatur, sẽper catarrhus, ſi de notionali eius definitione ſermo ſit, cum *Paulo*, erit deſcenſus humoris excrementitij à capite in partes ſubiectas, aut cum *Auicenna*, curſus materiæ à cerebro præternaturam, vt interim deſluxione à capite, & non ab alijs corporis partibus mihi ſit ſermo.

GENERATIO CATARRHI.

Generatio Catarrhi.

GEneratur catarrhus, vbi cerebro occurrit aliquid morbificũ non modo in eo genitũ, ſed etiam à toto, vel parte aliqua cõmunicatũ merito cuius facultas eiuſdem alteratrix fruſtra, excrementum craſſum, quòd gignit, gignit morbificum ità vt è cerebro egrediens corpus neceſſario lædat. Hic verò modus generationis, vt intelligatur, illud in memoriam reuocare oportet, quòd traditum eſt à Galeno, & ab alijs medicis ſæpè, nempe ſingulas noſtri corporis partes ad ſe trahere alimentũ, quo nutriantur: cæterùm, ſi huiuſmodi partes bene valeant, & alimentũ ſit probum, tunc optimam fieri concoctionem, & pauca propigni excrementa; contra, ſi partes malè habeant, vel alimentum prauum ſit, tunc coctionem vitiari, & parum alimenti in ſubſtantiam partium mutari, multà autem generari excrementa. Hac. n. ipſa ratione catarrhus quoque generatum *7. de vſu part. 1.* Si enim cerebrum benè habeat, ſanguiſquè laudabilis ad ipſum mittatur, tunc optima fit coctio, & pauca excrementa generantur, quę facilè per opportuna loca naturalitèr, & ſine noxa aliqua expurgantur. At ſi cerebrum malè habeat, & ſanguis morbificus illi occurrat, rationi conſentaneum eſt, alimentum fore paucum excrementa verò copioſa, ſæpius etiam mala qualitate referta; quæ cum à natura non poſſint regi, & detineri, ad partes ſubiectas, per vias patentes, à cerebro præcipitantur; cum natura comparatum ſit, vt vnaquæq; pars, quæcunq; illi moleſta ſunt, ad alias partes propellat. *2. de differ. febr. vltimo, lib de cauſis morb. c. 6. & 3. de facult. natur. cap. 13.*

ESSEN-

ESSENTIA CATARRHI, & eius cauſæ,

Definitio catarrhi, et eius explicatio.

EX his catarrhi definitio hæc colligi poteſt, vt *Catarrhus ſit excrementũ craſſum à cerebro prodiẽs, & corpus lædens, in cerebro ob fruſtratam coctionẽ genitũ*. In hac verò definitione cauſæ oẽs catarrhi continentur, formalis ſ. materialis, & efficiẽs. Nã finalem non habere locũ in affectu præternaturã de ſe manifeſtum eſt: Formalis igitur cauſa ijs verbis continetur, *excrementũ craſſum*. Nec obſtat quòd catarrhus ſignificet motum excrementũ autem ſit mobile. Quia in catarrho ſemper fluit materia morbifica, quo fit, vt per hanc omnino ille definiendus ſit definitione eſſentiali. Nam ſi definiretur per fluxionẽ definitio potius eſſet notionalis. Dicitur verò excrementũ ad differẽtiam alimenti, quò cerebrum nutritur. Dicitur excrementum craſſum, quoniã in qualibet coctione duo generantur excrementa, vnum tenue, aliud craſsũ. tenue in cerebro eſt vapor, qui in ſublime elat' per ſuturas cranij excernitur. Craſſum eſt muc' pituitoſus qui per membranam perforatã egreditur, & ad varias partes, potiſſimũ verò ad os perducitur. Eſt autem excremẽtum in catarrho neceſſario craſſum, Nam tametſi tenuè etiam adſit aliquando, ſemper tamẽ cum craſſo illud ex mixtum. Materialis cauſa explicatur, dum dicitur *excrementum cerebri ab eo prodiens, & corpus lædẽs* His. n. verbis ſignificatur locus generationis: nimirũ cerebrũ. ſignificatur, & locus affectus, nempe corpus. Sed, & præter hæc ijſdem deſignatur, excrementum hoc eſſe, & Symptoma, & cauſam morbificam. Nam cum ſit affectus præternaturã neceſſario erit vel morbus vel cauſa morbi, vel ſymptoma. Non eſt morbus, vt de ſe patet. Eſt igitur cauſa morbi, qua lædit corpus: eſt ſymptoma ex genere excreti mutati, prout prodit a cerebro præternaturam. Nam de ratione catarrhi eſt, vt generetur in cerebro, ſicuti videbimus. Porrò egredi, ſeu prodire a cerebro debet catarrhus. Alias. n. nõ eſſet catarrhus. Cùm autem egrediatur, neceſſario delabitur in partes alias à capite, & proinde in totũ. Lædit verò totùm, quoniam eſt morbificum, & quid præternaturam, quare intẽperantias, febres, malas compoſitiones, ſolutaſq; vnitates parit. Cum. n. in corpore, & eius partibus quieſcat catarrhus, ſtatim, ac è cerebro egreſſus fuerit, & ibi quieſcat præternaturã, neceſſario lędit, & ipſum, & partes illius, *ex Hipp. de nat. hum. com. 1. tex. 21.* propoſitam nobis à *Gal. 1. 4. aph. 12. & 3. de ſym. cauſ. 4.* Cauſã efficientẽ immediatam, & proximam illa verba commoſtrant, *genitum ob cerebri concoctionem fruſtratam*.

Cauſa catarrhi formalis. — *Cauſa materialis.* — *Catarrhus et ſymptoma eſt, & cauſa morbifica.* — *Cauſa efficiens.*

Verùm vt exacte tota hæc definitio, & conſequentèr eſſentia catarrhi intelligatur, circà formalem cauſam, & efficientem, fruſtratam cerebri concoctionem, fuſius digrediendum nobis eſt, quàm factum ſit.

De cauſa Catarrhi formalis, ideſt de excremento catarrhoſo digreſſu.

Quoad excrementum igitur, ipſum conſiderare duplicitèr oportet, prout agit in corpus, & prout ipſum lædit. Prioris ratione de ſpeciebus eius agendum eſt. Ideò enim agit, quia ſpecie eſt determinatum. Poſterioris cauſa de eiuſdem vitio dicendum eſt. Ea ſiquidem ratione lædit, qua præternaturam eſt, & vitioſum.

Excremẽti ſpecies.

Circà primùm, Excrementum hoc eſt ſubſtantia mucoſa, vel ſycera, & dicitur mucus pituitoſus; vel permiſta cum ſanguine, bile, melancholia, & mucus vocatur modo ſanguineus, modo billioſus, modo melancholius.

Excremẽti vitia.

Circà ſecũdũ, *Gal. lib. de diff. ſimp.*

c. vlt. proponit omnia vitia huius excrementi. Peccat ſiquidem ſubſtantia, quantitate, qualitate, quiete, & motu.

In ſubſtãtia.

Subſtãtia peccat, quatenùs poteſt eſſe putridum, veneficum, venereum. Obſeruãtur enim non raro vagantes Catarrhi venenati, ac peſtilentes, non ſecùs, ac venerei.

In quantitate.

Peccat *quantitate* quatenùs emittitur ex cerebro maiori copia, quã decet.

In qualitate.

Peccat penes *qualitatem*, tùm primam, tùm ſecũdam. Penes primam, prout ſentitur ab ægris calidum, vel frigidum. Penes ſecundam in vitio eſt, ratione, vel modi ſubſtantię, prout eſt craſſum, aut tenue; vel obiectorum ſenſuum, coloris puta, dum eſt flauũ, rubrum, viride, nigrum, & ſplendens vt vitrum; odoris, dum fętet; ſaporis, dum dulce, amarum, acre, ſalſum, acidum guſtu deprehenditur. Atqui de tenui, & craſſo quædam occurrunt animaduertenda primum excrementum catarrhale, & ſi tenue ſit, à prædominio ſemper habere aliquam craſſitiem, vti ſuperiùs eſt adnotatũ; prætereà vbi fuerit tenue non tãtum calidum, ſed etiam frigidum, & aquoſum eſſe poteſt, quòd generari in capite colligo *ex Gal. 1. prorrhet. com.* 12. aſſerente aliquando à cerebro in os confluere quid ſimile lachrymæ tenui, à quo ſputatio, & ſaliuatio quoquè pendere conſueuit. Tandem & id addendum excrementum, idem ſi fuerit craſſum non ſemper frigidum, ſed & calidum exiſtere poſſe, quòd craſſum euadit ob calorem abſumentem ſubtiliores partes, & propter id denſantem. Redeo igitur, & dico excrementum catarrhale peccare etiam ſecundum *quietem*, quatenùs detinetur, ſeu quieſcit extra cerebrum.

In quiete.

Ibi enim ſemper præternaturam eſt, niſi egrediatur per nares, præcipuè verò per os ſuo tempore. Dico extrà cerebrum eſſe præternaturam. Nam ſi aliquis quærat, ſitne in cerebro ſecundum naturam, ei reſpondeo eſſe, dummodò, ne copioſiùs generetur, aut per vias cõuenientes non excretum detineatur. Nam vt ſic, etiam in cerebro euadit morbificum, & varia mala capitis parit, vt Apoplexiam, capitis dolorem, & huiuſmodi. Peccat tandem *motu*, quatenùs præternaturam excernitur.

In motu.

Porrò ratione huius motus perpendere oportet, terminum a quo fluit Catarrhus, ſpacium per quòd fluit, & terminum ad quem fluit.

1 Ratione termini à quo fluit.

Terminus à quo eſt cerebrum 6. *de ſan. tuen.* 9. *&* 3. *aph.* 13. *&* 3. *de cauſ. ſympt* 4. Eſt autem cerebrum nulla alia ratione terminus à quo, niſi per motum tranſmiſſionis, quã ſcilicet à ſe propelli excrementa 3. *de ſympt. citato.*

Cur à ſe cerebrum expellat excrementum catarrhoſum.

Propellit verò, quia expultrix, vel euadit robuſtior, vt ei retentrix cedere cogatur; vel impellitur ab excremento. Euadit expultrix robuſtior, dum ſubitò, vi externi aeris, cerebrum denſatur, aut capiti repleto aliud quodcunquè occurrit vehemẽter frigidum, à quo materia veluti à manu infrà exprimatur 3. *aph* 12. id quòd eò accidit magis, ſi frigiditati iungatur ſiccitas. Sic enim magis violenta fit expreſſio. Vnde oxyrhodinorum, & aliorum id genus medicamentorum occurſu, non raro Catarrhi concitantur. Impellitur eadem expultrix ab excremento peccante, vel copia, ſic enim ſuo onere afficit expultricem; vel qualitate, ſic enim tenuitate, acrimonia, malignitate, &c. eamdem ſtimulat. Atquè hùc referenda eſt colliquatio facta à cauſa calefaciente, vt aere calefacto à ſole, vẽtis calidis igne. Nam media colliquatione attenuatur excrementum, & fluxile acrequè redditur. Breuitèr hùc pertinent, non tantũ, quæ robur, & impulſioné expultricis per ſe promouent, ſed quæcunquè adiuuant eamdẽ, vti ſunt cauſę omnes liquan-

tes,& experientes, balneum laxans, perturbansq; capitis lotio (hinc mulieres frequentèr fiunt catarrhoſæ) exercitatio nimia, animi pathemata, tegumenta capitis calida, & grauia. Ex parte liquationis, repletio verò nimia cruditas, tegumenta capitis frigida,& leuia; irrigatio, capitis cauſa frigida, otium nimium, pathemata animi refrigerantia ex parte exprimentis cauſæ. Quarum cauſarum occaſione noto, fieri poſſe, vt Catarrhus ſit calidus, cerebrum frigidum, & contra. tametſi ſępè ſint ſimilia. Id quòd animaduertere plurimum ad curationem facit.

2 *Ratione ſpacij per quod fluit*

Spacium per quoad fluit Catarrhus *ex Hip. lib. de glandulis*. eſt vel ſecundum naturam, & hoc pertinet ad palatum nares,&c. vel præternaturam, & pertinet vel ad ſpacia inania inter membrum, & membrum, vt cum materia per partes externas delabitur à cerebro: vel ad organa tùm animalia, vt quandò materia deſtillat per ſpinalem medullam, & neruos; tùm vitalia, vt quandò deſcendit per Tracheam: tùm naturaralia, vt quando defertur eadem per Oeſophagum, venas, arterias.

3 *Rōne termini ad quē fluit.*

Terminus ad quē catarrhus præcipitatur, eſt tū totū corpus, tū quęlibet eius pars. Pro hui⁹ verò termini ratione, materiæ defluxus varia mala & multiplices morbos excitat. vbi .n. ad totū ea deferatur, ſi deſcēdat per venas, febres cauſat catarrhales putreſcēte in ijs eo, quòd influxit: & totius maciē; (ſanguini .n. cōmixta, cauſa eſt, quo minus benè corpus nutriatur) ſi per arterias non modo febres, ſed obſtructiones etiam hinc difficiles ſpirationes mutationes in pulſibus inſignes per ſpacia inania, & partes externas, Cachexiam Quod ſi in partes certas decūbat, hę neceſſario ſunt extrà cerebrum, & pertinent ad organa, tū animalia, tū vitalia, tùm Naturalia.

Mala q̄ parit Catarrhus.

In toto.

In partibus animalibus.

Per animalia organa itelligimus, tū eas omnes partes, quę caput circumſtant, tū pręcipuè organa ſenſus, & motus propriè dicta. Quoad partes caput circūſtantes, ad oculos fluens, Epiphoram catarralem, produci ad nares, coryzam Græcè grauedinem Latinis, 3 *ſympt. cauſ. c* 4. 2. *Progn. tex.* 49. ad fauces, quandoq; anginā, ex *Hippoc. & Gal.* 3. *aph.* 16. maximè ſi pluuioſis temporibus ſtillet ſæpiſſimè ex 6. *de tuen. ſan c.* 9. brancon, ſeu raucedinē nā primū fit vox rauca, deindè parua, tādem nulla: ad os, & palatū, Catarrhū nomine generis dictū: ad gargareonem, vuā, ſeu ſtaphylen: ad dentes, eorū perforationes, dolorē: ad glādulas oris antiades, & pariſthmia, prout recipitur vel in glandulis, quæ in oris vtrinq; ſunt, vel eis proximè adiacentibus. Si verò fluat ad organa ſenſuum, fiūt cæcitates, ſurditas, tinnit⁹, fluctatio, odoratus priuatio: Si ad organa motus; in neruorum originibus, apoplexias, paralyſes, ſtupores, tremores, cōuulſiones, in articulis, dolores catarrhales excitat (dico dolores catarrhales, quia etiā in alijs fluxionibus cōcitātur.)

In vitalibus.

Quoad vitalia organa, ſi ruat in pulmones; pręter Catarrhū nomine generis dictum, 1. *aph.* 12. tuſſim, aſthma, & phtiſim: in pleurā, tumorē catarrhalē: in thoracis cauitatē, ampyema efficit, 7. *aph*, 38.

In naturalibus.

Quoad naturalia, in vētriculo cruditates parit, & appetentiā lædit, 1. *de ſympt. cauſ.* 7. ob humiditatē, & frigiditatē nec .n. omnis frigiditas appetentiā facit, ſed illa tantū cui iungitur ſiccitas, teſte Gal. 2 *aph. com.* 10. in inteſtinis dolores colicos, fluxus alui cerebrales, & catarrhales; in venis iecoris, lienis, obſtructiones, & inde febres, hydropes etiam, ob materiam refrigerātem, & alia mala plurima, & peſſima. Quomodo autē vnaquaq; harū partium acquitat rationem termini ad quem

facilè eſt intelligere. Nam, cùm fluxio fiat, vel transmiſſioue, vel attractione, certum eſt, partem quàm libet iam dictarum, euadere terminum ad quem ratione transmiſſionis quidem, quatenùs ſuſpicit influentem materiam, ob imbecillitatem, vel in ipſa temperie, dum eſt aut frigida nimis, aut humida, aut frigida, & humida, vel in compoſitione dum pars eſt referta vaſis amplioribus, aut conſtat ex ſubſtantia rariore: ratione verò attractionis, quatenùs vel calore, vel dolore affecta eſt, eoq; neceſſario intenſiori, quàm fit in termino à quo.

Difficultates tres ex dictis emergentes.

Verùm circà ea, quæ dicta ſunt, aliquot occurrunt difficultates, vna ſpectans ad ea, quæ circà terminum a quo allata ſunt; aliæ ad ea, quæ de ſpacio ſunt definita. Quoad primū.

I. Vtrum catarrhus poſsit concitari à frigore exprimente.

Contra id, quòd circà terminum à quo dictum eſt, Catarrhum concitari a frigore, per coarctationē exprimente, inſurgit Mercatus, *cap. de catarrho, in ſua Praxi, de morbis particularibus*, probatq; ſuam ſententiam ea ratione, quòd impoſſibile ſit, cerebrum, viuente animali, tantam ſuſtinere poſſe frigiditatem, quantà ad hoc requiritur, vt partes, præ congelatione condenſatæ, expreſſionem faciant. Propterea putat ipſe, Catarrhum quidem concitari, tùm à calore, tùm à frigore externo, ſed vtroq; liquefaciente: ac calorem quidem, id per ſe, & immediatè preſtare: frigus verò per aliud, & mediatè, nimirùm quà partes eximias denſando, calorem partium interiorum cogit, & auget, qui poſtmodum materiam catarrhalem fundit, & liquat. Sed hæc ſententia manifeſte contrariatur Hippocrati, *in lib. de loc. in hom. in li. de morbo ſacro tex.* 5 *& Gal* 3 *aph.* 12. vbi Catarrhus concitari traditur, à frigido exprimente, non autem calore cogente, & Gal. *loco citato*, vtitur exemplo ſpongiæ, manibus expreſſę. Sed, & ratio eam refellit ſæpè enim accidit, vt tàm celeriter homines incidant in defluxum catarrhalem, ex frigiditate, vt nullo modo fieri queat, vt per frigus tàm citò calor partium internarum augeatur, cùm hoc non niſi tempore cōtingat. Præterea, frigiditas hæc eſt ambientis, & non cerebri, quæ occurrens capiti repleto, panniculos cerebri coarctat, qui anguſtiori ſpacio concluſi, exprimunt humorem excrementitium, replentem. Nec verò frigus illud ambientis, id agit congelando, ſed coarctando: quòd pulcherimè exemplo pulſus, & reſpirationis explicare licet: quippè in quibus manifeſtè videmus per coarctationem excremēta fuliginoſa expelli. Ex quibus patet, rationem Mercati ſupponere falſum, nimirum fieri congelationem.

II. Verū poſſit Catharrhus fluere per venas.

Quoad difficultates circà ſpaciū, per quòd defluit Catarrhus, *Fernelius lib. 6. Pathologiæ c.* 18. nullo modo vult per venas, ſaltem in arthritide, permeare materiam à capite defluētem. Argumentum eius eſt. Quia pituita è cerebro defluens, cauſa arthritidis, è venis nequaquam excidere pura poſſet, cùm in venis omnes humores ſint commixti. Excidit autem pura, quia ſi ſimul cum ſanguine excideret, ille in articulo collectus, neceſſario faceret inflammationem, quòd ab ipſo refellitur. Augetur difficultas, per id, quòd etiam ad neruos, & ſpinalem medullam, referri poteſt Quia nimirum, ſi materia catarrhalis per has partes deferretur, neceſſarium eſſet ſanguinem, alimentum totius corporis, & ſpiritus animales, impurcari. Verùm hęc pauci ſunt, meo iudicio, momenti. Nam quantùm ad id attinet, quòd nō apparet, quomodo ſuccus ſynceras poſſit expelli, dico in primis, hoc fieri, vbi facultatis expultricis, cui

proprium eſt, vt id tãtum expellat, quòd noxium eſt. Dico præterea, noxium hoc non eſſe ità purum, vt excludat omnem mixtionem, ſed purũ à prædominio, quoniam vel nihil, vel parum quid, ei admiſcetur. Qua etiam de cauſa non fit inflammatio, & ſi ſanguinis aliquid ſimul excidat in arthritide. Præter quàm ad hoc vt fiat inflammatio materia ſanguinea debet colligi in ſubſtantia membrorum in arthritide verò ſæpè intra cauitates articulorum recipitur, tametſi etiam, & id affirmare liceat; in articulorum doloribus partes adiacentes corripi inflammatione. Sed nec neceſſario humores alimentales conſpurcantur. Quia hoc tùm fit tantùm cùm excrementitij humores moram trahunt in venis, non autem cum per eas ſolummodo deferuntur, quemadmodum in præſenti caſu non raro accidit. Accedit, quòd tametſi aliqua conſpurcatio ſanguinis accidat, id tamen parum nutriẽdis partibus incommodet, cum vnaquæq; pars trahat, quod ſibi conueniens eſt, & noxium reiiciat.

III. *Quo per ſpacia intercutanea poſsit fluere Catarrhus?*

Sed & illud, quòd de ſpacijs inanibus, & intercutaneis dictum eſt, aliquam difficultatem parit. Nam cùm cerebrum, terminus à quo defluentis catarrhi conſtitutum ſit, non videtur, quomodo indè, ad ea ſpacia materia catarrhalis poſſit cõfluere, cùm non appareat via, per quã confluxus iſte fiat. Huic verò difficultati ità reſpondeo, facilè communicari materiam catarrhalem illis ſpacijs, per venas, à cerebro extrà caluariã excidentes. Patet enim ex Anatomica inſpectione, venas iugulares internas aſcendere ad cerebrum, atquè membranas, deindè ex membrana craſſa, eaſdem venas perſuturas, & fortè etiam per foramina caluariæ, vſq; ad pericranium prodire. Id quòd probatur auctoritatibus primùm Galeni, deindè Veſalij. Ac ex Galeni quidem tribus id locis cõſtat. Primùm *ex 9. de Vſu part. c. 6.* vbi ait, venas non tantùm ad duplicationem cranij ex dura meninge, ſed etiam ad pericraneum, peruenire, eaſq; venas, alias magnas, alias paruas eſſe. Deindè *ex 9 de Vſu part. c. 1. in fine*, vbi habet, vaſa tenuia per ſuturas cranei exire, craſſioribus autẽ vaſis, naturam ſuam feciſſe foramina. Poſtremò, *lib. de diſſect. venar. c. 7. ad finem*, vbi pariter externis ſingularibus, in caluam quaſdam venas exire, aſſeritur. Iam verò Veſalius *lib. 3. cap. 7. ad finem*, expreſsè ait, per foramina oſſium verticis, & per ſuturas exire venulas in caluariam, & viciſſim ex caluaria in cerebrũ ingredi. Sed hæc de formali Catarrhi cauſa ſatis ſunt.

De Catarrhi cauſa efficiente digreſſus.

Quantùm ſpectat ad cauſam efficientem Catarrhi, ea, vt dictum fuit, eſt fruſtratio coctricis cerebri. Nam ob fruſtratã cerebri coctionem, generantur in eo excrementa, vt dictũ eſt. Verùm quàm ob cauſam fruſtretur hęc facultas, explicandum venit. Certùm autem eſt eam, non fruſtrari ratione ſui, ſed ratione inſtrumentorum, & obiecti. Id quòd reſpõdet ei, quòd dictum eſt à Galeno, *3. de Sympt. cauſ. c. 4.* vbi ait, omnia Symptomata prodire, ex intemperie partium ſimiliarium, morbis inſtrumentorum, & materia peccante, tùm copia, tùm qualitate. Quò etiam ſpectat, quòd *3. de Sympt. cauſ. c. 1.* habetur, actionem lædi, læſa facultate, & ob errorem externùm. Nam lęſione facultatis, deſignantur morbi partium, cùm facultates per ſe ſint impaſſibiles: error externus inſinuatur per materiam quantitate, & qualitate peccantem. Hæc verò omnia idem ſunt ei, quòd dixi, fruſtrari facultatem cerebri concoctricem, vitio inſtrumenti, & obiecti. Ac vitio qui-

Quas ob cauſas, et quo fruſtretur coctrix cerebri facultas.

quidem inſtrumenti vitiatur, quà cerebrum morbo aliquo afficitur; vitio verò obiecti, qua facultate coctrici offertur obiectum coctile vitioſum. Id quòd appoſitiſſimè declarari poteſt, exẽplo Diarrheæ, *ex 3 de ſympt. cauſ. c 4.* Nã ſicuti Diarrhea eſt paſſio, quæ fit ex coctione læſa in ventriculo; ità Catarrhus fit læſa coctione in cerebro; & ſicuti coctio vẽtriculi læditur, læſo organo facultatis coctricis, ac vitio obiecti, ita & Catarrhus fit læſo cerebro, & vitio obiecti, iſti oblati. Porrò reſpiciens ad vitium inſtrumenti, *Gal. loco citato*, proponit, tùm intemperantias, tùm malas compoſitiones: reſpiciẽs verò ad vitium obiecti, proponit materiam quantitate & qualitate peccantem: atq; meritò quidem intemperiei, dicit facultatem labefactari; meritò malę cõpoſitionis impediri, (quod tamen intellige per accidens, quatenùs facultates, in hoc ſtatu, opus habent organis. Verũ nos ſingulas has cauſas accuratiùs, perpendamus, exorſi a morbis inſtrumentorum, ſub quibus non ipſos tantùm morbos inſtrumentorum, tanquã cauſas principales, ſed etiã cauſas, hos morbos fouentes, & adiuuantes, recenſebimus.

Morbi inſtrumẽtorũ qui catharrũ generent?

Ad principales igitur, quod attinet, Intemperies, quæ ad generationem Catarrhi facit & frigida eſſe poteſt, & calida frequentiùs tamen frigida eſt; quoniam temperies cerebri naturalis, eſt frigida, & humida, ob quàm propenſionem habet, ad generationem Catarrhi, *6. aph. 2. & 2. aph. 12.* Hinc Catarrhus, factus ab hac intẽperie, eſt Catarrhus exquiſitus, & ideo Gal reſpiciens ad Catarrhũ, qui frequentèr fit, & exquiſitus eſt, ipſum in ſerie frigidorum vitiorum reponit, *2. de Temper. vlt. 1. de ſanit. tuend. 5 & 3. aph. vlt.* Non negat tamen Galenus, Catarrhum fieri etiam, ab intemperiè calida; imò id clarè affirmat, *3. aph. 12.* Et eò reſpiciens *6. de tuend ſanit. c 9.* redarguit illos, qui in omni Catarrho, calida capiti admouent, credentes catarhũ ſemper fieri, ab intemperie frigida. Porrò qua ratione intemperatura hæc vtraq; concurrat ad generandũ catarrhum, videndum eſt. Quòd igitur ad intẽperiem frigidam attinet, priùs ſpeciem illius, deinde vim eiuſdem oportet perpendere.

Intẽpeires qua ad generationẽ catarrhi faciat?

Qualis intẽperies frigida catarrhũ generet.

Quoad ſpeciè, poteſt eſſe iuncta, intemperies frigida, non tantũ cùm humiditate ex *Gal. in arte medicinali cap 22. 6. de ſanit. tuen cap. 42. de 7 õper vlt.* ſed etiam cum ſiccitate, ex eodem *Gal. ibid. & 3. aph. vlt.* quidquid contradicat *Paparella, lib. 1. de Catarrho c. 10.* Cui rei etiam ratio adſtipulatur, quia in omni defectu caloris innati, crudus ſuccus generari poteſt. At hic non minùs eſt, cùm frigiditate, & humiditate, quam cùm frigiditate, & ſiccitate.

Eadẽ quõ generet.

Quoad vim intemperiei huius ad
generandum catarrhum, frigiditas
bifariam cõcurrit. Primùm, qua eſt 1
cauſa, vt labefactato cerebri calore
natiuo, non benè conficiatur alimẽ-
tum, vincaturq;. Hinc enim excre-
mentum pituitoſum, & id ipſum ſa-
tis copioſum, gignitur, quemadmo-
dum accidere videmus, cuilibet par
ti refrigeratæ. Secundò, qua vapores 2
excrementitios, à toto corpore, in ce
rebrum elatos, nec reſoluit, nec per
ſuturas egredi permittit. Hinc enim
neceſſariò denſat illos,raueſq; ef-
ficit, vt, mixti cum excremento craſ-
ſo cerebri, deſcendant, quaſi per mo
dum pluuię, qui ab Ariſtot. indica-
tus fuit, *lib. de ſomno. 19. vigil. ad fin.*
2. de partibus anim c. 7. cui etiam ad-
ſtipulatur Auicenna, qui adfert exẽ-
plum alembici plumbei, ſua frigidi-
tate, vapores rei deſtillandæ ſurſum
elatos, denſantis, & proinde in aquã
vertentis.

Ne-

Obiectionis diſſolutio.

Neq; huic ſententiæ obſtat, quòd ſuperiùs contra Mercatum, conſtitutum eſt, frigiditatem, quæ capiti occurrit, nō congelare, nunc autem dicitur denſare. Quia ſupra de frigore fuit ſermo, tanquam de cauſa mouēte: nunc verò, tanquàm de cauſa generante. Quòd ſi quis dicat, idem illud poſſe adduci contra denſationē, quòd contra congelationem; ſcilicèt non eſſe poſſibile, in corpore viuente, tantam reperiri frigiditatem, quæ poſſit partes denſare; huic reſpondeo, cū falsū aſſumere, quia frigiditas dēſans, multo eſt grauior cōgelante, quæ ſolū in rebus externis obſeruatur, remiſſior. Cæterùm, intemperies hæc frigida cerebri, generans excrementum catarrhale, quocunq; modo agat, habet latitudinem quandam, quippe quæ ex *Gal. 3 aphor.* 12. & remiſſa, & intenſa eſſe poteſt: ex quibus, illa quidem excrementum pituitoſum, vel dulce, vel inſipidum gignit; hæc verò acidum.

Intēperies calida qualis catarrhū generet.

Iam intemperies calida, quemadmodum & frigida, quoad ſpeciem modo eſt ſimplex, modo cōiuncta cum ſiccitate, vel humiditate. Quoad vim intemperies calida ſimpliciter, bifariam concurrit ad generationem excrementi catarrhalis, nimirum attrahendo, & fundendo.

Quō eundem generet calida ſimpliciter.

Attrahendo cōcurrit quatenus materiam copioſiorem in cerebrum allicit, quàm poſſit coquere & abſumere. Hinc enim iure merito deſtillationis cauſa ſtatui poteſt. Fundendo id præſtat, vt excrementum catarrhale reddatur, & calidius, & tenuius, præſertim verò, cum preſto ſunt cauſæ coadiuuantes, quæ partim ſunt naturales vt habitus corporis rarior, ſiue naturalis fuerit, ſiue acquiſitus vſu balnei, exercitij, & aliorum: partim non naturales, vti mora ſub Sole, olfactus aromatū, corū præſertim quę caput reddunt calidius.

Quō calida, & ſicca.

Intemperies calida, & ſicca concurrit quatenùs producit excrementum catarrhale ſalſum. Nam ab hac intemperie excitatur vapor exuſtus, media vel putrefactione, vel vſtione, qui vapor commixtus humido aqueo, & excrementitio, facit ſaporem ſalſum.

Difficultates circa dicta duæ.

Occurrunt tamen hic duæ dubitationes. Prima eſt, Quia *Gal. in arte Medica*, loquens de ſignis cerebri calidi, & ſicci, dicit ipſum carere ſuperfluitatibus. Ergo non poteſt eſſe cauſa excrementi catarrhalis. Secunda eſt. Quia eſto, poſſit intemperies talis cerebrum reddere excrementoſum, qui fiat, quòd Catarrhus ſalſus fiat à caliditate, cum *Ariſtot. 2. Meteor. c. 3.* dicat, omne ſalſum eſſe inconcoctum, inconcoctum autem, vt tale, eſt ob frigiditatem.

Solutio primæ.

Ad harum difficultatum Primam, Dico cerebrum calidum, & ſiccū intra latitudinem ſanitatis, non eſſe excremento ſum: at calidum, & ſiccum extra latitudinē, & ſub ratione morbi, tale euadere, quia attrahit, & liquat: Galenū autem loco citato, loqui de cerebro calido, & ſicco, intra latitudinem ſanitatis.

Solutio ſecunda.

Ad ſecundam, reſpondet idem Ariſtoteles ibidem, dum ait incoctū ſe id vocare in quo non dominatur calidū: calidum autē duobus modis non dominari, ſiue quia deficit, vt in generatione ſuperfluuorum, ſiue quia nimis intenditur vt in his, quæ aduruntur.

Quō ſalſedo à caliditate cū ſalſum cōiunctum ſit ex Ariſtotele.

Ex his. n. facilè liquet, incoctum non ſumi tantùm pro crudo, ſed etiā pro eo quòd torretur, aduriturq; vt in noſtro caſu, quòd. n. coctum eſt, à calido temperato id perpeſſum eſt. Hinc mirū non eſt, ſi carnes, & omnia, vlteriùs quàm deceat, cocta, torrefactionem quandam patiantur, & ſalſedinem quandam acquirant quo modo ſcriptum eſt à *Gal. 3. de facult. alim. c.* 32. piſces, carnes, & aquam, quanto plus coquuntur, eò ſalſiora euadere.

Intem-

Intemperies calida, & humida, quō Catarrhū generet.

Intemperies calida, & humida, quæ non infimum tenet locum, inter cauſas generantes Catarrhum, ratione caliditatis quidem, agit eò modo, quo ſuprà dictum eſt; humiditatis verò merito, partem replet, laxiorem, ac proinde imbecilliorem reddit, vt ſuperflua coquere, ſiccare, & diſſoluere minimè poſſit. Sed hoc in loco quæret aliquis, an intemperies humida ſimplex tantum, atq; ſicca tantùm, poſſint conſtitui cauſę generationis Catarrhi? Huic ita quęrenti reſpondeo ego, nō poſſe, vt cauſas principales, poſſe tamen, vt cauſas diſponentes. Nam humiditas laxando coctrici facultati eſt impedimento, replendo excrementum pituitoſum auget: ſiccitas verò, præcipuè intenſa, ſutrahit humidum ſubſtantificum ipſi calori, ac proindè calorem imminuit, vnde cruditas, & copia excrementi pituoſi, id quòd ſenibus, vel maximè accidere ſolet.

Male cōpoſitionis morbi, qui & quomodo Catharrum generent.

Intemperiem ſubſequitur mala cerebri compoſitio. Ad hanc igitur ſpectat cerebri anguſtia. Nam, cum caput, ratione ſitus, ſit veluti tectum ſuper domo calida, *9 de Vſu par. c. 1.* facilè recipit excrementa, quæ, vbi anguſtiam pariunt, in canalibus na-
1 turali expurgationi deſtinatis, & in immenſum augentur, tandemq; data via, quaſi flumina, erumpunt. Accedit, quòd ob obſtructionem excrementum putreſcens, acrem non rarò deſtillationem commouet; id quòd
2 etiam facit inflammatio. Ad eãdem malam compoſitionem refero, ſubſtantiam cerebri laxiorem, ac amplitudinem vaſorum eiuſdem, meritò enim horum, ſatis conſtat, maximè
3 ad Catarrhum illud diſponi. Quin etiam Anaſtomoſis locū habere poteſt, cùm non rarò, apertis venis, ſanguis è capite deſtillet, & Catarrhos ſanguineos efficiat. Prçter hos verò morbos, etiam ſoluta vnitas ſolet eſ-
ſe Catarrhi cauſa. Eſt autē hæc præ- 4
ter diœteſin, & eius ſpecies, quę eodem modo, quo anaſtomoſis, poteſt concurrere, præcipuè vel vlcus, vel abſceſſus. Etenim ſiue laboret vlcere cerebrum, ſiue abſceſſu, & pręcipuè oſſis carie, vt in lue Venerea affectis, neceſſarium eſt acrem progigni deſtillationem.

Cauſæ adiuuantes morbos inſtrumētarios pro generatione Catarrhi.

Sed hæc de morbis inſtrumentorum, tanquam cauſis principalibus; cauſæ, quæ tanquam coadiuuantes, fouent hos morbos, recenſendę ſūt. Quæ igitur intemperiem fouent, res ſunt partim naturales, partim non naturales. Ex naturatibus, eſt temperies naturalis, ſimilis in temperiebus iam dictis. Item ætas, hinc ſenes ob frigiditatem, pueri ob errores in victu, Catarrhis magis ſunt obnoxij. Ex nō naturalibus verò, etſi res omnes non naturales hac ſpectare poſſunt, potiſſimum tamē locum habet aer calidus, & humidus, frigidus, & humidus, frigidus tantùm, humidus tantùm. Hinc hyems, ex *Hippocr. 3. aphor. & lib. de aere, aquis, &c.* maximè deſtillationum feras eſt regio Septentrionalis: item Ver ob frigus ſubitò ſuperueniens, deniq; Ventus aquilonaris, frigore exprimens, 5. *aph.* 24. & auſtralis, calore fundēs. Sed & illud à quibuſdam peculiaritèr notatur, maximam vim habere, in deſtillationibus producēdis, vſum aquæ, & lactucæ: puluere quoq; hauſto, vel inſpirato, ſæpiùs, & Catarrhum, & raucedinem, eamq; lethalem, fuiſſe inductam, notauit Iubertus *tract. de affectibus thoracis ca.* 4.

Intemperiem adiuuantes.

Malam compoſitionem adiuuantes.

Quæ fouent malam compoſitionem, ſunt, quęcunquè faciunt ad capitis repletionē, quę & ipſa pariter ſunt, res tùm naturales, tùm non naturales. Ad naturales pertinēt, habitus calidus, & humidus, vt potè, qui ex Galeno, & Auicenna, maximè eſt vaporoſus. Figura item erecta, nam

ſub hac facilè caput repletur, quæ fuit cauſa, vt *Ariſt.* 10. *Probl.* 53. dixerit, inter animalia homines primum, deinde aues Catarrho maximè corripi: Hippocrates quoquè 4 *de morbis*, caput vocauerit magnam cucurbitulã, ſuperpoſitam corpori, à quo trahit. Non naturales, ſunt aer humidus, pluuioſus, vna cum conſtitutione auſtrali, 3. *aph.* 12. *&* 3. *Epid* 3. *tex.* 32 quæ abſquè pluuia etiam replet, 3. *aph.* 5. ſomnus multus preſertim à cibo initus: mora ſub radijs Lunæ: ocium, & crapulla nimia: quomodo *de Perſis ſcribi Xenophon*, apud illos, ſcilicet, maximè vituperari ſolitos, qui plurimùm expuerent, ac nares emungerent, quoniam ſignum id eſſet, eos nec exerceri, & crapulæ eſſe deditos: vſus nimius thermarum, pręcipuè calidarum: cibi euaporantes, vt aromata, legumina, lac, lacticina, piſces oſtreacei, & tandem omnes cibi copioſi, præcipuè, calidi & flatulenti: vinum copioſum, & generoſum.

Error externus q. qualis, & quomodo Catarrhũ generet.

Sed ſupereſt, vt de errore externo agatur. Hic igitur poteſt eſſe vapor, & minera, extra caput genita, vapor quidẽ, ſiue copia, ſiue qualitate vitioſus, eleuatur modo à toto, vt in febrib⁹, modo ab aliqua parte. Qui quidem vapor ſi fuerit exuſtus catarrhum ſalſum reddit. Minera peccat, vel copia, vel qualitate. Peccat copia, veluti quando à ventriculo, vel iecore capiti impertitur alimentum impurum, & copioſum. Hoc enim, cum non regatur, & vincatur à cerebro, euadit materia Catarrhi. Peccat qualitate, prout eſt vel calida, birioſa puta, aut ſalſa, genita à iecore calidiori, per ſe, vel ex accidenti, ex alimentis calidioribus, à toto febre correpto: vel frigida, pituita ſcilicet, & Melancholia: è quibus pituita maximè affligit, præcipuè quæ à ventriculo frigido, & alimẽtis ſimilibus ſit, melancholia rariùs concurrit, vt quæ, & pauca eſt, & non facilè mouetur, ob craſſitiem. Et hę ſunt cauſe omnes Catarrhum generantes, quæ tametſi, & externæ ſint, & internæ, vt ex dictis patet, tamen id de illis ſciẽdum eſt, calidiùs quidem caput, ab externis magis; frigidius ab internis deſtillationibus tentari. Sed, & à cauſis internis, facillimè catarrhũ incurrunt, quibus caput paruum, alia membra, maximè inferiora magna, vel mediocria. Vapores enim elati ſurſum, in cerebro paruo retinentur, incraſſantur, & in naturã aqueam conuertuntur: ab externis, quibus frigidum quidem cerebrum, partes tamẽ inferiores calidæ, & habitus corporis calid⁹, ac rarus, maximè circa caput. Per caliditatem ſiquidem, in ijs facilè liqueſcunt humores, per frigiditatem verò exprimuntur.

Qui à quibus cauſis magis Catarrho tententur.

Quæſtio utrum in ſolo cerebro Catarrhus generetur.

Eſſet iam ad differentias progrediendum, niſi Fernel. negocium faceſſeret, qui negat, in ſolo cerebro Catarrhũ generari. Exiſtimat enim extra caluarium etiam, ſub cute, Catarrhum, vel materiam Catarrhi cõtineri, & proindè excrementum catarrhale ibi gigni, quòd defluens per partes cutaneas dolores pariat articulares Generari verò, ait, ex illo excremento, quòd per venas iugulares externas, ad caluariam terminantes, ibi deponitur. Hoc verò traditur ab eo *lib.* 5. *Patolog. c.* 3.

Sed non eſt longiùs, in hac ſententia examinanda, immorandum. Manifeſtè enim aduerſatur Galen. qui 3. *aphor.* 12 cerebrum ſemper conſtituit terminum à quò, omnium deſtillationum, vt propterea cerebrum ſit locus generationis excrementi catarrhalis. Quòd idem traditur 3. *de Sympt. cauſ. c.* 4. & quidem clariſſimè ibiq; aſſimilatur Catarrhus Diarrheę.

Quòd

Quòd verò dicit Fernelius, e venis iugularibus externis, ibi deponi excrementũ, nihil ad rem facit. Nam, cum ex iiſdem venis iuxta *Veſal. lib. 3. cap. 7 ſupra citato.* aliq; per caluariam in ipſum cerebrum ingrediantur, nihil obſtat, quo minus illud excrementum, in ipſum deferantur cerebrum, & ſic materiam catarrho ſuppeditet.

DIFFERENTIAE CATARRHI.

PRogredior ad catarrhi differentias. Hæ igitur ſumuntur à duobus fontibus, ab ipſa forma, ſcilicet, catarrhi, excremento nimirum, ſeu exeunte mutato, & à ſubiecto patiente. *Differentiæ ab exeunte mutato*, variæ ſunt, prout ipſum varium eſt. Variatur autem penes differentias, tùm extrinſecas, tùm intrinſecas. Ad differentias extrinſecas pertinent tempus, & ea, quæ cum catarro coniuncta ſunt, & coniugata.

Differentiæ Catarrhi à cauſa formali i. excremento. Extrinſeca.

A tempore, catarrhus alius eſt antiquus, alius recens; alius continuus, alius interpolatus, & hic rurſus varius, alius per certa anni tempora affligens, hyeme puta, vere; alius per meſes, alius per dies; alius per horas; alius deniq; noctu; alius interdiu.

A tẽpore.

A coniugatis, ſeu coniunctis, catarrhus vel eſt cum febre, vel ſine febre: i corpore vel boni habitus, & validi, vel extenuato, & debili: in ſene, vel iuuene: viro, vel muliere, &c.

A coniunctis.

Ad intrinſecas differentias, referuntur ſpecies excrementi origo eius, & vitium.

Intrinſeca.

Ratione ſpeciei, catarrhus vel eſt ſyncerus, ex pituita ſola. Sed varia, & multiplici vti inſipida, ſalſa, dulci, acida, vitrea, tenui veluti aqua, & craſſa, vel mixtus, cum alio, vel alios humores habet adiunctos, bilem, melancholiam, ſanguinem, hinc catarrhus amarus, acerbus, & dulcis.

A ſpecie excremẽti.

Ratione originis, catarrhus generatur vel à morbo cerebri in intemperie, mala compoſitione, ſoluta vnitate, vt ſuprà declaratum eſt: vel à cauſa morbifica, genita extra caput, peccante tùm copia, tùm qualitate, quarum vtraq; varia eſt, & multiplex ratione ſpeciei, & cauſæ generantis variæ, & multiplicis. Vitium exeuntis conſideratur penes ſubſtantiam, copiam, qualitatem, quietem, motum. Penes ſubſtantiam, Catarrhus alius eſt putridus, venenatus alius, alius venereus. Penes copiam, alius eſt copioſus valdè, qui ſi confertim ad fauces defluat, aut pulmonis bronchia, præfocatiuus dicitur; alius mediocris, alius paucus. Penes qualitatem, reſpectu modi ſubſtantiæ, catarrhus alius eſt tenuis, alius craſſus; reſpectu qualitatis puræ quo ad qualitates primas, catarrhus eſt vel calidus, vel frigidus; quoad ſecũdas; varius pro varietate coloris, odoris, ſaporis. Penes quietem, catarrhus alius quieſcit in toto, alius in parte. In motu conſiderare oportet terminũ, & ſpacium, & celeritatem, & tarditatem.

Ab eius origine.

Ab eiuſdẽ vitio.

Ratione igitur termini à quo, catarrhus duplex eſt alius concitatus à facultate expultrice, robuſtiori reddita, ex cauſa refrigerante capita ſubito occurrente: alius concitatus à facultate eadem, irritata ab obiecto moleſto.

Ratione ſpacij, catarrhus vel deſcendit per ſpacia inania, & partes externas, vel per organa, aut animalia, aut vitalia, aut naturalia; animalia, vt partes capitis, os, nares, & organa ſenſus, ac motus, vti ſpinalem medullam, & neruos; vitalia, vt aſperam arteriam; naturalia, vt Oeſophagum venas arterias.

Ratione termini ad quem, catarrhus alius deſcendit, & mouetur ad totum, alius ad partes; & tunc, quoniam

niam in motu hoc, materia vel trãſmittitur, vel attrahitur, ratione tranſmiſſionis, catarrhus fit, quaten⁹ pars quæ eſt terminus ad quem eſt imbecillis, quia eſt vel frigida, & humida, vel laxa; ratione attractionis concitatur, quatenus pars, quæ habet rationem termini ad quem, vel dolet, vel calet.

Ratione celeritatis, & tarditatis in motu oritur catarrhus celeris, vel tardi motus primùs præfocatiuus vocatur, qui circũſcribitur per id quòd ſit tenuis aquoſus copioſuſq; ad fauces, & pulmones cùm impetu vehementi, ac concitato præcipitatus, vt ſuffocatio ſubita inmineat; qui erit propriè talis ſi fuerit calidus, cui ſuccedit frigidus aquoſus, quòd & ipſe poteſt habere eaſdem conditiones quas calidus, ſed raro occurrit, vti præfocans, rariſſimè verò fit catarrhus frigidus craſſus præfocatiuus, tunc enim accidit, vbi in pulmones ſtatim colligetur, nec per tuſſim expurgatur cumq; ad eam copiam peruenerit, vt non ſuſtineatur à natura, & fluxio à capite ſequatur proculdubio eatenus euadet, præfocatiuus, imò verò fluxio non tamen in hoc, ſed in alijs catarrhis præfocatiuis perſiſtere, & perſeuerare dicunt.

Differẽtia Catarrhi à ſubiecto patiente.

Differentia à ſubiecto patiente, in duplici ſunt diſcrimine, prout ipſũ, ſcilicèt ſubiectum patiens, aliud eſt, quod generat excrementum, & mãdat, vt cerebrum, aliud quod recipit idem, & ab eo lęditur.

Ratione ſubiecti priori modo cõſiderati, catarrhi differũt, quòd alius ſit cerebro primùm laborante, morbis ſuprà dictis; alius per cõſenſum aliarum partiũ, & vel totius corporis, cum in eò ſanguis vniuerſus vitioſus continetur, vel partis determinatæ, & potiſſimum ventriculi, iecoris, ac vteri in mulierib⁹. Ratione ſubiecti, conſiderati modo poſteriori, catarrhi diſtinguuntur, quod alius affligit totum, alius certas partes. Atquè hæc de differentijs. Ad ſigna progredior.

PROPRIETATES CAtarrhi, ſeu ſigna.

Signa Catarrhi in genere.

Signa differentiarum Catarrhi à forma.

Signa igitur, alia ſunt catarrhi in genere, alia differentiarum catarrhi. Signa catarrhi in genere, ſunt manifeſta de ſe. Nam ex relatione patientis habentur. Quare laborandum in inueniendis tantum ſignis differentiarum.

Sinceri, & mixti.

Quod igitur attinet ad differentias petitas ab excremento, quę ab extrinſecis ſumuntur, vt à tempore, & cõiugatis, eæ ſenſui notæ ſunt nec ſignis egent. Quoad intrinſecas, differentiæ ab excrementi ſpecie, catarrhus, ſcilicèt ſincerus, vel mixtus, ſi excrementum exeat per nares, vel os, cognoſcitur ſenſu: ſi per alias partes, diſcurrere oportet per ſigna ſingulis humoribus, propria. Nã ſi ſincerus fuerit catarrhus, ſigna ſolius pituitæ ſe oſtendent. Temperamentum totius, aut ſaltem ventriculi, ac cerebri, frigidum erit, & humidum; ætas ſenilis, aut puerilis; prægreſſa fuerit victus ratio pituitã aceruans, vt ocium, crapula, cibi frigidi, & humidi; iuuabunt, quæ pituitã educunt, item calefacientia, & ſiccãtia; actiones animales torpebunt; in ſomnum æger propendebit; aderit capitis grauitas, & ad tactum frigiditas; color oculorum, ac faciei ſubalbidus, excernentur pituitoſa.

In mixto, præterquàm quod hęc ſigna non erunt intenſa, prodent ſe etiam ſigna humoris mixti. Quare in commixtione bilis (præter temperamentum totiùs, & hepatis ſiccum, & calidum, ætatem iuuentutis; victus rationem prægreſſam calidam, & ſiccam;) ſomni erunt interrupti: facies quo-

quoquomodo pallebit; caloris potiùs quàm frigoris ſenſum caput ad tactum præferet; excrementa oris amariuſcola, veſicæ, & alui mordacia erunt, & cum ſenſu caloris.

Miſta melancholia cognoſcetur, ex temperamento totius, & hepatis, calidiori ſicciori, potiſſimùm antè quadrageſimùm annum; ex liene affecto; ſuppreſſis hæmorrhoidibus; cibis ingurgitatis craſſis, & terreis; emolumento item, quòd adferunt, moderatè humectantia, & melancholiam euacuantia; ex mærore, & triſtitia; faciei colore ſubfuſco; excrementis ad nigrum tendentibus, Tandem ſi ſanguis fuerit iunctus, is ipſe quoquè ſuis ſe ſignis manifeſtabit. Erit quippè, tùm totum, tùm iecur: calidum, & humidum erit ſuppreſſa aliqua ſanguinis euacuatio conſueta, per nares, vel vterum; præceſſerit cibus multi ſucci, & copioſus, & interdum ictus cerebri, vel plaga; proderunt, quę ſanguinem educent, item, quæ moderatè refrigerant, & ſiccant; ſomnus aderit multus, & longus; facies rubebit; vrinæ mingentur craſſæ, & ſubrubræ; in ſumma aderunt ſigna plenitudinis, de quibus *Gal. lib. proprio*.

Prodeuntis ab errore externo vel morbo.

Differentiæ ex origine, ſeu à cauſa effectrice, ſic diſtinguuntur. Nam, ſi Catarrhus fiat ab obiecto morbifico, ſeu errore externo, malum non erit aſſiduum, quemadmodum eſt, ſi adſit vitium cerebri, aderunt ſigna humorum copia, & qualitate peccantium, iamiam tradita. Ex quorum humore ſignis innoteſcunt vapores qui ex illis propria minera eleuantur. Si fiat vitio cerebri in intemperie, ſigna erunt, de quibus infra, in differentijs catarrhi calidi & frigidi. Si prodeat à vitio eiuſdem in mala compoſitione, anguſtia cognoſcitur, ex detentione excrementorum, & grauitate capitis; laxitas contra, ex perpetuo fluxu, & ſimilibus. Differentiæ ex vitijs eiuſdem excrementi, ſic innoteſcunt. Catarrhus putridus, ex odore, & ſapore iniucundo cognoſcitur: venenatus, ex ſignis veneni, & vehementia Symptomatum: venereus, ex ſignis Luis venereæ.

Putridi venenati, venerei.

Copioſi;

Copioſus catarrhus, quo magis eſt talis, eo cum maiori impetu deſcendit, eſt præfocatiuus, ſibiquè alia Symptomata vehementia adiungit.

Calidi.

Calidus catarrhus colligitur ex ſenſu caliditatis, quę in exeunte percipitur, cum Auicenna; ex pruritu narium, & palati, cum Rhaſi, ex ſternutamento crebro; ex colore ipſius excrementi nigro, cum forti odore, & luciditate, rubro citrino, viridi; ex ſapore acri acuto, amaro, ſalſo, ex odore acuto, & fœtido; ex oculis, & facie rubentibus; ex frigidis iuuantibus. Sed, & materia deſtillans erit tenuior, niſi à calore quodammodo denſetur, & vigiliæ infeſtabunt, & victus ratio præceſſit calefaciens. Frigidus catarrhus, ex oppoſitis intelligitur, ex ſenſu frigiditatis; ex materię deſtillantis craſſitie, quæ tamen adeſt in materia ſit cruda, vel ſui natura aquoſa; ex eiuſdem colore albo, ſine ſalſedine, nigro cum opacitate; ex ſaporis, & odoris carentia, & contrarijs cæteris.

Frigidi.

Catarrhus aliquãdo frigidus cum materia putrida, & fœtẽte, & cur?

Sed occaſione catarrhi calidi, & frigidi, vnum noto, ſummopere neceſſarium, nimirum aliquando materiam excerni per os putridam, & fœtentem, & tamen catarrhum eſſe frigidum. Hoc verò accidit duabus de cauſis.

I

Primò, Quia materia in pulmonibus recepta à capite, ibi diutius moratur, & quieſcit præternaturam. Hinc cum non regatur à natura, proinde putreſcit, & ſaporem, ac odorem ingratum ſuſpicit, ac medicos fallit, putantes, hanc materiam pertuſſim electam, eſſe calidam, cum tamen

men ſit frigida. Cognoſcitur autem hoc, ſi patientes interrogentur, an, dum expuunt materiam ſine tuſſi, illa eundem habet, ſaporem, & odorem, quem habet, eiecta cum tuſſi. Si enim habebit, erit calida, etiam in ſui origine, nimirum in capite: ſi verò non habebit, deſtillatio in propria origine erit frigida.

2 Secundò accidit idem. Quia materia in capite frigido genita, & frigida, ob moram tamen in capite præternaturam, quia ſcilicèt ibi detinetur, *ex Hipp. lib. de affect. intern.* putreſcit, & calida euadit, ſimpliciquè expuitione, fœtens, & malè olens excernitur. Cognoſcitur autem hoc, quia ſi materia talis euadit ob moram in capite, non ob primam ſui originem, imprimis non ſemper talis, ideſt, putrida, & fœtida materia expuitur, ſed quandoquè aliter habens: ſecundo ſputum erit inequale, ità vt aliqua eius pars putrida ſit, aliqua non: tertio, aderunt ſigna capitis frigidi, de quibus ſupra.

Craſſi, & tenuis.

Catarrhus craſſus, & tenuis deprehēduntur viſu, dum modo mora non craſſefaciat. Præterea ſi ſubito fluat ad partes, & Symptomata accedant vehementia, vt præfocatio impendeat, eſt tenuis, ſi contra, craſſus. Rurſus craſſus, ſui natura erit talis, ſecundum omnes ſui partes: craſſus verò ob moram in pulmonibus, in medio erit craſſus, circùm circà tenuis. Quoad vitium ſecundum motum, ratione termini à quo, Catarrhus concitatus ab expultrice robuſtior, cognoſcitur, ſi capiti repleto, cauſa refrigerans externa occurrerit, cum impetu. Quæ cauſa, ſi non adfuerit expultrix irritata, erit ab obiecto moleſto, de cuius ſignis dictum eſt iam ſupra.

Concitati ab expultrice cerebri robuſta vel irritata.

Deſcendētis per ſpacia inania.

Circa differentias à ſpacio, ſi materia deſcendat per ſpacia inania, aderit ſenſus materiæ deſcendentis, & id ſine dolore inſigni, laborabunt carnes, & aberunt affectus neruorū. Si materia fluat per os, & nares, patet res ſenſui. Illud tamen notādum, cum natura, per huiuſmodi partes, ſoleat excrementum catarrhale euacuare tùm naturalitèr; tùm præter naturam, an hoc, vel illo modo fiat, intelligi ex ſignis coctionis, & cruditatis, de quibus *Gal. lib. de totius morbi tempor. c. 3.* vbi tempora quædam, hiſce ſpeciebus catarrhi conſtituere videtur, diſcēs, ſi tenuis, aqueus, multuſquè, & acer humor deſtillet, adeſſe principium catarrhi, & ſummam cruditatem: ſi uerò paucior, & craſſior, minuſquè acris, tunc iam euidentes eſſe notas coctionis, & augmentum incipere porrò coctionem exactiorem eſſe cum iam mucus excernitur, qui quo paucior erit, & craſſior, eo etiam exquiſitiorem coctionem indicabit. Si per neruos, & ſpinalem medullam feratur, adeſt dolor, torpor, paralyſis, tremor, conuulſio, ſenſus materiæ deſcendentis per dorſum: tametſi ità puto, poſſe Symptomata priora neruorum, abeſſe, vbi materia non diſtendit neruos, ſed per partem illorum poſteriorem deſcendit.

Per os, & nares naturalitèr, vel præter naturam.

Per neruos, et ſpinalē medullam.

Materia deſcendente per Tracheam, obſeruatur ſcreatus, cherchnos, tuſſis, difficilis ſpiratio. Eadem fluente per œſophagum, adeſt inappetentia, nauſea, vomitus, læſa coctio ventriculi, & ſi deſtillatio ſit ſalſa, ſitis; item eiuſdem dolor, grauitas; præterea alia viſcera naturalia male habent, & varios morbos incurrunt, Per venas Arteria ſi delabatur, tumor ſequitur inflammatorius partium cachexia, atrophia, febris latica; lotium eſt ſpumoſum; quia materia fluens per venas, vertitur in vaporem, qui mixtus cum materia humida, per motum, & calorem, eſt cauſa ſpumæ, nullus adeſt dolor, nullus triſtis

Per Thracheam.

Per Oeſophagum.

Per venā.

ſtis

Per arte-rias. ſtis ſenſus. In materia deſcendente per arterias, adeſt pulſus mollis, inæqualis, modo frequens, modo rarus, prout materia deſcendens modo calida, modo frigida eſt; adeſt, & defectio animi, & cordis motus prauus, item febris. Diſtinguitur autem febris ex deſtillatione ab alijs, quia adiunt ſigna capitis læſi. Quoad terminum ad quem, an is ſit totum, vel pars, patet ex vitis, totius, & partium ſignis.

Attracti, vel tranſmiſſi. Vtrum verò terminus ad quem ſuſcipiat, vel attrahat, cognoſcitur; Quia ſi pars, antequàm a catarrho lædatur, fuerit calida, vel doluerit, certum eſt, ipſam attrahere; ſi hæc abſint, ſuſpicio eſt ſuſcipere, dummodo concurrãt alia, nimirum temperies frigida, & humida, habitus rarus, vaſorum amplitudo. Ratione tandem celeritatis, & tarditatis catarrhus præfocans dignoſcitur, ſi patiens tanta difficultate ſpirandi detineatur, vt ſemper loqui, & bibere cogatur cum continuo ſtercore, & ŏregmone ſi facies liueſcat cum nigredine quandoquè, & ſudor quiddam ad difficilem ſpirationem erumpat, an verò catarrhus hic præfocatiuus ſit calidus, vel frigidus ex notis ſuperiùs dictis liquet, & catarrh⁹ tardi motus dignoſcetur ex ſignis oppoſitis.

Quieſcentis. Demum in vitio ſecundum quietem nihil eſt alind cognoſcendum, niſi an materia magis, vel minus adhæreat. Hoc verò cognoſcitur ex contumacia, & peruicacia illius quatenus magis, vel minus cedat remedijs.

Signa differentiarũ Catarrhi a ſubiecto. *Quod ſpectat ad differentias ex ſubiecto patiente* ſi catarrhus ſit per eſſentiam, erit continuus, non interpolatus, qui non intenditur, & remittitur ad intentionem, & remiſſionem alterius mali, & propterea aderunt ſigna affecti capitis.

Per eſſentiã & per conſenſũ. Si per conſenſum, apparebunt cõtraria; habebit ſua interualla Catarrhus; erit ſuppreſſa aliqua euacuatio; aderunt ſigna, vel vniuerſi corporis male affecti, vel certarum, & determinatarum partium, puta ventriculi, iecoris vteri, ad quorum affectuum intenſionem, & remiſſionem catarrhus augmentum, & detrimentum ſuſcipietur. An verò totum affligat, an partẽ, id dignoſcitur, prius quidem ex humorum vitio, de quo ſæpe: poſterius autem, ex ſignis totius, & affectarum partium proprijs.

INDICATIONES, SEV ſcopi curatiui.

Indicationes curatiuæ à forma. i. excremento. SCopi curatiui ab iiſdem deſumũtur, à quibus deſumptæ ſunt differentiæ, ab excremento ſcilicèt, ſeu ab exeunte mutato, & a ſubiecto patiente. *Quod igitur ad excrementum* ipſum, ſeu exiens mutatum, attinet, id ratione ſpeciei; quatenus ſincerum eſt, euacuans pituitam, id eſt, phlegmagogum, quatenus mixtum, remedium quoquè euacuans mixtũ indicat. Ratione originis, ſeù cauſę efficientis, ſi ortum trahat à morbo in intemperie, indicatur alterãs per contrarium; ſi ab anguſtia, quia hæc fit à materia anguſtante, remouens illam materiam; ſi à laxitate, denſans. ſi ab amplitudine, & apertione vaſorum adſtringens, ſi à ſoluta vnitate, vniens. Quod ſi ab errore externo procedat, id eſt à cauſa morbifica extra caput genita, varia ſunt indicata, pro varietate tum ſpeciei obiecti, tùm, cauſæ generantis, de quibus in morbis totius, & partium ſingularum. Vitium eiuſdem excrementi catarrhalis in ſubſtantia, ratione putredinis inſinuat eradicans: ratione qualitatis venenatæ, & venereæ, alexipharmacum. Vitium in copia, remedium minuẽs deſiderat: vitium

iii

in qualitate, alterans per contrarium vitium in quiete, & remedium diſcutiens, de quo in tractatu morborum partium, in quibus quieſcit materia. Verum quia idem excrementum in cerebro aliquando præternaturam quieſcit: ideò non modò euacuans inſenſibilitèr, diſcutiens inquam, & ſiccans, ſed, & educens ſenſibilitèr per partes capitis, & ei vicinas inſinuatur; de quibus in tractatione affectuum capitis: Quæret autem aliquis, an catarrhus vbicunquè præcipuè verò in cerebro quieuerit, concoquentibus tantùm ad benignum reduci, & curari poſſit; Ratio autem dubitationis eſt, quia ſi catarrhus in cerebro, & extra ipſum moratur prę ternaturam, ergo à natura non regitur ergo nec coquitur. Dicendum catarrhum maximè verò ſincerum, mucum inquam pituitoſum, non valde copioſum; nec ſecundum qualitatem à ſtatu naturę admodum egreſſum coqui poſſe. Sic à natura coadiuuantibus concoquētibus regitur, & ad gratiam propriam perducitur, teſte *Hippoc. 2. aph. 4. & Gal. 5. aph. 7. de conſtitut. artis 19. 2. acutorum 3. &* 44. immò 4. *de ſanit. tuen.* 4. pituitam vocatur humorem ſemicoctum, & qui parum à natura ſanguinis receditur. Hinc. *Auic. 1. 1. tract. de humoribus*, (& hoc deſumpſit à *Gal. 2. de facultatib naturalibus vltimo*) aſſeruit naturam non feciſſe viſcus aliquòd receptaculum pituitæ, ſicuti bili, & melancholiæ, quia natura vtitur illa vbi ſanguis defficit, vt iure meritò permiſerit pituitam propagari cum ſanguine per totum corpus, & non conſtituerit illi locum aliquem in corpore determinatum. Circà vitiū in motu, conſiderare oportet, tùm motum ipſum, tùm terminos motus. Motus ipſe prauus, indicat remouēs hunc motum; Terminus à quo fluit materia, ideſt, cerebrum, retrahens ad ſuperiora, vel inferiora, prout materia, quæ fluit, mouetur vel ſuperiùs vt ad cutem capitis, vel inferius: Terminus ad quem, qui attrahit, ratione doloris, ac caloris anodynum, & refrigerans poſcit; qui ſuſcipit, ratione frigiditatis, humiditatis, laxitatis, calefaciens, ſiccans, denſans: vterq; retrahens ad partem, vel ſiniſtram, vel dextram, per modum ſiue interceptionis, ſiue deriuationis, ſiue reuulſionis.

Subiectum patiens quòd generat excremētum, id eſt, cerebrum, quid indicet. patet ex dictis, Subiecti, quòd lęditur ab illo excremento, ſeu quòd recipit illud, ideſt totius, vel partis, certæ, indicationes, traduntur in tractatibus peculiaribus, vitiorū totius, & partis. *Indicationes curatiua a ſubiecto.*

Has verò indicationes inſinuauit nobis *Gal. 5. Meth. 14. & Auicenna c. de Catarrho*, qui fuit valdè diligens. Fere enim omnes proponit, quas diximus, præcipuè autem eas, quę pertinent ad vitium exeuntis. Nam reſpiciens ad vitium in quantitate, & qualitate, ait, æquabilem redendam eſſe materiam; reſpiciens ad motum vitioſum, addit prohibitionem curſus, & motus ipſius materiæ, & quidem cauſa vtriuſquè termini motus, proponit motum materiæ ad aliam partem, quem, etiam proponit ratione termini à quo tantum: at ratione termini ad quem, proponit prohibitionem eius, quòd poteſt fieri, ob vitium termini ad quem. Sed omnibus his indicationibus illud addendum eſt, ſcopos curatiuos, ad vitium inſtrumenti attinentes, non poſſe obtineri, niſi priùs toti corpori proſpectum fuerit. Sic enim in curandis omnibus morbis medico agendum traditur à *Gal. 3. loc. aff.* 31. Ad tollendum autē vitiū obiecti, indicatio de totius prouidētia, eſt eadē cum illa, quæ facit ad tolēdū ipſū obiectū.

PROGNOSTICA.

POrrò, vt ad Prognoſtica veniam ſcopos propoſitos an aſſequi ſẽper liceat; cognoſcitur ex vi catarrhi in genere, & ex illius differentijs.

Prognoſtica catarrhi in genere.

In genere igitur, catarrhus eſt vehemens affectus, tùm ratione ſuæ eſſentiæ, tùm ratione dignitatis. Ratione eſſentiæ, quia ferè omnium morborum eſt occaſio, quòd nobis inſinuauit *Gal. 1. de tuen ſanit. cap* 8. vbi affirmauit, vi catarrhi totum languere. imò ipſe Hippocr dum ait 6. *aph.* 2. Quibus nares natura humidiores, eos minùs integra ſanitate frui. Ratione verò dignitatis, quoniam locus, in quo generatur catarrhus, & terminus, à quo fluit, eſt cerebrum, pars principalis, & maximi momenti.

Prognoſtica differẽtiarũ catarrhi à forma.

Quòd ad differentias ſpectat, varia eſt prognoſticandi ratio, prout eæ variæ ſunt, vt potè quarum aliæ ab excremento, ſeu exeunte mutato; aliæ à ſubiecto patiente ſunt deſumptæ. Has igitur omnes percurrere oportet, initio facto à differentijs, deſumptis ab ipſo excremento.

Extrinſecarum.

Differentiæ igitur ab ijs depromptę, quæ excremento ſunt extrinſeca, quid denuncient, non eſt difficilè intelligere.

A tẽpore.

Nam certum eſt ratione temporis, difficilioris curationis eſſe catarrhum antiquum, quã recentem; continuum quàm interpolatum: & rurſus ex interpolatis, eum qui breuius habet, quàm qui longius interuallũ, quòd longiori, quã breuiori tempore magis medicamenta operentur.

A coniunctis.

Certum eſt etiam, ratione coniugatorum, deteriorem eſſe Catarrhum cùm febre, quàm ſine, cum difficiliùs duo hoſtes expugnentur, quàm vnus: tandem in ſene, quàm iuuene, ex *Hipp. 2. aph.* 40. dum ait, deſtillationes in ſenibus non concoqui.

Nota de catarrho ſenum, & puerorum

Vbi id obiter notandum non ſine cauſa Hippocr. dicere, deſtillationes in ſenibus non concoqui, non autem dicere, non ſolui. Quia cum ex 6. *Epid. com* 5 *tex.* 23. tres ſint ſpecies ſolutionis, coctio, rarefactio, diſſolutio; tametſi in valdè ſenibus, grauedines per coctionem ſolui nequeant cum hęc fiat à ſolo calore natiuo qui in ſenibus eſt pauciſſimus, poſſunt tamen ſolui aliquando, per modos duos poſteriores. Et horum modorum altero, puto *Leonicenum* ſubleuatum fuiſſe; qui ex *Braſauola in commento aph. 40. par.* 2. nonagenarius iam ſola victus ſeruata ratione, à pertinaci raucedine, & grauedine ſimul euaſit, & ideò feſtiuè, *Alberto Sauanorola*, citanti huc aphoriſmum, reſpondit eum verum eſſe, ſed non in viro medico. Verùm de ſenibus illud etiam ex Hippocr. notandum 3 *aph.* 12. ſubitæ mortis periculum, illis ex deſtillatione imminere. Id quod idem *Hipp. lib. de aere, aquis & locis*, quoquè confirmat, vbi, & cauſam huius rei, refert in raritatem & venarũ in ſenibus echriſim, ideſt, colliquationem, ſeu tabefactionem: & præter hoc ſubitæ mortis, periculum, addit etiam partis dextræ, vel ſineſtræ, cum ſtupore, reſolutionem. Puerulos quoquè recenter natos, *Gal. 2. aph* 40. ob cerebrum humidum, & excrementis plenum, & ob calorem humiditati immerſum, cito deſtillationes interimunt.

Intrinſecarum.

Iam ex differentijs intrinſecis, ſi conſideretur Catarrhi ſpecies, quo maior eſt in eo receſſus à ſtatu naturæ, eo curatu eſt difficilior

A ſpecie excremẽti

Quare Catarrhus, qui ſapit atram bilem eſt periculoſior; huic ſuccedit bilioſus; tertio loco eſt ſauguineus; poſtremò pituitoſus ſincerus.

A cauſa.

Quòd ſi origo attendatur, in communi

muni quidem, ſemper, qui à morbo cerebri pendet, periculoſior eſt eo, qui à cauſa morbifica, & qui ab intemperie cerebri, eo, qui à mala compoſitione oritur. Priuatim vero, quo ad intemperies, ſemper peioris conditionis eſt, qui fit ab intemperie calida; quia generatur excrementum inſignis actiuitatis, & vehemens valde, ratione ſuæ eſſentiæ. Quod ſi intemperies ſit frigida, & in habitu, ferè incurabilis eſt catarrhus. Vnde in hoc caſu, id tantùm præſtare debet medicus, vt, ſicuti excrementum catarrhale continuò generatur, & aggregatur, ita ſucceſſiuè, per partes aliquas ignobiliores, educatur. Quod ad reliquas duas intemperies, humida multo faciliùs, quam prædictæ duæ, remedijs cedit. Sicca vero ægerrimè, & ipſa ſuperatur, præſertim ſi frigida ſit. Eſt enim temperatura hæc ſenilis, quæ non corrigitur medicamentis. De cauſa morbifica, ſeu vitio obiecti, ita ſtatuendum eſt, vbi illud pendet à cauſa admodum vehementi, & quæ fit cum maximo receſſu à ſtatu naturali, vt ſi generetur ab admodum læſa facultate alicuius viſceris, vix ſcopis curatiuis licere ſatisfacere; e.g. ſi generetur à ventriculo laborante: intemperie in habitu. Augetur item difficultas, ſi obiectũ ſit valde copioſum, & qualitate maximè noceat.

A vitio, ſeu peccato. Circa vitium exeuntis catarrhalis, de vitio ſecundum ſubſtantiam ita ſtatuo, Catarrhum venenatum ſemper minari periculum. nam maximus eſt in eo receſſus à ſtatu naturæ, & propterea maxima mala impendent. *In ſubſtantia.* Atquè tales fuere illæ duę conſtitutiones catarrhales, quarum vna anno 1557. altera 1580. ſub autumni initium, inualuit, cum Symptomatibus adeo vehemẽtibus, vt maiorem partem hominum ſuſtulerint, & plerique, quibus vel miſſus ſanguis fuerat, vel purgans datu m, perierint. Catarrho venenato ſuccedit putridus, & huic tandem venereus, qui ita plerumque eſt contumax, & vehemens, vt non ſit ſine aliquo periculo, ſaltem quia perducit ad mala fere incurabilia, vti Cachexiam, maximè ſi ſit in habitu, & confirmatus.

Quantitate. De Vitijs reliquis Quo copia fuerit maior, eo maius impendet periculum, ac eo magis, addit Auicenna, ſi caput doleat. nam ratione doloris, fit attractio materiæ in caput.

Qualitate. Rurſus excrementum tenue maius adfert periculum; (Hinc ex 6. *Epid com 3. tex. 17.* malignæ deſtillationes tenues.) craſſum, & viſcidum, difficiliùs medicamentis cedit, licet in eo periculum non abſit.

Calidum excrementum, quia eſt maioris actiuitatis, ob id eſt ipſum quoq; maioris periculi. Eidem dicendum eſt de eo, quod eſt iniucundi odoris, & ſaporis recedens ab albo colore, & figuræ rotundæ. Tale enim fit à cauſis maioris actiuitatis, & quæ maius negotium medico faceſſunt.

Quiete. Vt quieſcit excrementum, quo magis adhæret, eo peius eſt, & tractatu difficilius.

Motu, ratione termini à quo. Quantum ad motum eiuſdem excremẽti, ſi terminus à quo ſpectetur, certum eſt, quo cerebrum valentius expellit, eo id eſſe peius, ex 3. *aph.* 121 Si conſideretur terminus ad quem, quo pars eſt dignior, eo abſq; dubio catarrhus eſt periculoſior. *Ratione termini ad quem.* Hinc Celſus ait, ſi fluat ad nares, eſſe leuiorẽ, ſi ad fauces peiorem, ſi ad pulmones peſſimũ ex *Hipp lib de glandulis & Galeno loc cit.* Rurſus, ſi terminus ad quem attrahat, adeſt minus periculi, quã ſi ſuſcipiat: imo ſi ſuſcipiat ob natiuam imbecillitatem, malum eſt incurabile, ſicuti eſt podagra catarrhalis hæreditaria.

Ratione ſpacij. Pro ratione ſpacij, per quod fluit Catarrhus, varia prognoſticatio eſt inſtituenda. Nam ſi per ſpacia inania deferatur, cæteris paribus, minus eſt periculum. Nam materia extra venas defluit, vel in carnes, vel in articulos; vnde affectus cutanei, tumores varij, & arthritis; quæ, etſi non ſanetur, eſt tamen ex genere morborum, qui non occidunt. Si eadem materia fluat per nares, minus & ſic periculi eſt: imo videtur præcauere hic fluxus aliquos morbos; ad quod reſpiciens *Hippoc 6 Epid. v. tex. 42.* dicebat, præſente grauedine non fieri tumorem Lienis, & contra. Cuius rei ſecundum Ruffum, & Sabinum, ea eſt ratio; quia per grauedinem ſanguis expurgatur, ita vt nihil in lienem vitioſi deſcendat Galenus tamen præter iam dictam, Ruffi, & Sabini, duplicem aliam adfert rationem in commento, vnam communem, alteram priuatam. Communis eſt, Quia raro duo membra ſunt æquè debilia: propterea materia ſemper decumbit in partem debiliorē. Particularis eſt, Quia grauedo fit a pituita tenui, & aquoſa, lienis autem tumor, a materia craſſa. Quicquid tamen ſit, ſi grauedo fuerit crebra, & copioſa *ex Auicen. lib. 3.* poterit præſeruare à tumore Lienis, quæcunque ſit illa materia, quæ per grauedinem exit.

Cur præſente grauedine nō fiat tumor Lienis.

Si fluat per os, ſatis magnum adeſt periculum adhuc maius, ſi per œſophagum; (quamuis enim *Hippoc. 1. de morbis*, ſcribat deſtillationem ad ſtomachum, magis tutam eſſe cæteris; tamen *Gal. 7. Meth. pluribus in locis*, docet hoc non ſemper verum eſſe: imo interdum hanc deſtillationem eſſe exitialem, maximè, ſi materia calida deſtillet in ſtomachum frigidum, cum alui ſtipticitate) adhuc maius ſi per tracheam; præſertim ſi caput eius, vel ipſa exulceretur, & potiſſimùm, ſi ad eius cartilaginem peruaſerit, quemadmodum liquet *ex 7 de vſu part cap 7.* In qua tamen Trachea id notandum, ſi per eam fluat materia in pulmones, maius eſſe periculum, quàm ſi feratur in pectus, *6. Epid com. 3. tex. 18.* Ratio eſt, Quia ſi in pulmones decumbat, imminet phtiſis, præcipuè ſi materia ſit tenuis acris, & ſalſa. Duo ſi quidem mala facit. nam vel erodit, vel ſaltem tuſſim vehementem facit, ob quam vaſa pulmonum facilè rumpuntur; vnde additur tertium quod ob vehementem tuſſim repletur, & afficitur caput, & ita deſtillatio augetur. Sequuntur autem hæc, quoniam materia deſcendens maligna non coquitur, nec incraſſatur in pulmonibus; proinde ſi ibi moretur, cum non vincatur, mala dicta infert.

Si per neruos fluat, periculoſior eſt Catarrhus, quàm ſi per vacuitates; nec minus periculi adfert, ſi per venas, quia imminent febres continuæ, atrophia, cachexia.

Si vero per arterias fluat, nihil peius accidere poteſt homini. Nam ratione cordis imminent palpitatio, & Syncope.

Prognoſtica differētiarum à ſubiecto.

De differentijs ex ſubiecto, nimirùm generante, & mandante, quòd eſt cerebrum, & recipiente, quòd eſt totum, vel pars, pauca dicenda ſunt. Nam ex dictis patet, quid ſit prognoſticandum. Id ſolùm notandum, quòd *6. aph. 2.* traditur a Galeno; nimirum homines qui ſunt humidiores, vel cerebro tantùm, vel vniuerſo corpore, eos præ cęteris deſtillationibus tentari. Quare de materijs præſidiorum agere tempus eſt.

MATERIAE CHIRVRGICAE.

Circa materias igitur Chirurgicas, ante omnia neceſſariū eſt, vt decernatur, an mittendus ſit ſanguis

Indicãtia venæ ſectionẽ in catarrho.

guis per venam ſectam. In hac verò difficultate, breuitèr ſic puto habendum eſſe, vt præſentibus indicantibus, & coindicantibus; abſentibus verò prohibentibus, neceſſariò ſecãda ſit vena, in quocunq; catarrho indicantia verò ſunt catarrhus magnus, & vitium ſanguinis coniūctū. Eſt autem catarrhus magnus ille, qui deſcẽdit ad partem aliquam magni momenti, & efflatu dignam, vti ad oculos, fauces pulmones, ad totum per venas, vnde febris oritur; ad cor per arterias, vndè mala cordis proficiſcuntur. Eſt item magnus, qui copioſus eſt, cum plenitudine totius; qui per quàm craſſus, lentus, & viſcidus; qui mala qualitate erodit, & vlcerat, qui præceps eſt, & ſuffocás. Vitium verò ſanguinis magnum in hoc caſu nullum aliud eſt, niſi qua ſanguis habet rationem cauſæ, vel adiuuantis, dum ſcilicet miſcetur cū muco; vel ſine qua non, dum nimirū ſanguis, vel redundat in toto, vel eſt nimis feruefactus, ſeu à præſentia humoris ſalſi, & bilioſi, per venas illi cõmixti, ſeu ab obſtructionibus in febre. Imò, ſi indicetur aliquod præſidium, cuius materia ſanguinem poſſit feruefacere, & vitiare, non eſt deſiſtendum à venę ſectione. Indicatur enim hoc in caſu, à preſenti, vt minatur aliquod malum futurum.

In catarrho, calido, an mittendus ſanguis.

Ex his verò facilè patet, in catarrho calido, ſine dubio mittendum eſſe ſanguinem, adeſt enim morbi magnitudo, vel imminet, & adiungitur ſanguinis vitium. Hinc *Gal 5. Meth.* 14. in catarrho ſalſo mittit ſanguinẽ & Rhaſis in catarrho, cùm pruritu narium, & palati, idem facit. Meſues quoquè ad ſanguinis vitium reſpiciens, ſi corpus, inquit, fuerit calidum, & ſanguineum, ac catarrhus calidus, conuenit ſanguinis miſſio. Euadit verò catarrhus in corpore dicto calidus, ob mixtionem, vel ſanguinis, vel bilis, vel ſucci ſalſi, aut quia ſalſus per ſe generatur. Vitium porro ſanguinis in hoc caſu, quòdlibet concurrere poteſt Nam ſanguis & cùm muco miſceri poteſt, & in toto redundare, & feruefieri ex vſu medicamentorum diſcutientium, vel ſaltem ſiccantium, quando excrementum catarrhale his opus habet.

Obiectionis ſolutio

Nec eſt, quòd quis obijciat, Catarrhum calidum non opus habere diſcutientibus. Reſpondeo enim, verum id quidem eſſe, ratione qualitatis illius, ſed non ratione copiæ, quæ indicat euacuantia diſcutientia ſi materia tota ſenſibilitèr non poſſit euacuari, ac ſit impacta. Conueniunt tamen magis ſiccantia, in Catarrho calido, quàm diſcutientia, quæ ſiccantia, etſi non feruefaciant per ſe; per accidens tamen id facere poſſunt, quia ſiccitas eſt lima caloris. Quòd verò *Tornomira & Gordonius*, aiunt, ſectionem venæ, in Catarrho calido, reddere homines toto vitæ tempore raucos, nihil eſt, & experientiæ repugnat: & ſi id aliquando contigit, id ex vno potiùs, vel altero caſu factum eſt, quam ex venæ ſectione. Eſt igitur ſecanda vena in Catarrho calido.

In frigido catarrho, an ſecanda vena.

Sed, & in Catarrho frigido, ſi ſit magnus, & vehemens, ac ſanguinis vitium adſit, vel immineat, ob vſum medicamentorum diſcutientium, & calefacientium, ſine dubio ſectio venæ probatur, quia adſunt indicantia. Notandum tamen in hoc catarrho, ſi ad modum ipſius *Meſuei*, corpus ſit frigidum, & pauco ſanguine refertum, abſtinendum eſſe à venæ ſectione, quoniam ſanguis in hoc caſu potius rationem habet remedij. Sua enim præſentia temperat frigiditatem, hancquè ipſam corrigit. Et propter hoc, etiamſi in Catarrho frigido, & corpore paritèr frigido, adſit febris, non mittitur ſanguis,

quoniam febris ſimilitèr habet rationem remedij calefaciendo. Illud tamen ſciendum eſt pręter indicantia, reſpiciendum etiam, in mittendo ſanguine, eſſe ad ætatem coindicantem, & vires aliquando coindicantes, aliquando prohibentes. Aetas igitur ſit florens, vires robuſtæ alias prohibent, ſicut in catarrho calido, ſi ſubſit copia vitioſorum humorum ac paucus ſanguis, vti in corpore frigido: quòd præceptum ad vires attinens, elicitur è *Gal.* 5. *Meth.* 14. *& alibi*.

Rectus vſus venæ ſectionis. Quãtitas mittendi ſanguinis

Quod ad rectum vſum venæ ſectionis attinet, Circa. *Quantum agendũ* ità ſtatuto, ſanguinem non educendum eſſe ea copia, qua ſanguis peccat, ſed parcius, quia ad vires futuras reſpiciens medicus debet omne ſtudium in id impendere, vt validæ conſeruętur, quo, & contra cauſam principalem pugnare, & medicamẽta neceſſaria perferrè poſſint. Verùm parciùs adhuc, in catarrho frigido, mittendus eſt ſanguis, ob rationem dictam; præcipuè, verò, quòd non niſi longo tempore affligit, & medicamentis valdè reluctatur. Ob has enim cauſas, vires quoquè robuſtiores requirit.

Modus agendi.

De modo agendi. Sine dubio maius in catarrho frigido, quàm in calido foramen in vena infligendum eſt, quo ſanguis craſſior commodius exeat.

Tempus. In omni Catarrho ſtatim à principio mittẽdus ſãguis, exceptis duobus caſib.

De tempore ità ſentito, in omni catarrho, ſtatim à principio mittendum eſſe ſanguinem. Nam tunc magis commoda, & tuta via paratur alijs remediorum materijs, præterea, à principio habemus vires magis robuſtas. Sunt tamen hac in re duo caſus excipiendi.

1 Primus habetur 5. *Meth.* 14. vbi cognoſcens Galenus, ex vna parte in deſtillatione ſalſa, ſanguinis miſſionem ad refrigerandum, conuenire; ex altera verò parte, cacochymiam adeſſe exquiſitam, ſub qua ſanguis deficit, & vitioſus ſuccus redundat, meritò quorum duorum, vires languidæ redditæ, potius venæ ſectionem prohibent; primùm iubebet, vt ſuccus ille ad meliorem naturam virtute ciborum redigeretur, vt cacochymia, quæ erat legitima, euaderet notha, ob noui ſanguinis generationem vireſquè reficerentur, deindè ad ſectionem venę deueniretur. Nunquàm enim, in vſu huius remedij, ſunt vires deſpiciendæ. Quare *Gal. loco cit. c.* 13. in ſputo ſanguinis, ex catarrho acri, non fuit auſus in matrona illa venam ſecare, quia vires ob inediam euaſerant debiles. 2

Secundus caſus eſt *Rhaſis*, qui in catarrho calido propulſo à cerebro vi aeris externi refrigerato, non vult ſtatim mittendum eſſe ſanguinem, ſed prius capiti adhibet pannos calidos, & tum demum, ſi illi non ſufficiant, pro tollenda frigiditate illa venam ſecat. Ratio huius eſt, quia tunc frigiditas illa vincitur à ſanguine peccante. Cùm enim neceſſarium ſit in hoc caſu, deuenire ad medicamenta magis calefacientia, vi quorum ſanguis in toto redundans, poſſet trahi in caput, vel vſu ſaltem eorum interim inquinari, vitiariquè, ideò quamprimum eſt ſecanda vena. Id quòd ego non tantum intelligo, de ſanguine peccante in toto, ſed etiam peccante alijs modis, vt ſupra tactum eſt.

Vbi agendum.

Quoad Vbi agendum, ſi vitium ſanguinis ſit in toto, ſecanda eſt vena mediana: ſi vitium ſit in capite, præcipuè mihi probatur ſectio venæ cephalicæ: ſi ſuppreſſę ſint hemorrhoides, aperiendæ venæ ſedales; ſi menſes, venę tali Sed, & in calido catarrho, euacuatio ſanguinis per venam frontis conuenit, & per hirudines poſt aures, aut naribꝰ internis, vbi caput

put valde fuerit rubrum, venæque latæ, & amplæ. Imò ſi inflammationis veſtigia in faucibus appareant, conuenit apertio venarum ſub lingua.

De cucurbitulis, et hirudinibus.

Venę ſectionem ſequuntur cucurbitulæ ſcarificatæ, & hirudines; quæ probantur, ſi catarrhus non ſit magnus, nec vitium inſigne ſanguinis adſit: imò ſi ſectio venæ prohibeatur, poſſunt ſubſtitui loco eius. Si igitur cucurbitulæ ſubſtituantur venæ ſectioni, applicandæ ſunt partibus infernis gratia totius; dummodo tamen partes illæ non laborent doloribus, vel alijs affectionibus. nã tunc humeris, & brachijs affigi poſſunt. Quòd ſi adhibeantur, tunquàm remedium principale, in morbo, & ſanguinis vitio mediocri; tunc, ſi catarrhus deſcendat ad partes infernas, apponendæ ſunt partibus ſupernis, humeris inquã, & brachijs, ceruici, & occipitio, imo, & ſyncipiti. (Hinc Auic. in deſtillatione ad pectus; non applicat, cucurbitulas dorſo, ſed partibus hiſce, ne trahatur materia ad locum affectum.) Quòd ſi catarrhus partes ſuperiores moleſtet, partibus infernis ſunt adhibendæ. Atq; idem de partibus dextris, & ſiniſtris intelligere oportet. Si verò impacta ſit materia, alijs non conferentibus, parti ipſi laboranti apponendæ ſunt. Quæ tamen omnia vera ſunt de cucurbitulis, quæ gratia partis alicuius adhibentur, Quoniam, ſi ratione totius ſint vſurpandæ, eodem modo cõueniunt adhibitæ, ac quando adhibentur loco ſectionis venæ. Quòd ſi quantitas aliqua ſanguinis detrahenda ſit, poterunt adhiberi plures cucucurbitulę, cum pluribus, & profundis ſcarificationibus, ac crebrius repeti. Quæ verò de cucurbitulis dicta ſunt, ferè omnia de electione, & recto vſu hirudinũ intelligere oportet, nam gratia totius venis omnibus cõmemoratis poſſunt adhiberi, præterea verò, & hæmorrhoibus quibus in locis quorum probantur ſicuti principales vſurpentur à gratia partis agendum, vt de cucurbitulis gratia partis, & quo copioſior ſanguis educatur, & copioſioribus hirudinibus vtendum. Sed quia ſæpiſſimè accidit, vt medicus indicat in catarrhos præfocatiuos; circa venæ ſectionem, & cucurbitulas, in gratiam huius caſus hæc noto: nimirum exiſtente plenitudine, & incipiente materia figi in aliquo membro nobili, ſtatim ſecandam eſſe venam; præterea ad thoracis dilatationem, & pro dilatando anhelitu, ſuper vertebras thoracis imponendam cucurbitulã: ad hæc, & ad diuerſionem, partibus carnoſis ſcapularum, paritèr cucurbitas affigendas. Sic enim plures, euadunt, quemadmodum plures pereunt, ſi cum alijs remedijs materiam agitantibus procedatur. Subſequuntur cauteria, & veſicantia.

Notandũ circà venæ ſectionem, & cucurbitulas in Catarrho præfocatiuo.

De cauterijs.

Cauteria igitur maximè in hoc malo conueniunt, quia hæc occurrunt ſimul, illius, & copiæ, & motui vitioſo. Nec vllus ex ſchola medica eſt, qui damnet cauteria in affectibus capitis, immò magnus *Hipp. 4. de morbis in antiquis doloribus*, & morbos non modo vnum, ſed duo cauteria laudat. Duo in occipite, duo in ſyncipite, duo circà tempora, & duo circà oculorum angulos, quæ tãtum cõmunis opinio referenda eſt ad catarrhum, qui ſuam occaſionem tantum in caput, non extra habeat.

An conueniat in catarrho calido, & quãdo, & ubi.

Sententia aliorum.

Quòd igitur pertinet ad catarrhum calidum, aliqui in eò cauterium in vertice omnino improbant, qui calefaciat cerebrum: alij admittunt quidem, ſed tùm tantùm, ſi materia in pulmones deſtillet. Si enim non deſtillet, alijs vtuntur remedijs, quia, aiunt, materia calida, vt quæ irritet facultatem expultricem, facile alijs

modis è corpore educitur; at ſi ad pulmones deſtillet, & ſi copioſa, vt ſuffocatio immo, & exulceratio, q̃a acris impẽdet, cauterium inurunt in ſutura coronali, idquè non ſolum vt copia in cerebro tollatur, ſed vt retracta materia ſurſum per ſuturam, prohibeatur ne in pulmones deſcendat, ac ſic reuellatur. Sed priorum ratio omnino nulla eſt. Tantum enim abeſt, vt cauteria calefaciant, vt etiã refrigerent. Vſtio quidem actualis ignis quamdiu manet, tamdiu calefacit: ſublato vero igne pars emoritur, locus fit frigidior, quia continuo difflatur. Vndè partes quæ cauteria geſtant, ſi fluxio calida non ſit, redduntur frigidiores. Et ſi quis timeret illam calefactionem, quod vix credi poteſt, quoniam eſt veluti momentanea expediet partes circumſtantes munire linteaminibus imbutis liquore aliquo refrigeranti; vti aqua ſimplici, vel roſarum, oleo roſarum, vel violaceo, ſucco lactucæ, vel ſolani, & ad maiorem cautelam his vti triduo poſt vſtionem. Poſteriorum ſententiam, vt circa cauterium in deſtillatione ad pulmones libentèr amplector; ita non video, cur etiam non deſtillante materia ad pulmones, ibidem ad præſeruationem cauterium adhiberi nequeat. Illud tantum circa cauterium hoc noto, ſi huiuſmodi catarrhus à partibus naturalibus, vt iecore, originem habeat, abſtinendum eſſe ab eo. alias enim totum corpus euacuaretur per locum affectum, nimirum cerebrum, quod eſt inconueniẽs. Quare in hoc caſu gratia iecoris laudo cauterium in cruribus: gratia capitis infra occipitium, vel in brachijs.

Sententia propria.

An in catarrho frigido conueniat, & vbi, & quando.

In catarrho frigido, Auicenna paritèr cauterium ad ſuturam coronalem laudat, idquè gratia euacuationis, & exiccationis capitis. Cuius ſententiam ego quoquè laudo in materia pertinaci, quicquid contradicat *Poparella lib. 1. cap. 15.* qui omnino cauterium hoc in caſu improbat. Ratio quæ me mouet eſt, quia materia frigida ex ſua natura non ità facilè euacuatur, cum ab ea facultas expultrix nõ irritetur, & hinc non rarò immineat periculum apoplexiæ, & aliorum malorum. Cæterũ hoc Auicennæ addo, non ſolum euacuationis, ſed reuulſionis quoque gratia, in huiuſmodi catarrho, cauterium hoc locum habere poſſe, ſi ſcilicèt materia copioſa deſtillet ad pectus, & præfocationẽ minetur. Tunc enim ad retrahendam hanc, non parum momẽti habet tale cauterium, priùs tamen toto euacuato, adhibitum. Sed nec in ceruice, vel occipitio mihi cauterium pro euacuatione improbatur: imò non deſunt, qui libentius hic parent cauterium, quàm in ſyncipite, ducti & grauitate materiæ euacuandæ, quæ faciliùs per partes infernas educitur, & maiori viarum euacuationis commoditate. Tametſi non deſint rationes, quæ vſum cauterij in occipitio reprobant, quarum prima eſt, quoniam ibi eſt principium ſpinæ, ad quod per fonticulum excitatum producitur materia hinc occaſio paralyſis. Secunda non deſumitur ex *Gal. 2. localium 1.* vbi habet occipitium nõ ſuſtinere vſtionem ob ſpinalem medullam neruorum originem ibidem inchoatam, quibus haud difficilè reſpondetur; & per id quod per vlcus in occipite concitatum euacuatur materia morbifica, non quidem per attractionẽ, ſed per transmiſſionem ad vlcus illud extra os, vt tantum abeſt, quod materia ad medullam mittatur, quã potiùs, a medula ad partem cauterio affectam mittitur; & ſic ſucceſſiuè euacuatur vt nulla ratione poſſit eſſe paralyſis ſuſpicio aliqua ſecundæ rationi, dico quod *Gal. loc. cit.* loqui-

tur de nimio, & importuno vſu medicamentorum calidorum vehementium, & acrium, hæc non facilè ſuſtinent à parte illa, cauterium autem fit igne actuali, qui in momento operatur, & coniugando partem ipſam roboratur. Quòd ad aliarum partiũ cauteria attinet, in hoc catarrho dicendum eſt, quòd dictum eſt in calido. Nam ſi in catarrho frigido materia ſuppeditetur à ventriculo, vel alia parte abdominis, tunc gratia vẽtriculi ad reuulſionem cruribus, gratia capitis ceruici, aut brachijs, vt citò materia à capite retrahatur, cauteria ſunt affigenda, ob eandem quæ ſupra allata eſt rationem. Atque hęc ita de cauterijs ſtatuuntur. Ego tamen, vt libere dicam, quòd ſentio, de hiſce capitis cauterijs, quia video illa ſępe parum iuuare, & maxima cum difficultate, & moleſtia ſeruari ad aliquod tempus aperta, iccirco eis præfero cauterium in ceruice duplicatum, quod vulgo Sataceum vocant. Nam hoc maxime caput euacuat, & in diſtillatione ad pulmones calida, ſi non reuellit, ſaltem intercipit materiam fluẽtem. Nec obijciat mihi aliquis, ſetaceum tantum operari in fluxionibus per partes externas, non autem internas, & proinde meliora eſſe eo in loco cauteria. Quia primò, eſto hoc verùm primis diebus, at ſaltem id ratum eſt, & certum, tranſactis aliquot diebus, partẽ ita imbecillem fieri, vt etiam ex internis partibus ad eam demandetur materia. Secundò, Quia cauteria ipſa quoquè ibidem parata, eo quòd non ſeruantur profunda, ſed carne implẽtur, nequaquàm magis à partibus intimis euacuant, quam ſetaceum, quòd, & aliquem dolorem excitando nonnunquam attrahit. Cæterum vnum hæc in re caſum excipit, nimirum cum ſubito fluxio ſiſtenda, & reuellendo euacuanda eſt hoc enim

Quæ cauteria ex his utiliora.

Obiectionis ſolutio.

in caſu non eo inficias, quin excitatum in ſutura coronali cauteriũ longè ſetaceum antecellat. Quare non poſſum non mirari, tùm recentiores alios, qui omnino talia cauteria improbant, & ſola, ſiue ſetacea, ſiue cauteria occipitis amplectũtur: tùm Mercatum etiam, qui eadem damnans, ſolùm paruas quaſdam inuſtiones in capitis circumferentia approbat; idquè tùm tantùm ſi materia fluat à vaſis externis capitis ad intima. Nam reuera hæc cauteria penitus tollere, eſt reuellendi indicationem negligere, & conſequentèr vim methodi medendi tollere. Nec vero quicquam valent rationes eorum, quibus hoc euincere conantur. Probãt enim id primo, Quia cauterium in occipite præſtat idem, quod in ſyncipite. Secundo, Quia ſecurius in occipite infigitur, cum in ſyncipite ſint partes magis ſentientes, ob quas facilè imminet conuulſio, & ex *Hippoc. lib. de vulneribus, in princ.* vlcera vſquè ad os cranei penetrantia ſint periculoſa. Tertio, Quia ob ſitum decliuiorem cauteria in occipite materiam melius expurgant, cum ea potiùs ob grauitatem deſcendat, quàm aſcendat. Cui accidit, quod vbi materia fuerit craſſa, & viſcida non apparet qua ratione per ſuturas poſſit permeare.

Cõtra eos diſputatur, q omnino cauteria in capite improbant.

Rationes eorum proponuntur.

Sed nullo negocio reſpondetur. Ad primum negatur idem præſtare cauterium in occipite, quod cauterium in ſutura coronali, Quia primò in ſutura reuellit, & euacuat ſimul, in occipitio intercipit, & deriuando euacuat.

Soluuntur rationes.

Secundò, Quia ob raritatem ſuturarum, & vicinitatem cerebri, materia abſquè dubio meliùs, & citiùs expurgatur per ſuturas, quàm per occiput. Ad ſecundum, Dico, ſi ex toto partes ſentientes peruadantur à ferro ignito, nullum indè ſequi

peri-

periculum. Hinc videmus perforato neruo fieri conuulſionem non eò ex toto inciſo, ſicuti Galenus aliquã dò nobis indicauit, loquens de vulneribus neruorum. Quòd verò ad Hippocratem attinet, nihil facit eius ſententia contrà nos. Hoc enim tãtùm vult, periculoſa eſſe illa vlcera ſi malè tractentur, non autem ſua natura, præterquàm ignis actualis quò vlcus excitatur habet vim roborandi media coniugatione partis quæ vritur Hipp. verò loquitur de vulneribus inflictis ab inſtrumento quæ non retinent talem conditionem, & ſi quis obijceret quòd cauteria ad ſuturas adhibita, non roborant præſertim quia pericranium ex calefactum à ferro ignito ſuã impartitur, mẽbranis cerebri affectionem, & proinde inflammationem cõicare poteſt: dico quòd diligens & prudẽs Medicus non permittet locum inflãmari, tametſi vix vnquam aliquis ſuſpicari poterit inflãmationẽ ſuboriri ex inuſtione ferè momentanea qua cauteria excitãtur. Ad tertium, Dico imprimis, id quòd aſſumitur, non eſſe verùm de omni materia, ſed tantùm de frigida. Calida enim vt quę in vapores facilè abit, faciliùs aſcendit, quàm deſcendit. Deindè, eſto faciliùs deſcendat, quàm aſcendat materia, tamen id verùm tantũ eſt de ea, vt talis, & per ſe conſideratur, non autem quatenùs, vel à facultate expultrice ad partem vſtã tanquàm imbecillem expellitur: vel inducto dolore aliquò, perfrictionem, aut à cauterio, eò trahitur, nã cauteria fiunt in corpore viuenti cuius facultatem, & calor innatus agũt in materiam; hanc ipſam attenuando, & in vapores digerendo, vt vijs adapertis exitus facilè pateat illis.

De Veſicantib in capite.

Quoad veſicantia, ea conuenire in catarrho frigido, nemo eſt qui dubitet, idq; duplici nomine, tùm ratione alterationis, quia ſcilicet intemperiem frigidam cerebri corrigunt, cum non in ſuperfice tantũ, vt cauteria, calorem inducant, ſed ad intimas etiam partes vim calefacientẽ traſmittant: tùm ratione reuulſionis, ſi ſcilicet materia frigida, impetuosè delabatur ad fauces, & ſuffocationem minetur. Porrò an in calido Catarrho conueniant, non pauci ſunt qui dubitant, & inter eos Paparella *lib. 2. de Catarrh. ca. 15.* omninò ea improbat, tùm Tralliani auctoritate nixus *lib 7. ca 5.* vbi Galenum ea adhibere auſum reprehendit: tùm hac ratione, Quia caliditatem cerebri augendo, in cauſa ſunt, vt fluxio concitetur maior. Quin imò Galenus in hac re ſibi eſſe videtur contrarius. Nam *6. de Tuend. Sanit. c. 9. & 13 Meth. c. 22. & lib. 2. Local. ca* 2. apertè ſcribit, ſe in Catarrho frigido libentèr vti medicamento ex tapſia, ſed in calido ſe minimè hoc probare. Contrà tamẽ idem Galen. *5. Meth. cap. 13. & 14.* in matrona Romana deſtillatione calida laborante, hoc ipſo medicamento vtitur ex thapſia, & ſtercore columbino, quòd ſi non exulcerat, ſaltem rubefacit. Ego tamen eius ſum ſententię, in catarrho calido, ſi is cum impetu à capite deſcendat, maximè in pulmonem, ſic vt vel phtiſis periculum inſtet, vel ſuffocationis vel ſaltem perennis, & moleſtiſſimæ tuſſis, qualem ego aliquando obſeruaui, ab eiuſcemodi fluxione concitatam eſſe, non minùs cõuenire, quàm in frigido. Experientia enim docet hoc pręſidij genere celerrimè fluxionem ſiſti, & mala prædicta euitari. Ea verò quæ in contrarium allata ſunt, facile remouentur. Nam quoad Trallianum, ſi is ità vult, ne in dicto quidem caſu admittendum eſſe hoc genus medicamenti, equidem exiſtimo eum iniuria Galenum repre-

An in calido catarrho cõueniant, & quando.

Argumẽta negantium conuenire.

1

2

3

Propria ſententia

Solutiones argumentorũ contrariorum.

1 reprehendere. Ad rationem reſpon-
deo, maius expectari commodum à
2 bita reuulſione, Catarrhum ſiſtente,
quàm hoc medicamentum præſtat,
3 quàm à caliditate, quàm cerebro
communicat, & ideò minus malum
eſſe eligendum, vt maius vitetur.

Galenus quomodo admittat, & damnet veſicantia.

Quoad Galenum, is ſibi nequaquã eſt contrarius. Facilè enim loca dicta conciliantur, idquè bifariam. Primò enim reſpondetur, quandò Galenus laudat illud medicamentũ in fluxione calida, eum reſpicere ad motum materiæ vitioſum, & eius copiam, quæ duo, euocata materia ad ſuperficiem cutis per vſum huius medicamenti, ſtatim corriguntur, & quaſi tolluntur. Vbi verò idem medicamentum reprobat, reſpicere ad intemperiem capitis calidam, quæ potius vſu illius medicamenti calidi augetur, ſeu; quòd idem eſt, hic reſpicere hoc medicamentum tanquã alterans, ibi tanquam reuellens. Secundò dici poteſt, *Gal. 5. Meth.* loqui de deſtillatione calida non ſimplicitèr, ſed calida ad pulmones impetu irruente, & exulcerationem minante: *at. 6. de Tuend. San. 9.* ſermonem habere de deſtillatione calida ſimplicitèr, & à qua non ſtatim imminet eiuſcemodi periculũ. Porrò veſicatorium, quòd mihi magis probatur, eſt eiuſcemodi.

Formula ſiccantis.

Rec. Cantharid. præp drach. vi. Synapi drach ij fermẽti acris unc ſs. Caricarum pinguium nu. v ſem. ameos drachm i. M cum aceto ſcyllitino, vel aqua ardenti f paſta. In qua compoſitione baſis locũ tenent cantarides; eandem iuuant Synapi, fermentum acre, acetum ſcylliticum ſeu aqua ardens, ratione acrimoniæ, & caliditatis: corrigunt ratione emplaſticitatis, fermentum, & caricæ; ratione proprietatis occultæ, ſemina ameos, quæ corrigunt vim cantharidum inimicam veſicæ. Applicatur autem veſicatoriũ hoc Syncipiti, in medio capite ad ſuturam ſagittalem; occipiti, & ad capitis cornua prope ſuturam Lambdoidem. Immo in catarrho pectoratiuo partibus ſcapulam carneis?

De reliquis materijs Chirurgicis pro Catarrho.

Reſtant poſtremò loco, inter materias Chirurgicas, cucurbitulæ ſiccę, & frictiones, vincula extremorum, eorumquè lotiones cum aqua calida partibus extremis, brachijs, & cruribus adhibita, de quibus nihil eſt dicendum, cum illorum in hoc caſu vtilitates nemini eſſe poſſint ignotæ. Vnum tantùm noto circà has materias non deeſſe qui pro ſiſtendis Catarrhis capillos vellicent. Atquè hoc ſcribit Alex Benedictus Veronenſis à Græcis potiſſimùm obſeruari. Magnam enim partem capillorum manu vehementer apprehenſam eos vellicare, donec crepitu cutis ab oſſe recedat, & ſic deſtillationes ex quacunquè cauſa frequentiſſimè ſiſtere. Ad has eaſdem materias pertinet, quòd Plinius ſcribit, in manu dextra medios duos digitos lino colligatos deſtillationem arcere, atquè idem facere præligatum pollicem in pede, maximè ſi canina cuti, & digiti iam dicti, & pollex obuoluantur. Illud quoquè Aetij huc ſpectat, qui iubet plantas pedum conſtanter fricare cum pice in oleo plurimo diſſoluta. Sed ad medicamenta venio.

MATERIAE PHARMACEUTICÆ.

Medicamenta reſpicientia materiã genitã.

Medicameuta igitur reſpiciunt materiam, vel prout genita eſt, vel prout generatur. Si eam reſpiciunt, prout genita eſt; cum hæc conſideretur, quatenùs copioſa, & quatenus mouetur in partes ſubiectas, ratione copiæ occurrunt euacuantia; ratione motus intercipientia, ac renellentia. E quibus euacuantia

tia

tia ruſſus, vel totum reſpiciunt, vel partes. Si verò ad eam, prout gignitur; referuntur, ſic ſe offerunt, alterantia caput. namquè alterantia cohibent generationem obiecti vitioſi in vẽtriculo, hæpate, & toto corpore alibi prætiactanda ſunt, nunc igitur de alijs propoſitis agendum, exorſus ab ijs, quæ euacuant totum.

Euacuantia totum in materia calida

In materia igitur calida, pro lenienda aluo, in potu conuenit Syr. roſ. aut viol. ſol. vel man. el. cùm melle ſol. viol. aut roſ. diluta cum liquore aliquo refrigeranti. Pro bolo conuenit caſſia cum manna. Dantur autẽ

Lenientia.

ventriculo ieiunio, ſtatim à principio, ad præparationẽ materiæ probantur decoctum cichorei, endiuiæ ionchi, betonicæ, hordei mundi, cum

Præparantia.

Syr. de ſuc. endiu. de roſ. rec. Quòd ſi materia ſit admodum tenuis, decocto lactucæ, & violar. Syr. violat. de iuiub. de papauere addi poterũt: imò tunc magis decocta, quàm Syrupi, vt qui facilè bileſcant, ex vſu erunt, & loco Syruporum, mucilago pſyllj, ac gummi Tragacanthæ decoctis adijci poterunt. Vbi verò materia habeat aliquam craſſitiem, poterit decocto adijci hordeum: erunt item immiſcenda Syr. acet. ſimpl. oxymel. ſimpl. ſicut, & materia pulmones petente Syr. de Farfara; de Althea, de capill. venere liquiritia farfara, capilluſquè Veneris decocto opportunè admiſcebuntur. Nec mirum videatur alicui, me betonicam, alioqui calidam, immiſcere, decoctis, quoniam, ſicuti in electione purgantium materiam calidam, & acrem, *ex 5. Meth.* vt videbimus, ſeligenda ſunt, quæ diuerſos ſuccos educant, quòd etiam in lenientibus à me fuit obſeruatum, quia ſemper aliquid pituitæ, vel ſalſedinis ex putredine contractæ, immiſcetur; ità etiam præparantibus non immeritò immiſcetur betonica pituitam reſpiciens. In horum autem præparantium vſu, perſiſtendum eſt, quouſquè in vrinis cernantur notę coctionis.

Purgantia.

Pro purgante, laudatur in materia biliosa Syr. roſ. ſol. cum Rhabarb. & agar. troc. electuarium roſat. Meſ. vel de ſuc. roſ. cum modico agarici, & caſſia, adiecta portione aliqua agarici, ob rationem ex *Gal. 5. Meth.* adductam, qui dat ibi pilul. ex colocynth. in deſtillatione acri. Conueniunt item pilulæ aureæ.

Proponuntur autem pilulæ, quia cum materia etiam ſit in capite, ideò ab eo attrahentibus, veluti pilulis, vti oportet: quarum tamen, vt & electuariorum caliditas, ſi timeatur, dari poteſt poſt illa apozema ex ſero, vel aqua hordei. Quòad rectũ vſum horum purgantium, quædam notanda ſunt.

Circà rectum purgantium vſum notanda.

Circà, Quandò agendum, *Notandum primò*, conuenire purgantia, vbi præſens eſt materia purganda in toto; quoniam, *ex 4. acut. 85* non in omni Catarrho vtendum eſt veratro, cùm interdum ſoli capiti ſit proſpiciendum, vbi nimirũ materia non peccat in toto. *Notandum ſecundò*, dum purgantia exhibentur, ſemper ſupponi debere coctionem materiæ educendæ. Verùm circà hoc difficultas eſt. Nem quæritur à non paucis, an incipiente fluxione ad pectus, liceat ſtatim ad purgans deuenire nulla præmiſſa materię pręparatione.

An incipiente fluxione ad pectus liceat purgare, ſine præparatione materiam calidam.

Sunt quidam vti *Trincauell.* & alij, qui dicunt, ſi immineat aliquod præceps periculum, licere ſtatim, vti purgante: ſi verò non immineat, prius præparãdam eſſe materiam, quippe quæ aliàs agitata, cum purgantibus non cedat, facilè impellatur, vel ad ventriculos cerebri, vndè Apoplexia, Epilepſia; vel ad fauces, vndè Suffocatio.

Aliorum ſententia, licere.

Præceps autem periculum imminere dicunt, vel ex materia tenui,

& in

& in motu præcipiti, vel ex eiuſdem materiæ malignitate, quatenùs acris & erodens eſt, *ex 6. Epid. 3. tex.* 18. vel quia propenſa eſt ad aliquam partem, vbi de grauiori periculo eſt metus, vt de angina, de phthiſi. Non imminere verò hoc periculū dicunt ſi materia ſit craſſa, vel copioſa etiā, ſed quæ non confertim moueatur. Quod ſi aliquis illis obijciat, quòd traditur ab Hippocr. 1 *aph* 22. cocta ſolùm eſſe medicanda, niſi materia turgeat, reſpondent biffariam. Primùm, cum in Catarrho calido, & tenui ſtatim datur purgans, id non fieri gratia euacuationis, ſed reuulſionis cum euacuatione; Hippocratem verò id tantùm velle, materia cruda non poſſe fieri euacuationem ſolam. Sed cum hæc ſolutio directè pugnet cùm Hippoc. ſententia, qui apertè fatetur, nunquam purgandū eſſe ſine humorum præparatione, niſi materia turgeat, ideò ſecundam addunt ſolutionem, nimirum calidā hanc, & tenuem deſtillationem habere rationem materiæ turgentis. Sed & hæc reſponſio adeò à veritate eſt aliena, vt nulla ratione defendi poſſit. Nam materia turgens ex Galeno, & Hippocr. ratione motus eſt indifferens ad partem aliquam, materia autem de qua agitur nunc, ad partem determinatam mouetur, nimirùm ad pectus.

Sententia propria.

Dico igitur, non præmiſſa præparatione, aut non licere in caſu dicto, vti electiuè purgantis; aut ſi liceat, id fieri, quia materia ſupponitur cocta ſaltem in toto. Nam cum in præcipiti deſtillatione ſupponatur, materiam peccantem, pro maiori parte, à toto ad caput propulſam eſſe, vt ad partem imbecillem, videtur colligi poſſe, quicquid in toto remanſit, id eſſe coctum, & victum. Nam ſi excremēta aliqua praua ſint in corpore, eaq; ſeparata a bonis ſuccis, pro maiori parte, ad partes imbecilles tranſmittantur, calorq; naturalis in toto vigeat, facilè fieri poteſt, vt excrementa, quæ in toto remanēt, à calore hoc ſeparentur, & proinde tanquam cocta euacuari poſſint. Et hanc fuiſſe cauſam puto, cur *Gal. 1. Locol. 2.* adoleſcenti cuidam alopecia laboranti, ſimul ac eum viſitauit, colocynthidem dederit, iſque ſic ſanatus fuerit. Atq; hæc quidem, meo iudicio, vera eſt ſententia. Cæterùm, quoniā ſunt quoq; loca apud Hippoc. & Galen. in quib. proponi videntur caſus purgandi etiam materiā crudam, Dico, in præſenti, quia materia fluit vel ad fauces, vel ad pulmones, quæ ſunt partes inſeruientes cordi per reſpirationem, ſi quis illis locis inſiſtere voluerit, poſſe medicamentum purgās dari. Sic enim *Gal. 6. Meth. 2.* ſtatim purgat in punctione nerui, ne cerebrum trahatur in conſenſum; & *Hipp ſub init. 6. Epid.* in dolore nephritico illico dat pharmacum, quia afficiuntur renes, qui immediatè inſeruiunt hepati.

Euacuantia totum pro materia frigida.

Sed hac de re diligētiùs *in tractatu noſtro, De Ingreſſu ad infirmos, In Catarrho frigido*, pro leniēti, conuenit in potione, mel roſa. ſolut. maxime ex ſuccis vocatū datis priùs ſpecieb. hieræ exceptis cum ſyrupi de betonica in bolo, caſſia cū ſpeciebus hieræ. Præparantia mitia ſunt betonicæ, ſaluiæ, liquiritiæ, paſſular. decoctum, cum oxym. ſimpl. mell. roſ. col. Syrupo de beton. ſimpl. fortia, decoctum hyſſopi, origani, pulegij, calamenthi, cum Syr. de radicib. oxym. comp. vel ſcillino, Syr. de beton. comp. de ſtœcad. de hyſſopo.

Leniētia.

Præparantia.

Propono autem mitia, & fortia, quia in materia pituitoſa, de qua hic loquor, ſæpiùs non ſufficit vna præparatio. Quòd ſi pituitoſa materia eſt tenuis, & aquoſa, conueniunt calida, ſicca, incraſſantia, ſed non valdè diluta. Ideò probatur hoc in

caſu

caſu mel. roſ. ſimpl. cum Syrupo de myrto, adiecto tantillo decocti thuris, ſandarachæ (per hanc intelligo reſinam iuniperi, vel cedri) ac nuc. cupreſ. quod aromatizetur cum mace, caryophil. gall. muſc.

Purgantia.

In purgantibus craſſam pituitatem inter mitia ſunt mel roſ. ſol. cum agar. troch. vel Diaphæn. cum Diacathol. vel pil. de hiera cum agar. aut de agarico meſ. vel hiera Pachij; inter fortia, eſt imprimis puluis cataputiæ. Hic enim ſumptus cum modico cinamomi ad ſcr. j. ſs. vel etiam ij. in robuſtioribus ex ouo ſorbili, vel iuſculo, ſine moleſtia pituitam detrahit. Sunt item pil. cochiæ, quibus tamen, pro purganda materia aquoſa, addendus eſt pulu. Mechiocan, vel ſem. ebuli: & vbi admixta fuerit melancholia, quemadmodum præparantibus borrago, meliſſa, lupulus, fumaria, ac Syrupi ex his parati, ſunt admiſcenda; ita etiam pro purganti exhibendæ pilul. cochiæ cum elleb. vel ex elleb. ſolo.

Rectus vſus purgantium.

Quoad rectũ vſum, Circa quando agendum nemini dubium eſt, quin conueniant præſente materia Sed cauendum eſt à cruditate: & quoniam materia pituitoſa ſæpè eſt craſſa, rebellis, ac cõtumax, ita vt non facilè, & cito purgetur, ideò purgantia ſunt repetenda.

Liceat ſine præparatione purgare materiam frigidam.

Illud tamen aliquis quærat, An, quemadmodum de Catarrho calido dictum eſt, ita in hoc frigido, materiam craſſam à principio aliquando purgare liceat, nulla præmiſſa præparatione Ac quidem licere hoc, aliquis inde confirmauerit, quod ſi eſſet copioſa, & moueretur ad pectus, vel fauces confertim, eo modo quo poteſt, procul dubio immineret aliquod periculum ſuffocationis, & aſthmatis, cui non niſi purgando ſtatim obuiam iri queat. Verùm, cum ex altera parte ſi medicamentum purgans detur, quoniam materia hæc ob lentorem, & craſſitiem, contranititur medicamento, facilè fieri poteſt, vt agitetur, atque præcipitata in partes iam dictas, mala illa pariat; aut ad ventriculos cerebri delata, apoplexiam excitet; ideo puto abſtinendum eſſe à medicamento purgante per os ſumpto, eique clyſteres acres ſubſtituendos eſſe, deinde verò coctam materiam medicamento per os dato euacuandam, de materia autem ſe- cui id auerendum quid de calido,

II. Euacuantia partes

Subſequuntur medicamēta euacuantia partes Quę cum referri poſſint ad partes cum ſuſcipientes, & attrahentes, id eſt, totum, & eius partes; tùm ad cerebrum mandans quæ ad priores partes pertinent, petenda ſunt ex proprijs tractatibus morborum particularium.

Euacuantia ſenſibiliter caput, ideſt, caputpurgia.

Quæ verò caput euacuāt, vel ſenſibiliter id agunt, vel inſenſibiliter. Quæ ſenſibiliter id præſtant, duorum ſunt generum, euacuantia nimirùm per aluum, & per os, ac nares. Per aluum vacuatur materia catapotijs ſupra propoſitis. Per os verò, & nares educitur caputpurgijs: per os quidem, maſticatorijs, gargariſmis, inunctionibus palati: per nares verò errhinis, & ſternutatorijs.

Notanda circa caputpurgia

1 Circà quæ tamen, *Notandum primò*, ſternutatoria ijs, qui ex pectore laborant, & valida tuſſi, minimè conuenire, ne ex forti agitatione magis in pectus Catarrhus concitetur.

2 *Notandum ſecundò*, nulla caputpurgia conuenire ſuo Catarrhi initium, & toto non eucauato, vtpotè quæ ſic maioris fluxus poſſint eſſe cauſa, & Catarrhi coctionem etiam impedire; ad quod reſpiciens, *Gal. 1. de humoribus, com. 18.* dicebat, grauedines inter initia lædi à ſternutationibus, quia humores ſunt crudi, & incocti, vt propterea male illi agant qui in defluxione ad os nunquam excreare ceſſant.

3 *Notandum tertiò*, ſi materia

ria

ria defluat ad fauces, pectus, & ventriculum, tunc caput purgandum eſſe per nares tantùm, ne materia trahatur ad partes illas. At ſi deſtillatio non defluat ad os, nec ad ventriculum, commodior euacuandi via eſt per os Nam per nares tuto id nō poſſumus facere, quia ſæpiùs eò attracta materia obſtruuntur, & aufertur olfactus. Quare non niſi coacti per nares euacuamus, imò ſi nares afficiantur, & oculi laborent, minimè per nares eſt euacuādum Sed, & materia non deſtillante ad os, ſi tamē oris partes vlcere vel quocunq; alio modo afficiantur, per os nullo modo euacuandum eſt, quòd traditur à *Galen.* 13. *Meth cap* 2. At ſi dentes tantùm, & gingiuæ ſint imbecilles, licebit per os euacuare, non tamen maſticatorijs, ſed inunctionibus palati, vel gargariſmis. *Notandum quartò*, circa gargariſmos, eos in cura Catarrhi ſuſpectos eſſe, in his caſibus. Primò, ſi adſit ſuſpicio Catarrhi ad pectus, & pulmones fluere ſoliti. Hinc in paratis ad aſthma, & phtiſin non conueniunt. Nec obſtat, quòd Meſue in hoc caſu laudat gargariſmos. Nec enim euacuantes intelligit, de quibus nos hic agimus: ſed ſiſtentes, & reprimentes, ex rebus ſtipticis paratos. Secundò, ſi Catarrhus ſit ſubtillis, & acutus, cuius fluxus facilè concitatur. Tunc enim in ore incraſſantia potiùs detinenda ſunt. Tertiò, in paratis ad ſuffocationem. & in ſuffocationibus, quæ ſubitò fiunt. Quartò, dum, Catarrhus eſt copioſus, & præcipitis motus. Cęterùm, tametſi conueniunt Caputpurgia in Catarrho, tamen non ſtatim ad ipſa veniendum eſt; ſed, quoniam, & ipſa opus habent aliqua humoris pręparatione, & æquatione pręparantia ijs ſua pręmittenda ſunt. Quare ſi humor calidus, acriſq; caputpurgijs ſit euacuandus, cum hæc agitando poſſint materiam magis præcipitem reddere, vndè facilè fieri poſſet, vt in aſperam arteriam, pulmones, aliaſquè partes præcipitetur, opus erit, præmiſſis præparationis loco refrigerātibus incraſſantibus, & attemperantibus. Quod ſi humor craſſus ijs ſit educendus, quoniam hęc vehementer commouent, præcipuè ſternutatoria, & ideò neceſſariò coctionem humoris, quæ ſit in quiete, impediunt, & copiam augent, ſicquè humorem ad euacuationem reddunt difficilem, attenuantibus, & incidentibus priùs vtendum eſt. Porrò cum præparantia hęc duplicia ſint, alia quę pręparant eam iam fluxam, & tranſmiſſam extrà cerebrum, hæc ſola hoc loco proponenda ſunt. Nam priora ex dictis de præparatione materię in toto ſunt manifeſta.

Quando per nares quando p̄ os purgādum.

4 Gargariſmi in quibus caſibus ſuſpecti.

Preparantia caputpurgijs p̄mittenda.

Si igitur materia fluat ad nares, & colatorium, in calida, vt moderatiùs fluat, pro refrigerantibus, incraſſantibus, & lenientibus conueniunt indita in nares aqua roſar. viol. decoctum violar. portulacę, lactucę, iuiubarum, ſebſten, papaueris; & ſi colatorium fortè obſtructum eſſet a materia craſſa, & lenta, ob loci calorem excocta, & denſata, probantur aqua hordei cum ſaccharo, vel Syrup. roſ. recent iniecta: item ſuffitus ex ſemine lini, hordeo, vel ſurfure, priùs in aceto maceratis, & areſactis ex Meſue, aut etiam ſuffitus ex ſaccharo: item ſuffitus ex ſemine lini, hordeo, vel furfure, prius in aceto maceratis & areſactis ex Meſue; aut etiam ſuffitus ex ſaccharo: item illitus propè radicem, & initium narium cum oleo violato vt oleo amygd dulcei vel butyro loto. In materia frigida laudantur decoctum in nares iniectum vel ſumptum chamæmeli, maioranę, rutę, ſem nigellę, origani: ſuffitus ex ſeminibus nigellę:

In materia fluēte ad nares

In calida.

In frigida

geliæ: odoramentum ex eiſdem ſeminibus modicè torrefactis in linteolo deligatis: illinimentum ex oleo anethino, chamæmelino, amigd. amar. Quòd ſi materia fluat ad fauces, conueniunt eclegmata, ſeu lambitiua, & gargariſmi.

In materia fluente ad fauces.

In calida

In materia igitur calida, ex vſu ſunt Syr. de roſis, viol. iuiubis portulaca, & papauere ad lambendum; & inter ſolidiora, Diatragacanth album, & cum bolo, diacodion: *gargariſmus, qui fit ex vnc. v aqu. roſ. & ſcr. ſs camphoræ*, & vbi magis ſiſtere, ac frœnare voluerimus decoct. adſtringentium, vti roſar. myrthi lentium, ſine cortice, coriandrorum: ſi verò incraſſare, & refrigerare decoctum, & ſuccus lactucæ, portulacę, & plantag. item, & capit. papau. albi: vel emulſio ſeminum illius cum aqua lactucæ.

In frigida & craſſa.

In materia craſſa conueniunt ad lambēdum Syr. acet ſimpl. oxym. ſimpl. Syr. de beton. de hyſſopo: imò in eundem vſum faciunt conſeruæ capitales calidæ: ad gargarizandum probantur decocta ſimplicium dictorum capitalium, hyſſopi, & origani, vel ſandrachæ Arabum, vel ſpicæ nardi. Quæ omnia in Catarrho calido vſurpanda ſunt frigida actu, vel ſaltem tepida; in frigido calida. Atquè hęc præparantia ſunt.

Errhina ſolida.

Quoad ipſa caputpurgia Errhina probātur, tùm ſolida modo in vno narium foramine, modo in alio impoſita, tùm liquida. Pro ſolido in materia calidiori. *Rec. Succi betæ, fol. hederæ an. vn. ſs. Cum cera & terebinthina f. Turundæ.* In frigida pro minori. *Recipe pulu. Synapis, naſturt. pyrethri. pip. albi an. ſcr. i. Laudani drach. ij. Cum cera f. turundæ.* Pro forti. *Rec. Trochiſchi alhand. elaterij euphorb. an. ſcr. ſs. Styrac. calam. Laudani an. drach. i. moſc. gr. iij. cum cera f. turundæ.*

Errhina liquida.

Liquida, quæ reſpiciunt materiam calidam ſint temperata oportet, qualia ſunt hęc. *Rec. crem. ptiſſ. lib. ſs ſucci betæ vnc. i. ſs. M.* Vel. *Rec. aqu. hordei, & betæ lib. ſs ſucc. maioranæ vnc. i. ſs. M.* Vel vrgente neceſſitate, vti cum materia mouetur ad pectus *Rec. ptiſſ. lib. ſs. Diagrid. gr. viij. M.* Quæ ad frigidam referuntur vehementiora, eſſe debent. Nam, & ad euphorbium, elaterium, colocynthidem, veratrum aſcendere licet. Exemplum ſit. *Rec. Mulſæ lib. ſs elaterij ſcr. i. euphor. gr. v ſucc. rad. cyclam. drach. ij M.* Quidā habent pro ſecreto ſuccum caulium attractum per nares, & oleum nigellæ, ſi eo interiora narium illinantur: quæ, & vſurpant in omni Catarrho, quamuis videantur magis frigido deberi, maximè oleum illud. Auicenna quoque ſcribit, vrinam aſini traiectam per nares, nunquam fallere. Sunt autem hæc, in materia calida, vſurpanda tepida; in frigida, calida; ſemperquè dum patiens illis vtitur, detinenda eſt in ore aqua. Quæ per palatum euacuant, ſunt, vt dictum eſt, maſticatoria, inunctiones palati, gargariſmi.

Maſticatoria.

Maſticatoria parari hūc in modum poterunt. In materia calida. *Rec. maſtich. drach. ij. thuris drac. i. Synapi, pip. albi, ſalis an. drac. i. pulp. caricæ drach. i. ſs. cum cera alba f. paſta.* à cuius vſu, vbi materia ad os erit attracta, abluatur cum ſero lactis, & ptiſſana, ne fiat vulcus. In materia frigida. *Rec. maſtich. drach. ij. Staphiſag. pyreth. an. drach. ſs. Laudani dr. i. ſs. elaterij ſcru. i. M. cum cera f. paſta.*

Inunctiones palati

Inunctio palati, fit cum puluere Synapis excepto, cum oxym. ſcyllino, vel diaſynapi Meſue. Cōferunt item magnæ antidoti antiquæ. Sed in materia calida, vbi materia attracta eſt ad os, fiat ſemper ablotio cum aqua hordei, aut emulſione ſemin. melon.

Gargariſmi.

Gargariſmus in materia calida, temperatior fit, hunc in modum. *Recipe aquæ hord. cum ſem. melon. & plantis capital. factæ lib. ſs. mell. roſ. col. Syr. de betonic.*

betonic. an. vnc. M. In materia frigida fit vehementior, eiuſmodi ſcilicet. *Rec. decoct. thymi, puleg. orig. calamenthi, ſerpilli, botrydis lib. ſs. Syrup. de Stœcad. vnc. ij elaterij ſcr. i. M.* Adhibentur hæc in materia calida, tepida, in frigida, calida; quemadmodum, & de errhinis dictum eſt. Illud autem circa omnia caputpurgia notandum eſt, ad vſum ea perducenda eſſe. vbi præſens eſt materia euacuāda, priùs tamen præparata, vt ſuprà dictum, & celebrata concoctione cibi in ventriculo.

Euacuantia caput inſenſibiliter.

Vento ad euacuantia caput inſenſibiliter. Hæc verò, & interna ſunt, & externa. Interna varia ſunt. Primùm

Interna.

1 decocta, in materia calida ex Santalis, China, Lentiſco, Salſa, & cortice Guaiaci, in frigida ex Guaiaco, ligno viſci quercini, Saſſafras.

2 Secundò, Varia medicamenta aſſumpta hora ſomni, vt ſunt in materia calida Trochiſci de vipera cum ſacch. roſato; idem ſaccharum cum ſpec. Diatrionſant; idem ſacch. cum pulu. coriand. præp. vel cornu cerui vſti, vel boli armeni ex Auicenna; puluis ſacch. roſ. in tabul. cum pulu. cornu cerui, margarit. ſantalor. coralorum, coriand. præp. ad cochleare datus ex vino cydoniorum: in frigida Theriaca, & Mithridatus antiqua; extractum Saſſafras Guaiaci cum conſer. capitali. Chinæ & ſalſæ ad cochleare datus, per ſe vel etiam ſpecies compoſitionis dianthos ex aqua ſampſuci datæ.

Remedia chimica.

Præter hæc omnia ad priuatam abſumendam, plurimùm valent Myrobolani chebuli conditi. Item Sotyra magna Auicennæ ad ſcru. ij in aquæ roris marini vnc j ſs. in aurora exhibita. Præclariſſimam verò ſæpè operam præſtant, in abſumendis Catarrhis, phlegma, oleum, & ſpiritus chalchanti chymicè parata, nec non ſal theriacale, ſi in liquore aliquo, aut conſerua conuenienti exhibeantur, phlegma quidem ad ſcr. ij. Spiritus ad ſcr. j. Oleum ad gr. iij. vel iiii. ſal. ad ſcru. i. Tinctura item corallorum rubeorum præſtantiſſima habetur ad drach. ſs. data

Externa.

Externa euacuantia, ſunt diſcutientia, & ſiccantia capiti applicita, atque naribus orique ſuffita illa verò ſub variis formis conueniunt, ſacculorum, puluerum, lotionum, cucupharum, emplaſtrorum, ceratorum, Synapiſmatum.

Sacculi.

Sacculi tonſo capiti applicantur cum frictione. Fiunt ex milio aſſo, ſulphure, ſandaracha Arab. calamo aromatico.

Pulueres.

Puluis ſuturæ coronali inſpergitur ex caryophyl, macee, cortice citri ſicca, ſtœcade Arabica, thure, & ſandaracha Arabum.

Lotiones capitis.

Lotio capitis ſicca poteſt adhiberi, & humida.

Sicca fit cum furfuribus, milio aſſo, floribus, chamæmeli. Humida paratur ex lixiuio cineris ſarmentorū, vel ficus, facta decoctione cū ſimplibibus capitalibus calidis, verbena, maiorana, abſynthio, caryophyllis, adiectis roſis, & loco ſaponis vſurpato vitello oui aſſo, vel agarico, vel ipſomet ſapone damaſceno alterato cum caryophyll. mace, ſantalis

Cucupha.

Cucupha noctu geſtatur, & eſt linteum duplicatum, in cuius medio ſint conſuti pulueres ex caryophyll. calamo aromatico, corticibus citri ſiccatis, floribus capitalibus, & roſis.

Emplaſtra & cerata.

Inter emplaſtra laudatur, quòd ex cochleis integris aſſis, in ſartagine tuſis, adiecto olibano, & aceto conficitur. Ex ceratis quòd ex perſcripto Montagnæ deſcribitur, & quòd vocant ſacrum Laudatur, ſed hoc ſacrum laudatur, à principio poterit miſceri cum cerato de betonica, & phœnicino. Priùs tamen, quā hoc adhibeatur, fouendum caput in intemperie calida, per ſpongiam aqua dulci calida imbutam: in frigida, per ſpongiam, decocto ſimplicium calidorum infuſam, vti chamæmeli, betonicæ, orig. calamenthi. Ceratum verò bis in die remouendum eſt, quia à ma-

teria egrediente per poros cutis red-
ditur humidum. Sed ad abſumen-
dos antiquos, & inueteratos Catar-
rhos ex quorundam ſententia nihil
hoc cerato præſtantiùs. *Rec Lauda-
ni vnc ſs. ſtyrac calamitæ drach ij. Sen
darachæ Arab drach.i ambari ſcr.i nu
cum cupreſſi, maſtic corall ambrorum,
ſpodij an ſcr. ij reſinæ drach. vi. Solua-
tur laudanum cum reſina, in vino ve-
teri, & coquatur ad viſcoſitatẽ f cera-
tum adhibendum ſuturæ coronali.* Ad
idem confert emplaſtrum ſiccans
cerebrum, quòd habetur apud Gal.
lib. de paratu facilib. Odoramenta
quoq; proſunt, 1 ex melãthio in ſyn-
done rara deligato ac naribus ſæpè
admoto, ſecundò ex nigellæ torrefa-
ctę drach ij. nucum cupreſſi; cariophi
lorum; Stecadis ſampſuci ſicci an.
drac. 1. ligni aloes vij galliæ muſcatæ
(quam in ſeminis deteſtanda) gr. x.
Laudani drach 3 exceptorum in
formam pilæ, cum tragaganta in
aqua ſpicę odoratæ vel Lauendulæ
diſſoluta verum, & ſuffitus hic quoq;
reſencendi; & primũ quidem qui ex
fumo ſeu vapore cimini torti fit ſe-
cundo, & ille qui ex aceto vini me-
racioris; lapidi molari, vel piritidi,
aut ferro ignito aſperſo paratur, nec
tertio damnatur puluis prunis inſper
ſus factus ex caryophilis; mare, ma-
ſtiche, ligno aloe, manna thuris, ſam-
pſuco ſicco; floribus ſtecadis Arab. &
corticibus citri ſiccatis quæ puluere
quoquè, & cucuphæ ſimplices, &
Synapiſmi. panni pro capite ſuffom gari pote-
runt. Synapiſmus conuenit, alijs non
conferentibus. Hic verò apud vete-
res parabatur hunc in modum. Ac-
cipiebant caricas pingues, pridie in
aqua tepida maceratas, eas mox tun-
debant, & in maſſam redigebant;
deinde accipiebant Synapi acre,
contundebant, & interĩ affundebant
infuſum caricarum, & in maſſam pa-
ritèr redigebant: poſteà, vbi volebant
vehementem Synapiſmum compo-
nere, partes duas Synapi, cùm vna
caricarum componebant; ſin imbe-
cillem, contrario modo procedebant
ſin mediocrem, vtriuſque portiones
æquales accipiebant. Porrò Syna- 3
piſmus ſemper ex alto trahit ad ſu-
perficem: & in parte eouſquè deti-
neri debet, quouſquè exulceret, aut
cutim rubificet.

Medicamenta, quæ ad motum *Motum materiæ compeſcentia.*
materiæ referuntur, ſunt reuellen-
tia, & intercipientia, quorum ma-
ximus eſt vſus in catarrhis ſuffocan
tibus, & exulcerantibus. In genere *Reuellentia.*
reuellentium, glandes, & clyſteres
acres habent principem locum. Pro
clyſtere igitur. *Rec. colocynthid. in pe- Clyſtere, & glandes.
tia ligatæ drach. i. agar troch in petia
paritèr ligati drach. ij beton ſalu. ſam-
pſuchi, herbar. commun. an. P. 1. M. bul-
liant in aqua ſimplici, vel Tetuciana,
vel muria olinarum ad medietatem.
Colaturæ. Rec qu. s. hier. Logad. vnc. i.
mell. roſat. ſol vel. viol. ſol. in materia
calida, vel ad vigorationem maiorem
mel elleborini, ol rutac. vel chamamel.
in materia calidiori, an. vnc. iij. ſacch.
rub, vnc i ſs ſalis nitri drach ij. M. cum
vitello oui f. clyſter.* Glans acris fieri
poterit ex euphorb. colocynth. ſcam-
monio, vtroquè elleb. trochiſc. al-
hand. exceptis melle, & adiecto ſale
gemineo, vel nitro, vt v. g. *Rec. Tro-
chiſ. alhand. dracm i. euphorbij, ſcam-
monij an. gr. x Salis gem. ſcr. i. ſs. M. &
cum melle f duo ſuppoſitoria longa quę
vigorabuntur, ſi fiant cum melle ellebo-
rino.* Sed hæc faciunt potiùs ad re-
uellendam materiam quæ à parti-
bes inferioribus fertur ad caput, &
Catarrhi eſt origo. Quæ propriè re-
uellunt fluentem Catarrhum, ea ca-
piti ipſi adhibentur, & maximè ad
ſuturas, quanquam Gradius etiam
poſt aures adhibet. Non rectè verò
à quibuſdam ſiſtentia Catarrhum
nominantur, cum ſiſtentia Catar-
rhum propriè ſint, quæ incraſſando
eum intercipiunt. Pro huiuſcemodi
verò reuellenti *Gal. 5. Meth. & 14.*
vtitur medicamento ex thapſia, &
ſtercore

ſtercore columbino. Veteres bregma ad cutem abradebant, deindè locum cæpa, aut ſcylla confricabant: vtebantur quoque Dropacibus compoſitis quos paſſim eſt apud *Aetium & Oribaſ.* legere. Ego, qui hæc omnia probo, vrgente neceſſitate, vtor præter illa ſale communi, excepto cum oui albumine, quòd ſuturæ coronali appoſitum, qua ſiccando, qua

Quæ capiti admouentur.

reuellendo ſępè egregiè proficit: vtor item emplaſtro exiberide. Verũ ad reuellentia, refertur etiam balneum aquæ dulcis, quòd *Auicenna* probat in Catarrho, tam calido, quam frigido. Galenus verò *6. de Tuen. Sanit. c. 9.* in calido tantùm. Qua in re

Balneum aquæ dulcis, & circà illud notanda.

ego ita puto, conuenire hoc balneũ ea ratione, qua ſudorem promouet. Sic enim materiam vitioſam euacuat, & ad ambitum totius retrahit. Et proinde ipſum quoquè facit potius ad reuellendam materiam in caput fluentem. Vt autem ſudorem moueat, debet eſſe calidum, quantum ſufficit ad ſudorem mouendum. In frigido tamen non conuenit, etiãſi præſens ſit Catarrhus, ante coctionem, quia materia ob craſſitiem, & lentorem non cedit balneo; in calido verò conuenit etiam ante coctionem, quia cedit; corpus tamen non valde debet eſſe repletum. Illud etiã circa balneum hoc notandum ex

Intercipiẽtia quãdo & quibus in caſibus cõueniãt.

Auicenna, ſi Catarrhus immineat, ab eo eſſe abſtinendum. Quoad intercipientia, hæc incraſſant materiam fluentem, & vias aliquo modo occludunt, ne in partibus capiti ſubiectis recipiatur. Hinc *Gal. 3. de alim. ca. 31.* dicebat non licere vti papauere, vbi materia deſtillauit in pectus, ſed antequam deſtillet. Ratio eſt, quia Quando agendum ſumitur ab indicante præſente, vt in hoc caſu, à materia fluente. Nam fluxa vſu intercipientium, & incraſſantium magis redditur rebellis, ideò hæc euacuans expecturans indicat, non retrahens intercipiens. Conueniunt autem intercipientia in tribus tantùm caſſibus. Primò, Si fluxus ſit nimius, & ſuffocatiuus. Secundò, Si calidus, acris, acutus, & excorians. Tertiò, Si cum Catarrho iungatur tuſſis aſpera, cum vigilijs, vel iam vrgentibus, vel inſtantibus. Cæterùm cum ferrè tempore ſomni materia fluat, & tempore vigiliæ materia fluxa expurgetur, non eſt mirùm, ſi Practici dent intercipientia poſt cœnam, hora ſomni; expectorantia tempore vigiliarum. Ex intercipientibus

Formula, & materia intercipientiũ. Quæ aſſumũtur.

autem, quæ iam aſſumuntur, quædam gargarizantur, quędam ſuffumigantur, quædam odoranda exhibentur. Aſſumuntur, in Catarrho calido, ex mitioribus: Lauticos cum puluere coriandiorum, vel boli armene vel Diatargac. frigidum cum Diacodio; vel Diapapauer. adiecto bolo armenio ad vnc. ſs. ex fortiorib. pilulæ de cynogloſſa ad gr. viij vel x. Theriaca recentior ad drachm. j. & diaſpermat *Galeni ex 5. Meth. 13.* ad ſcru. ij. cuius compoſitio habetur 7. *Local.* vel hoc incraſſans, quo ego ſæpè vtor. *Recipit autem pulpæ Sebeſten vnc. 1. ſem. mel. mundat. vnc. ſs. ſem papau. albi drachm ij. Boli armeni veri drachm 1. M cum iulepo roſato f electuar. Deſis drachm iij. vel vnc ſs. pro vice.* In frigido Theriaca, & Mithridatus mediæ ætatis ad drach. i. Loch de pino, olibanum, myrrha, & ſpica in ore detenta, vel deglutita. Theriaca cum puluere ſpicæ in bolum excepta: In omni catarrho. Lau. roſ. cum puluere maſti. & coriandror. propter quàm valent, & in frigido aqueo, vel medicinam ex bolo armeno; ſucco liquiritiæ cum ſyrupi violato. *Rec. thur. maſc. ſcr i. myrrhæ, opij, croci an. gr. vij ſuc liquirit ſcr. i. cũ aqu roſ f pil. vij & vna pro vice ſumatur* Gargarizantur in Catarrho calido, aqua frigida, vel quod *Rec. decocti papau alb roſ. lib. ſs. boli arm veri pulueris drac. i. M.* quo etiam refer lac chalybeatum cum emulſione ſe-

Quæ gargarizantur.

minum papaueris albi. Pro frigido. *Valet decoctũ olibani, vel Vernicis, vel nucum expreſſ lib ſs.* In quibus tamen omnibus ea adhibeatur cautio, vt ne cum impetu nimio ęger gargarizet. Suffumigantur in calido ſandaracha (Arabum intellige) in aceto macerata: vel etiam hoc quòd *Recipit mãne, ſeu corticis thuris, ladani, maſtic. an ſcr. ſs. ſantal. rub. & luteor corall. rub an. drach. i flor. roſ. rub. ſiccar. drac. iiij. Fiat puluis, inſpergatur carbonibus ignitis:* in frigido olibanum, myrrha, ſaccharum, ſpica, lignum aloes, cum ſandaracha, item & ſemina nigellæ torrefacta, & trita. Eſt tamen ab his in aſthmaticis cauendũ. Quoad odoramenta, in Catarrho calido fieri poſſunt poma ex floribus roſar. nenuph. ſantalis omnibus, tritis aqua roſ. aſperſis & irroratis atquè & his adiecto tantillo camphoræ formantur poma cum gummi arabico in aqu. roſ. liquato. In frigido eadem concinnari poſſunt ex olibano, maſtice, vernice, ſtyrace calamita, ſpica, ladano, ligno, aloes, coſto. Reſtant alterantia, vt ſcilicèt fons ipſe mali curetur, ne in illũ errorem antiquorum incidamus, qui partem ad quam influxio decumbebat, ſanare aggrediebantur, nulla ratiõne originis habita, quos repræhendit *Gal 6. de Sanit. Tuend. 9.* In intemperie igitur calida, & Catarrho calido, varia conueniunt medicamenta, tùm interna, tùm externa. In genere internorum, laudo conſeruas refrigerantes, vti roſar. violar. nenuphar. ſacchar. roſ. permixtum cum ſpec. Diatrionſant, hora ſomni aſſumpta; ſerum cum ſucco cicoreaceorum mane datum; thermas frigidas, quales ſunt Lucenſes, B. Virginis Patauij noſtræ porrectanæ veteres, ac ficunelenſes: in genere externorum primò loco occurrit medicamentum Galeni, *loco citato.* nimirùm perfuſio capitis cum aqua dulci tepida, vel cum oleo roſaceo, & in maximo feruore, cum violaceo, nenuphar. cum aqua ſolani, & lacte. Secundò, Cataplaſma ex mica panis cocta in lacte, & oleo roſato, vel violato. Tertiò. Pulueres ex ſantalis, roſis, baccis myrti, myrrha, teſtis concharum, buccinarum, chamarum, pumice. Quartò, Stillicidium factum ex aqua ſimplici dulci, ex decocto roſar. myrti, plantag. portulacæ, & lactucæ, violar. & papaueris albi. Aquæ etiam thermales frigidæ in hunc vſum probãtur. Sed & experientia docuit, in huiuſcemodi Catarrho, plurimum iuuare, ſi frons, deinde teſticuli in viris, & in mulieribus mammæ, ac pedum, ſoleæ inungatur oleo violaceo, & nymphææ æquis portionibus miſtis. Verùm circà compoſitionem horum noto in ijs, quæ capiti adhibentur, ſemper admiſcenda eſſe aliqua moderatè calida ad penetrationem, & conſeruationem caloris natiui. Vnde chamæmelum, anethum, & ex his parata olea, ſunt opportuna. Quòd ad rectum vſum attinet. Primò, circà modum agendi perfuſiones, cataplaſmata, & ſtillicidia, ſatiùs eſt adhibere moderatè calida. Qua in re tametſi controuerſia eſt, inter *Aetiũ, atq; Meſuen. & Auicennam,* quorum ille dicit, probari ſtillicidium frigidũ ſuprà caput ab alto cadens, dũmodò æger non ſit debilis thoracis; hi verò aſſerunt, in Catarrho calido raró actu frigida applicanda eſſe: puto tamen hos auctores ſic facilè conciliari poſſe, vt nimirũ: ſi materia actu fluat in thoracẽ abſtinendũ ſit à medicamento actu frigido (ſecus enim ob medicamenti frigiditatẽ, materia magis fluit) quòd ſi actu nõ fluat, ſed fluxura ſit, quia nõ peccat motu, tunc non prohibetur tale medicamentũ. Atq; hoc voluit Aetius. Reſpiciens enim ad materiã actu fluentem, addit illa verba, niſi thorax ſit debilis. Nã vt talis ſuſcipit. Tunc autem ſolũ ſuſcipit, vbi materia fluit. *Circà quando agendum,* cõueniunt huiuſmodi refrigerantia,

Quæ ſuffumigantur.

Quæ odoranda exhibentur.

Medicamenta reſpicientia materiam vt generatur, id eſt alterãtia. Calidam materiam

Interna.

Externa

Rectus vſus alterantium frigidorũ. Aetius, Meſue, Auicenna conciliantur.

gerentia, vbi præſens eſt capitis intemperies calida. Sed cauendum eſt a prohibentius, vti à materia in toto, & capite. hęc.n prius eſt euacuanda. Amplius cauendum à frigiditate aeris occurente, & exprimente materiam calidam, in capite calido genitam. Nam tunc, ſi adhibeantur, refrigerantia capiti calido, maius malum ſubſequitur. Ideò ſequendum hac in re conſilium Rhaſis, qui in Catarrho recenti à frigore, ante ſectionem venæ, iubebat pannis, calidis, prius caput fouere, & odorementa ex nigella naribus apponi, quouſq; æger ſentiat caliditatem in capite inductã. His

Alterantia materiam frigidam.

.n ipſis ante vſum refrigerantium adhibitis, euitabitur materiæ expreſſio. Atq; minimè abſonum mihi videtur balneum aquæ dulcis tepidè poſſe ad hunc referri locum; nam huius vſu totum corpus, & ex conſequio caput refrigeratur de cuius recto vſu nil aliud dicendum niſi quid ſupra. In intemperie frigida, intus conueniunt conſeruæ capitales, Dianthos, Diamoſcum, Diambra, Confectio Anacardina, & vtraq; antidotus magna antiqua, præcipuè hora ſomni.

Interna.

Atq; huc referri poſſunt decocta calefacientia, vt ligni Saſſafras, Guaiacini, viſci quercini, imò ipſæ thermæ, aluminoſæ, ſulphureæ, & ſalſæ. Quãquã enim *6. de San. Tuen 9* iſtæ aquę dicantur infenſæ capiti, tamen id nõ ſimpliciter intelligendum eſt, ſed calidas capiti calido infenſas eſſe, non autem calidas frigido, aut contra. Nã experientia docet,

Externa.

ſæpè cum fructu vſurpari. Exteriùs cõueniunt primò perfuſiones ex decocto

1 abſynthij, betæ, ſampſuci, ſerpilli, hyſſopi, calamenthi, pulegij, thymi, ſaluiæ, anthos, ſtœcados, ſem. odoratorum, & agarici; vel ex oleis chamæmeli, anethi, liliorum, alborum, nardi, rutæ, &c.

2 Secundò, Lotiones cum lixiuio, vt ſupra de diſcutientib. vel ſecundũ aliquos cũ vino aromatico, decoctionis aromatũ.

3 Tertiò Cucupha de qua ſupra. Quartò,

4 Stillicida ex decocto dicto, vel ex thermis calidis. Sunt qui ſummis laudibus extollant, pro corrigenda hac intemperie, vnam, aut alteram guttam olei ex optima Terebinthina, in autem vtramq; ſub lecti ingreſſum iniectam, & appoſito goſſypio muſcato in ſequentem lucẽ detentam. Sed videtur ad abſumendam potiùs materiam Catarrhi valere, quo modo ad euacuantia inſenſibiliter pertineret, de quibus ſuprà. Quod rectum

Rectus vſus alterantium calidorum

Circà modum agendi calida actu ſunt vſurpanda. *Circà quando*, conueniunt præſente malo; cauendum tamen à repletione totius, & capitis: item à caliditate ab aere, vel alia cauſa capiti inducta, liquefaciente materiam frigidam. Tunc enim prius perfudendum eſt caput oleo roſaceo; paulò poſt abſtinendum ab eo, & in calefacientiũ vſu progrediendum. Verum catarrhus præfocatiuus, & ipſe habet aliqua medicamenta ſi igitur fuerit calidus tenuis quæ ad lambendũ ſæpe danda ſunt incraſſantia vti ſyrupi papau cũ aqu. hordei, & iuiubarum diapapauer, vel diacodion, in aqua violarum liquata, & alia ſimilia, immo & hauſtus frigidæ laudatur, & vrgenti neceſſitate, non improbatur, vna ex pullulis opiatis, vel parum philonij rom. ex liquoribus dictis data; & ſi catarrhus ſit frigidus, & aqueus conuenit ſyr. de mirtho, mel. roſ. ſol. cum decocto thuris ſi verò ſit craſſus oximelis cum gummi amoniaco, & tantillo thuris; in hoc & illo modicum iam theriacæ mediæ ætatis liquatæ in aqua farfarę. Atq; his modis Catarrhi perficitur curatio.

Notandũ de præſeruatione à Catarrho.

Caeterùm quoniam nonnumquam accidit, vt nullo ingenio nouæ materiæ inhiberi poſſit generatio, & cauteria patientes non admittant, pro præſeruatione ab omni Catarrho, ſed præſertim frigido, & potiſſimùm in pectus, pulmoneſq; deſtillante, maximè probatur vſus infrà ſcriptarum pilularum, per vices tamen, & præſertim poſt aliqualem pręparationem per Syrupos proportionatos, de quibus ſuprà dummodò calidiora tempora, vel febris vel alius eiuſmodi affectus non obſtent aut ſi neceſſitas cogat ijs vti æſtiuo tẽpore, illis ſuperbibatur ſerũ lactis, vel aliquod apo-

zeam refrigerans. Sunt autem pilularũ harum aliæ mitiores aliæ fortiores. Mitiores. *Recipiunt agar. Troch. drachm. v. Rhab. el. ſubt pulu. aloes ſuccotr. an. drach. ij cort. myrob. chebul. citrin. indor. an. unc. ſs. ſalis gem. drach. ij gingib. drach. i ſs. M. f. ul. Puluerizanda, mox. miſ. mixta irrorentur decocto colocynthidis ter, & in umbra ſiccentur; deinde cum elect. roſ. Meſ. f. paſta. Doſis à drach. i ſs ad ij* Fortiores. *Rec. colocynthid. drach. vi. agar. opt. diagridij. elleb. nigri, turpethi an. drach. iiij aloes unc. i ſpec. diarhod. abbat. unc. ſs. Species in vino maluatico, vel aqua vitæ tepida infundantur per dies quatuor, poſtea fiat expreſſio, & colatura ac fæce abiecta, projciatur hæc infuſio ſuprà res prædictas, craſſo modo contuſas, & ità per octo dies relinquatur: tùm fiat colatura, & expreſſio, & fæce abiecta ponatur liquor in elambico vitreo, & ſeparata per ſublimationem humiditate remanet materia denſa, veluti mel, cum qua pilulæ componuntur; quarũ doſis eſt ad ſcr. 1.* De cætero proderit ſibi habere familiarem aliquam conſeruam, eamquè ſumere à cęna ad vnc. ſs. ex ijs quæ ſupra commemoratæ ſunt, tùm in materia calida, tùm in frigida. Sed de medicamentis, quæ dicta ſunt hactenus, ſufficiunt.

MATERIAE DIAETETICAE.

VIctus ratio ſic inſtituẽda eſt. Quoad aerem, ex *Auicenna* in omni Catarrho fugiendus eſt aer frigidus, maximè ſi priùs caput calido fuerit expoſitum: nam ſic exprimitur materia. Vnde *Celſ. lib. 4. ca. 2.* repentinam mutationem aeris ad frigidius, & calorem, vel maximè deſtillationes gignere ſcriptum reliquit. Sit igitur in actiuis moderatus, nec calidus nimis, qualis eſt Auſtrinus, nec frigidus, qualis eſt Aquiloniꝰ, quòd ille repleat caput, & liquefaciat, hic verò exprimat: in paſſiuis potiùs vergat ad ſiccum. Atq; hæc cauſa eſt cur Bononiæ noſtræ, vel maximè Catarrhus ſit infeſtus, quia aer eius frigidus eſt, & humidus, & præterea ob tenacitatem penetrans. Hinc *Aurelianus* ad maritima loca mittit laborantes Catarrho. Caueatur igitur à vẽtis, pluuijs, item à Lunæ radijs, à grauibus pileis, prælongis capillis, capitis frictionibus breuiter ab omnibus, quæ vel calefaciendo liquare, vel refrigerando poſſunt exprimere.

Aer Catarrho cõueniens.

In cibo conſideranda eſt, tùm quantitas, tùm qualitas. Quoad quantitatem, improbatur ab Arabibus copia ciborum, quia excrementũ catarrhale auget. Vnde *Auicenna*, ſitim, & famem catarrhoſis præſcribit: *Celſus* dimidiam partem cibi conſueti ſenſim ſubtrahit; quòd tñ in calido Catarrho cautè faciendum eſt ne ex nimia inedia Catarrhus magis incendatur.

Cibi quantitas.

De cœna, Vtrum prandio debeat eſſe parcior, diſputant nonnulli. *Conciliator diff. 101.* mordicus tenet, ſemper cœnã debere eſſe parciorẽ, & idem ſentit *Meſue*. Contrà ſtatuunt *Curtius*, & *Oddus de Oddis in libell. de prandio & cœna*. Rationes eorum hæ ſunt. Primò, Quia ſic antiqui conſueuere. Secundò, Quia noctu meliùs concoquitur cibus. Mihi magis placet ſententia Meſuei. Ratio eſt. Primo, Quia Catarrhus, maximè frigidus habet acceſſiones noctu. At in acceſſionibus morborũ quantũ pôt, abſtinendũ à cibo. *1 aph. 11. & 16.* Secundò Quia ſic materia deſtillationis conſumitur, & nõ ſuppeditatur noua. Tùm, quia calor, à multo cibo non diſtractus, meliùs conſumit: Tùm, quia non fit euaporatio tanta Nec valet, quòd contrà obijciatur, eadẽ hæc incõmoda ſequi, ſi in prãdio plus cibi ſumatur: quoniã ob varios motꝰ, & pororũ apertionẽ diſſipantur vapores, & à cerebro retrahuntur. Sit igitur rata hæc ſententia, niſi conſuetudo obſtet, & patiens poſt cœnam, per quatuor demũ horas, eat cubitum. Hinc *Galen. in conſilio pro puero Epileptico*, cœnam concedebat vberiorem, quia eius tẽpore, hões poſt multas demũ à cœna horas ibant cubitum, prętereà Galen. reſpicit ad pueros qui ĩterdiũ dormiũt. Ad rationes contrarias. Ad primam, quid dicendũ ſit, patet ex modo dictis, de puero Epileptico; & præterea excepta

Vtrum cœna prãdio debeat eſſe parcior.

pta

pta eſt à nobis conſuetudo. Ad ſecundã reſpondetur. Sicuti fit bona coctio, ità fit quoq; repletio capitis ob materiæ, nimiã copiam. Quoad cibi qualitatẽ, ſi ſubſtantiæ ratio ſpectetur, cibus in Catarrho calido ſit mediocris, & dũ fluit, craſſus, in frigido tenuis, facilis coctionis, boni ſucci, pauci excrementi. Si cõſideretur qualitas accidentalis, in calido Catarrho ſit refrigerans, in frigido calefaciens, attenuans, detergens. Quare caueatur à carnib. vetuſtis, & ſalitis, in Catarrho calido: in quolibet, à piſcibus paluſtribus, lacuſtribus, oſtreis, herbis, lacticinijs, cibis ex farina, frixis oĩb. oĩb. item vaporoſis, vt cæpis, alijs ſynapi, leguminib. tuberis fungis, & omnib. flatulentis, concedãtur carnes optimæ, piſces petroſi, oua. Cibi coquãtur cum herbis capitalibus, modo frigis, modò calidis. Ex fructib. conueniunt amygdalæ, nuclei pinei, piſtacia, paſſulæ caricæ, poma, pira dulcia, &c. Huiuſmodi ſaltem ad guſtandum in ſerie ſemina quæ communitèr mai. frig vocantur, præcipuè in catarrho calido, necnon coriandri omnia tñ ſaccharo obducta non damnantur. Paulò maximè probantur ſorbitiones, nam maſticatione augetur fluxio, ergo amylum, ptiſſana, oua ſorbilia panis in aqua decoctus cum ſucco amygdalarum, aut ſem. melonum, in cauſa calida; aut cũ pini fructibus, in frigida Aetius caſeum tenerũ, ac recentem, tanquã vtilem, cõmendat; & in frigida cauſa cauliculos braſſicæ, ipſamq; braſſicã coctã, nec minus, ſi à ieiunis ipſimet cauliculi crudi edantur butyrum quoq; laudat, & in robuſtioribus porros probè coctos: in calida lactucæ cauliculos parumper feruefactos & intinctos in poſca. Circà potum, varia dicuntur ab auctoribus In catarrho calido Rhaſis damnat vinum, quia calefacit, & materiã defert in caput: magis verò id improbat in Catarrho calido, & humido. Caput.n. vt calidum attrahit, vt humidum ſuſcipit. In capite calido, & ſicco, *Gal. 5. de Tuen.* 11. admittit vinum, cum humectet, bilem attemperet, euacuet per lotium, ſudorem, vrinam. Et in hoc caſu Gal. nono de placitis vinum in pauca quantitate, ac ſubdulce concedit, in frigido catarrho Auic. conceditur vinum poſt maturationẽ nam à principio niſi quid vrgeat ipſum prohibet quia caput repletur. Ego .a. exiſtimo in omni catarrho (excepto præfocatiuo) vinum poſſe concedi, ſed quòd caput non petat ſicuti vinum rubellũ, in catarrho calido, ſub auſterum, in frig. ſubdulce, ſemper autem oligophorum, & in pauca quantitate, quòd in calido alteretur cum radicibus cichorei, ſantalis, & ad ſiccationẽ cum lentiſco, ſalſa; in frigido cum floribus, & folijs anthos, ſaluiæ, & ad diſcuſſionem, cum Guaiaco, viſco quercino, ſaſſafras. Porrò poſt omnem cibum, & potum in fine menſæ, & præcipuè ſi malum fiat vitio partium naturalium, conueniunt pira, vel cotonea cocta, cydoniatum, ſaccharum roſatum, ſemina coriandrorum de media coperta. Somnum, & vigiliam *Auicenna* vocat curationis Catarrhi radicem. Sint autẽ ſomnus, & vigilia quoad quantitatatem mediocria. vt.n. nimiæ vigiliæ cruditates pariunt: ita ſomnus nimius expectorationem prohibet. Vnde improbatur *Schola Salernitana*, cuius id decretum eſt, *Ieiunent, vigilent, ſitiant qui rheumata curant*, niſi fortè dicatur, eam non loqui de Catarrho ſimplicitèr, ſed de Catarrho impetuosè fluente, in quo expuitione ac expectoratione maxima eſt opus. *Quoad Quãdo agendum*, vetatur ſomnus diurnus, & ſtatim à cibo factum. Noctu enim virtus concoquit, de die diſtribuit, & ratione conſuetudinis, & ratione aeris, qui noctu magis fauet retractioni caloris ad cẽtrum, & proinde concoctioni, de die magis motui ad circumferentiam, & proinde diſtributioni ſi poſt cibũ capiatur ſomnus caput repletur, nec repletum diſcutitur, qui etiam in ſomno diurno accidit. De modo. Supinus decubitus omnino improbatur Eo enim renes, & vena caua incaleſcit, vnde copioſi ad ca-

Cibi qualitas.

Potus.

Somnus, & vigilia

put vapores eleuantur. An autem dormiendũ ſit depreſſo capite, an eleuato; *Auicenna* vult depreſſo quia ſic minus vaporibus caput repletur; quòd declarat exemplo alembici recti, & lateralis in cucurbita. Eiuſdem ſentẽtię videtur eſſe *Ariſt.* 10. *Probl.* 53. vbi cauſam reddens, cur inter cætera animantia homines, & aues magis grauedine tenẽtur, eam refert in erectum eorũ caput. Sed diſtinguenda ſunt catarrhi tẽpora. Nã vel fluxit iam materia pro maiori parte, vel adhuc fluit. Si fluit, ob rationes Auicẽnę, & Ariſtotelis, depreſſo capite cõuenit decubitus: ſi fluxa eſt, erecto Secus enim & expuitio expectoratio prohibetur, & augetur ſpirandi difficultas.

An dormiendum depreſſo capite an eleuato.

Excreta & retenta.

Quoad excreta, & retenta, fugienda eſt omnis nimia, & inanitio, & repletio. Illud verò præcipuè curãdũ, aluus vt detineatur lubrica, clyſteribus emollientibus ex oleo, butyro, & iure, vel nonnunquã, vſu poſtulãte aliquã acrimoniam, ex muria oliuarum, cum ſaccharo rubeo, aut melle, pilulis de aloe cum ſucco roſar. lota ad ſcr. ij. in principio cœnæ adſumptis; pane ex tota farina, cum ſale, aniſis, vel coriandris, & paſſulis, parato, in principio menſæ commanſo, præcipuè verò in catarrho calido modicum caſſiæ eodem tempore deuoratum probatur quo pertinente, & pruna dulcia recentia, ſub ſole æſtiuo manna calabrenſi obducta, & ante cibum pariter commanducata. De Venere controuertitur, An Catarrhoſis conueniat. Conferre illam, & auctoritates videntur ſuadere, & rationes. Nam *Hipp. 6. Epid ſect. 5. tex. 23.* expreſsè ait, morbis è pituita conferre Venerem 5. *Epid.* narrat Timochratem vſu Veneris ſeu potius pollutionibus nocturnis a deſtillatione euaſiſſe. Ariſtoteles quoq; idẽ vult 4. *Probl.* 17. His ratio accedit. Quia Venus (ex *Hipp li. 1 de Diæt tex. 22. & Ariſt 4. Probl. vbi quærit, cur Melancholici iuuentur à Venere*) calefacit, & cõſumit frigidos humores, & pituitoſos. Cõtrà tamen ſentit *Rabb. Moyſ. 9. aphoriſm. ſuorum*, qui omnem vſum Veneris in Catarrho improbat. Eſt & ratio in contrariũ. Quia Catarrhus eſt morbus cerebri. At cerebrum lędit Venus, ex *Galeno 3 Epid com. 3. vbi de adoleſcente in Maltbea.* Vnde ex eodem *Galeno 2. Epid in Pythione* à Democrito dicebatur parua Epilepſia. Sed res hæc facilè decerni poteſt, ex ipſo *Galeno 5. in 6. Epid. 23.* ex cuius ſẽtentia prodeſt Venus morbis ex pituita & cõſequenter Catarrho, ſed in ijs, qui robuſta ſunt virtute, non qui debili. Id qui tamen de ijs ſolis intelligẽdũ quib. per leges Chriſtianas ea conceſſa eſt. De quib. etiã id affirmare licet, venerẽ immoderatã & importunã ſemper inutilẽ eſſe, at moderatã maximè verò nõ à cibo ſtatim conuenire. Reſtant animi & corporis motus. Conuenit igitur exercitium moderatũ ante cibũ. Dico moderatũ. Nã vehemens replet caput, *1. de Humor. cap. 18.* Cætero qui tam animi, quàm corporis quies imperanda eſt. Humoris enim coctionem affectus poſtulat: & hęc quiete perficitur, impeditur motu. De catarrho præſeruatiuo hæc paucula, prædictis ſunt addenda vt nimirum æger locetur in aere libero luminoſo; ad frigidum inclinante; vt tenuiſſima diæta iniungatur omnis locutio, ac motus corporis interdicatur ægerque pectore ac bronchijs dilatatis ſituetur, ac pectus parum pannis cooperiatur, tandemq; circa collum, & alias partes nil adſit quòd adſtringat.

Venus an conueniat catarrhoſis.

Animi & corporis motus.

Atq; hæc habui, quæ de Catarrho breuiter cum Medicinę ſtudioſis communicarem. Qua in re, vt laudare meã operam nec volo nec me decet: ita in illud vnicè incubui, vt quantũ poſſet, accurata eſſet, & completa tractatio. Quòd an aſſecutus ſim, id doctiorum erit iudicium: cui, vt alia noſtra omnia, quæ in communem candidatorum Medicinæ vtilitatem ſcripſimus, aut ſcribemus; ita hæc quoq; libentiſſimis animis ſubijcimus.

Laus Deo, & Sanctiſſimæ Virgini Matri.

IVLII CAESARIS CLAVDINI MEDICI, ET PHILOSOPHI BONONIENSIS.

QVÆSTIO.

An facultates principes animæ ſecundum ſedes diſtinguantur in cerebro.

Quæſtionis huius difficultas vnde.

QVæſtionem hanc, quemadmodũ alias multas, non tàm res ipſa difficilem reddidit, quàm partiũ auctoritas. Hinc enim Arabum ſchola tota eſt, hinc Græcorũ familia, vno excepto Aetio; Latinis interim variè diſſectis, alijs illam, alijs hanc amplexantib. ſententiam.

Eius in medicina vtilitas.

Tractatur autẽ non immeritò à Medicis, vtpotè quæ ad medendi rationem, non ſecus ac illa, de animæ ipſius ſede, faciat. Vt enim, Galeno teſte *3. de placit. ca 3* niſi cõſtet, vbi ſedes ſit animæ, cui parti, læſis eius actionibus, ſint adhibenda medicamenta, dubium eſt; ità habet de principib. facultatibus. Diuerſæ enim partes, ſi in diuerſis in ſũt, medicamẽtis tractandæ ſunt, prout hęc vel illa læditur: quòd neceſſarium non fuerit, ſi in eadem conſiſtant.

Ordo in ea tractãda ſeruandus.

In ea verò explicanda, vt confuſio omnis tollatur, & methodo, quam tractandarum rerum animam vocant Philoſophi, res omnis agatur, hæc quatuor ordine perſequar. I. Circà titulum quæſtionis verſabor. II. Fundamenta more Geometrico iaciam, quibus ad veritatem inueniendam, viam mihi muniam. III. Propriam opinionem adſtruere conabor. IV. Quæ in contrarium ſolent adduci, remouebo.

QVAESTIONIS PARS I.

Explicatur titulus Quæſtionis.

In titulo quæſtionis quæ ſint explicãda

IN titulo Quæſtionis duo explicanda ſunt. I. Per facultates animæ principes quid intelligendũ veniat. II Quid ſit quęrere, an ſecundũ ſedes hę facultates diſtinguantur.

Facultates principes quid

Quòd ad primum attinet, per facultates principes eas intelligimus, quæ in ſolo principio, quod eſt in capite, nimirum in cerebro, actiones ſuas edunt. Hinc Galenus *in arte med. ca. 12.* actiones principes definit eas, quę à ſolo principio, cerebro inquam, abſque alio medio fiunt, ad differentiam ſenſus & motus, quę pręter virtutem à cerebro datã, requirunt etiam neruos, per quos fiãt: *& 2. de loc. affect. vlt* loquens de iiſdem, à nulla alia parte fieri eas, pręterquam à cerebro aſſerit; ideoq; vt *& 7 de placit. c. 3.* tradit, cerebro eſſe proprias.

Facultates principes quot.

Sunt autem hæ facultates principes tres, Imaginatrix, Ratiocinatrix, & Memoratrix.

Quia totidem ſunt operationes principes *lib. de diff. ſymptom. 3. ac 7. de placit. 3.* Ex actionum autem numero, facultatum numerus colligitur *lib. Quòd animi mores, &c. cap. 2.* cum facultas principium ſit actionis, intellige inſtrumentale, nam principale eſt ipſa anima. Sed contrà prędicta oritur inſtantia. Quia

pręter

Obiectio contrà numerum facultatum principũ.

præter facultates illas tres, in cerebro, tanquã in proprio organo, ſunt & tres aliæ nimirũ, Sẽſitiua, Motiua, & Spiritꝰ animalis generatrix. Vnde videri alicui poſſit, cũ pricipes facultates ſint, vt dictũ eſt, quę in cerebro ſuas operationes exercẽt, nõ tres tãtũ illas à nobis cõmemoratas, ſed has quoq; modò allatas, in illarũ numero eſſe reponẽdas.

Reſponſio aliorum.

Reſpondet Marcus Oddus, ſi benè memini, non eſſe inconueniens in eſſe in cerebro omnes has facultates, quia ex Galeno *in lib. quòd mores animi &c. c. 2.* in vno ſubiecto plures poſſunt eſſe formæ, vna quidem præcipua, aliæ particulares, vt apparet de aloe, quę habet facultatem purgandi bilem, & præter hanc, roborandi ventriculum, & agglutinandi. Sic igitur, ait ipſe, in cerebro eſt vna forma præcipua, nimirum anima intellectiua; ſunt, & aliæ particulares, vt ſenſitiua, & motiua, quæ vim à cerebro per medium ſpiritum animalem ad neruos traſmittunt: eſt, & ſpiritus generatiua, quæ eſt facultas naturalis. Hæc enim, mediante ſpiritu, conſeruat cerebri temperiem; Sed hæc reſponſio, vt omittam cætera, quæ reprehendi in ea poſſent, nõ ſatisfacit quæſtioni quia aliquo modo tranſcẽdit ab operationibus, facultatibuſquè proprijs cerebri ad non proprias, & ab animalibus ad naturales.

Reſponſio pria

Quare ego, quantum ad ſenſitiuam, & motiuam attinet, Reſpondeo, ſermonem nobis eſſe de facultatibus, quæ ſuum opus in cerebro incipiunt, & in eodem perficiunt, ſeu, quod idem eſt, quæ in ſolo cerebro ſuas actiones edunt: modo ſenſitiua, & motiua, etiam ſi à cerebro ſuum opus incipiunt, nihilominus illud ipſum in neruis abſoluunt. De generatiua verò Spiritus animalis, Dico facultatem hanc eſſe ipſius animæ, non vt anima eſt, quo modo nos hic animam accipimus, ſed vt eſt natura; qua ſcilicet anima, per facultatem concoctricẽ cerebri, adiuuante calido inſito, producit ſpiritum animalem ex vitali, quòd indicauit Galenus 7. *de plac. cit.* dum aſſeruit, animalem ſpiritum omnium aliorum perfectiſſimam mutationem adipiſci.

Spiritus animali non generatur per ſimplicem refrigerationem vitalis.

Vnde obiter noto, ſpiritum animalem in cerebro, non generari per ſimplicem Vitalis refrigerationem, ſicut quidam voluerunt: ſed per coctionem in cerebro celebratam, ſuppeditato ſpiritu vitali à plexu reticulari, ac aere per nares attracto, *lib. de Vſu reſpirat cap* 5.

Quòd ſpectat ad alterum explicandorum, ſedem ac domicilium harum facultatem eſſe cerebrum, omnes conſentiunt. Sed enim, cum hoc variis ex partibus conſtet, tùm conſeruantibus vt ſunt membranæ, & omnes partes externę; tùm conformantibus vt ſunt ſubſtantia medullaris, quæ, & corpus cerebri dicitur, nec non ventriculi duo in anteriori parte, & vnus in media, alter in poſtrema, quæ cerebellum ab omnibus vocatur; quando quæritur *An facultates principes diſtinguantur in cerebro, ſecundum ſedes*, nihil aliud quæritur, quàm Verùm in diuerſis partibus, vti in ventriculis anterioribus ſit vna facultas, nimirum imaginatiua, in medio ratiocinatrix in poſtremò memoria, ſicuti voluerunt Auicenna, Auerroes, Aetius, & multi ex recentioribus: an vna in ventriculis, altera in ſubſtantia medullari: an verò omnes in ventriculis vel in ſubſtantia medullari, & ſi in ſubſtantia hac, an in tota, vel in vna parte vna facultas, in alia altera.

Quid ſit quærere an facultates principes diſtinguantur ſede.

Quomodo cerebrum dicatur ſedes facultatis ratiocinatricis.

Verùm hoc in loco illud notandum eſt, cùm cerebrum harum facultatem ſedem dicimus, id, ſi de ratiocinatrice facultate ſermo ſit, non

ità eſſe accipiendum, quaſi hæc in cerebro ſit tanquam in loco. Hæc enim immaterialis, immortalis, abſtractuq; ſui natura cum ſit, non ſecundum fidem tantum, vt temerè nonnulli defendunt; ſed etiam ſecuudum ratinis lumen, imò ſecundũ ipſius Ariſtotelis placita, vt aliàs demonſtrabitur, non eſt Organica, nec eget loco tanquã ſubiecto. Dicitur igitur eſſe in cerebro per operationem. Quia ad hoc vt propriam functionẽ promat, ſaltẽ pro hoc ſtatu, phantaſię miniſterio eget, quę & Organica eſt, & in cerebro locatur, operaturq; tanquam in Organo ſibi proprio. Et hoc vult Philoſophus, cum ait 12. *probl.* 1 intellectũ in capite, & cerebro locari: & 30 *probl.* 5. homines paruo capite eſſe prudentiores: eſtque hęc vnica cauſa, cur, quãdiu cerebri temperatura, & innata caliditas illęſa conſeruatur, tamdiu inculpate operationes intellectus edantur: ſin labefactatur, vel perperã edantur, vel aboleãtur. Nec verò eſt, quòd Galenum quis putet, ad cuius mentẽ quęſtionẽ hanc potiſſimũ explicamus, ſedis nomen aliter accipiſſe.

Obiectionis remotio.

Nã cũ is de animę eſſentia & immortalitate ingenuè faſſus ſit, nihil ſe habere perſpectũ: *in fragam. de ſubſtant natur. fac & in lib. Quod animi mores &c cap 3 5. Simpl. cap. 9.* imò nihil medico, quà medicus, prodeſſe hanc cognitionem aſſerat; non potuit is quoq; ſedis nomen, quoad rationalem facultatem, pro loco accipere: ſed debuit, quemadmodum eſſentiam ratiocinantis animę, ita ſedem quoq; eius, in dubio relinquere. Sed hęc de primò propoſito ſatis ſunt.

PARS QVAESTIONIS Secunda.

Iaciuntur fundamẽta, ex quibus vera huius quæſtionis eruatur ſolutio.

Fundamentum primum.

EST igitur primũ fundamentum. Facultates has eſſe vnius, & eiuſdem animę rationalis. Vna enim & eadẽ hęc anima, prout diuerſis facultatibus inſignita eſt, tria munia obit. Nã & ſimulacra recipit, & circà obiecta propoſita diſcurrit, ratiocinaturq; ac tandẽ imagines in phantaſia, veluti ſigillatas, & impreſſas, retinet, conſeruatq;. Ac quà quidẽ imagines, & phantaſmata, recipit, facultate imaginatrice vtitur, huius enim propriũ eſt, rerum externarũ a ſenſibus perceptarũ, tum pręſentiũ, tum abſentiũ ſpecies ſuſcipere; (vt ſecũdũ medicos, phãtaſia cũ ſenſu communi confundatur, qui ex aliquorũ ſententia, ad ſpecies, & imagines rerum pręſentiũ tantũ refertur:) quà verò diſcurrit, facultatẽ ratiocinatricem applicat, quę cõponendo, ac diuidendo ea, quę in phantaſia ſunt iã recepta, diſcurrit, & à quibuſdã cogitatiua vocatur: quà tandẽ conſeruat recepta in phantaſia, memoratricem adhibet, cuius officiũ eſt, ſimulacra à ſenſibus externis repręſentata, & in phantaſia aſſeruata, reuocare.

Memoratrix facultas duplex.

Hęc verò, ſi veluti ſigillo perfectè impreſſas ſpecies illas aſſeruat tantũ, & ſic reuocat, ſimpliciter memoratrix facultas dicitur quę brutis quoq; ineſt. Quòd ſi accidat, vt ſimulacra illa veluti perdantur, rurſus verò ex principio aliquo, veluti ſyllogiſmo, in memoriã reuocentur, rememoratrix dicitur, quę ſoli homini ineſt, ex Ariſtotele i *lib. de memoria ca.* 2. ex quo memoratiua, & rememoratrix, in homine vna eſt, & eadem facultas. Nam qui reminiſcetur, etiam memoratur, etſi non contrà, quoniam aliquis poteſt memorari,

abſq;

abſq; eo, quòd reminiſcatur.

Fundamentum ſecundũ. Alterũ fundamentũ eſt, cũ facultates prædictæ non operentur ſine phantaſmatibus, vt dictum eſt, quæ corporea ſũt, neceſſariò ratione horum phantaſmatũ, & ratione huius operationis, eas opus habere Organo corporeo, quòd illis inſeruiat, & hoc eſſe cerebrũ. Id quod clarè habet Galenus 9 *Meth.* 10. 3. *de loc aff.* 4. *&* 5. 9. *de vſu par.* 4 Pro huius verò fundamenti exacta intelligentia, duo ſunt examinanda. Primùm, qua ratione cerebrum inſeruiat hiſce facultatibus. Alterum, An præter cerebrum, quod eis inſeruiat, requiratur aliquid aliud.

Cerebrum in quibus cum alijs Organis communicet. Vt primùm explicetur, paulò altiùs petendũ eſt exordiũ, à cerebri ſcilicèt cũ alijs Organis cõparatione. Cerebrum igitur ad alia Organa collatũ, partim cõmunicat cum eis, partim ab eis diſcrepat. Communicat, quidẽ reſpectũ nutritionis. Nutritur enim, vt alia Organa, mediantibus quatuor facultatibus naturalibus, attractrice, retentrice, alteratrice, & expultrice. Diſcrepat ab ijs duobus modis, nempe & vt eſt gratiã vitæ ſimplicitèr, & vt eſt gratia vitæ melioris. Vt eſt gratia vitæ ſimplicitèr, diſcrepat, quatenus medijs illis quatuor facultatibus naturalibus, non nutritur tantũ, ſed alias etiã & diuerſas ab alijs Organis obit operationes. Nam ex 6. *de vſu part.* 13. meritò attractricis dilatatur, meritò expultricis conſtringitur, vt reſpiratione fruatur. Dilatatur enim vt recipiat aerẽ, tùm pro generatione ſpiritus animalis. (Hunc enim ex aere attracto, & ſpiritu vitali, vt videbimus, generat) tùm pro ſui refrigerio. Nam etſi frigidũ ſit, nihilominus ex ſpiritu vitali, quẽ ſuſcipit, cõtinuò incaleſcit, & ideò refrigerio indiget, teſte Galelo *lib. de Organo odoratus ca.* 4. *&* 5. Conſtringitur autem, vt calidior fuligo expellatur, quæ in cõcoctione, qua ſpiritus animalis generatur, neceſſariò ſuboritur, ne ab ea ſpiritus, & materia, ex qua generantur illi, inficiantur. Tandem merito cõcoctricis generat ſpiritũ animalem, cuius generatio eſt præcipua cerebri actio, (intellige gratia vitæ cõſiderati.) in quã omnes aliæ cerebri actiones referuntur.

I

Cerebrum dupliciter ab alijs Organis diſcrepat. 1.

Cerebrum cur dilatetur, & conſtringatur.

Cerebri concoctio.

Cerebrum quò genitum pro refrigerãdo corde Ariſtot. Hinc 12. *Meth.* 5. cerebrũ eſt fons animalis ſpiritus. Id quòd etiã puto cognouiſſe Ariſtotelẽ, 2. *de part. ani* 7 dũ aſſeruit, cerebrũ genitũ eſſe ad ſalutem naturæ, hoc eſt, gratia vitæ, quoniã ſcilicèt ſua frigiditate contẽperat calorẽ igneũ cordis, eòquòd perfectio cõſiſtit in mediocritate, & propter hoc, operatio quælibet, à mediocri calore fieri debet. Hoc enim Ariſtotelis dictũ ſic interpretãdũ cenſeo, nimirũ cerebrũ contẽperare calorẽ cordis, quatenus ſpiritũ vitalẽ, feruidũ in corde effectũ, conuertit in animalẽ. Atq; in eodẽ ſenſũ audiendus eſt idem Ariſtoteles, 1. *de hiſt anim.* 16. *&* 2. *de generat. anim. ca.* 2. ex quibus locis ſatis patet, eſſe ſententiam Ariſtotelis, ſpiritum animalem ad cerebrum attinere non gratia tantùm vitæ melioris, ſed etiam gratia vitæ ſimplicitèr.

Nec obſtat Ariſtoteli ſic explicato argumentum Galeni, quòd actio fiat per contactũ, at cerebrũ non tangat cor. Quoniã cerebrũ refrigerat ſpiritũ vitalẽ, qui ſurſum è corde effertur, & ſic ipſũ cõtingit. Atq; ſic quidem, vt eſt gratia vitę ſimplicitèr, diſcrepat ab alijs organis cerebrum.

II. Propriæ cerebri actiones duplices. *Sed & diſcrepat*, vt eſt gratia vitæ melioris, quoniã habet operationes quaſdã ſibi tantũ proprias, animales dictas, quorũ aliæ extrà ipſum minimè fiunt, & principes dicuntur: aliæ virtute quidem ipſius fiunt, ſed extrà ipſum, vt dictum eſt. Ex priori genere ſunt imaginatio, diſcurſus,

&

& memoria: ex poſteriori ſenſus, & motus, exceptis tamen ſenſu tactus, & motu thoracis pro reſpiratione, quoniam hæc duo ſunt gratia vitæ. Nec obſtat, quo minùs ſenſus, & motus extrà cerebrum fieri dicantur, ꝙ cerebrum ipſum quoquè noxia, ſentiat ad ſui cuſtodiam, ac moueatur.

Obiectio.

Sentit enim non ratione ſui, ſed membranarum, quibus inuoluitur: mouetur verò motu naturali, non autem voluntario. Porrò, tametſi cerebrum actionum omnium animalium ſit principium: vnde organum dicitur Galeno non naturale, ſed animale, principaliſſimum, ſenſoriorum *lib. de pulſ. vtilit. ca.* 1 *de Vſu reſp. c. vlt.* & totius corporis gubernator, *lib. de totius morbi temp. ca.* 7. vt ſi non ſit principium venarum, & arteriarum, via originis, ſit ſaltem eo ſenſu, quatenus ab eo vniuerſum corpus gubernatur, vti Pelops Galeni præceptor indicauit, & habetur 6. *de placit cap.* 5. tamen non eadem ratione eſt principium omnium, ſed principium quidem dictarum, per ſe, per aliud verò non principium, vt clarè habetur 7. *de placit. cap.* 3 & confirmatur, ex 2. *Prognoſt.* 6. vbi dicitur cerebri præcipua miniſteria duo eſſe, memorare, & cogitare, ſubſeruientia vero, & non præcipua ſenſum, & motum.

Cerebrum non eodẽ modo principium actionum animaliũ omnium.

Cerebrum quomodo poſſit dici principiũ venarum, et arteriarum.

His verò ſic conſtitutis, de cerebri ad alia organa comparatione, facilè patet, quomodo cerebrũ dictis facultatibus inſeruiat. Inſeruit ſiquidem principibus, vt organum, quod diſcrepat ab alijs gratia vitæ ſimplicitèr, & melioris: gratia quidem vitæ ſimplicitèr, quoniam actiones illarum facultatum, in cerebro non perficiuntur, abſquè ſpiritu animali, vt videbimus, cuius ſpiritus generatio ad cerebrum attinet, vt demonſtratum eſt: gratia verò melioris vitæ, quoniam eſt ſedes, organum ac domicilium facultatum harum, imò non harum tantum, ſed & non principium, diuerſa tamen ratione. Nam cùm habeat cerebrũ, vt prætactum eſt, & infrà explicabitur magis, & propriam ſubſtantiam medullarem, quæ, & caro ipſius dicitur, & ventriculos plures, merito ſubſtantiæ eſt organum facultatum principium, vt tradidit Galenus, 7. *de placit.* 3. & 9. *de Vſu part* 4. vbi ait, ratiocinatricem operari non in cauitatibus, ſed in carne cerebri, vbi etiam eſt ſpiritus, organum ratiocinatricis, & *de vtilit. reſpir. ca. vlt.* vbi ſpiritum ait in cerebri poris reperiri, qui ſi vitioſus, neceſſario lædit actiones principes, ſi non vitioſus, eaſdem perficit: merito, autem ventriculorum eſt organum non principum, ex 3. *de Loc. affect.* 7. & 8. *de Vſu part.* 17 vbi dicit Galenus, ſpiritus, qui ſunt in ventriculis cerebri, eſſe organa ſenſus atquè motus, & *de vtilit. reſpir. loco cit.* vbi habetur, ſi ventriculi vulnerentur, amitti ſenſum, & motum.

Cerebrum quo inſeruiat facultatib. principibus.

Cerebrum organum facultatũ principũ merito ſubſtãtiæ medullaris. non principum, merito ventriculorũ.

Quòd ſi quærat aliquis, vbi nam generentur ſpiritus animales, qui ſunt in poris, & ventriculis cerebri, & ex qua cauſa: is ſciat ſpiritum duplicem eſſe, innatum, & non innatum. Spiritus innatus idem eſt quòd calidum inſitum, 5. *Simpl.* 9 *de placit.* 3. quæ innata dicuntur, quoniam nobiſcum naſcuntur, & non deſerunt partes, quibus innata ſunt. Nam etſi in partibus illis mouentur ad varias loci differentias, pro animæ ſubſidio, extrà tamen eas ſe non diffundunt. Spiritus autem & calidum non inſitum, ſunt, quæ non naſcuntur nobiſcum, & ſua principia, in quibus ſunt nata, deſerunt, ac varias corporis partes adeunt: & hic ſpiritus ab Hip. impetũ faciens dicitur, & eſt triplex, animalis, vitalis, ac naturalis, ſi tamẽ hic datur: quorum primus in cerebro, ſecundus in corde, tertius in hepate gene-

Spiritus duplex, et quid vterque.

gene-

generatur. Verũ de ſpiritu innato illud notandũ, ipſum à tẽperatura differre, quoniam ſpiritus ille eſt ſubſtantia, temperatura verò accidens. Vnde *Gal. 6. Epid. 5.* dicit, animam diuerſam eſſe à morbo, vbi per morbum temperiem calidiorem factam ſignat, per animam intelligit inſtrumentum primum illius, quòd eſt calidum innatum: quòd etiam intelligit *lib. de rigore cap. 6. circa medium*, vbi naturam, & animam vocat: quẽadmodum & *5. in 6. Epidem. text. 5.* vbi animã hominis ſemper ad mortem vſq; produci aſſerit. Quo ſit, vt non poſſim non mirari, reperiri quoſdam, qui ſaltem animam ſentientem & vegetantem, eſſe calorem innatum, auſint adſtruere. Nam, vt omittam, quòd Galenum manifeſtiſſima ſibi habent contrarium, *lib. de format. fœtus cap. vlt.* vbi verbis clariſſimis aſſerit, vtriuſq; huius animæ opera, longè, ac longè vim, & efficaciam caloris innati tränſcendere; coguntur neceſſariò plures in homine animas ſtatuere, duas ſcilicèt vt minimum, rationalem, & calorem innatum; quòd non tantùm Ariſtoteli, & rationi, ſed ipſi etiam Theologiæ repugnat. Verùm hæc obiter. Ex ijs verò quæ de duplici ſpiritu propoſui, Dico, ſpiritum animalem generari, & in poris, & in ventriculis cerebri. Ac in poris quidem generatur ſpiritus animalis, gratia facultatum principum, à facultate naturali concoctrice cerebri, tanquam ab efficiente; à calido inſito tanquam coadiuuante; ex aere inſpirato per nares, & vapore ſãguineo arterioſo, ſeu ſpiritu vitali, communicato à corde ipſi cerebro, per arterias, quæ plexum retiformem conſtituunt, veluti ex materia, teſte Galeno *12. Meth. 5. lib de Vtilit. reſpirat. citat.* tametſi citiùs quidem ex aere, magis tamen propriè ex vapore reparetur, ex eodem Galen. *de Vſu pulſ. 3.* In ventriculis verò generatur ſpiritus, pro ſenſu & motu, à facultate concoctrice naturali vẽtriculorum; coagente calido inſito; ex eadem materia, ex qua ſpiritus in ſubſtantia cerebri gignitur. Nec obſtat, quòd *8. de Vſu part. 13.* dicitur, ventriculum poſtremum copioſiorem continere ſpiritum, quia nerui hinc diffunduntur, & ſpinalis medulla, vt non ſolùm propter ſe multo ſpiritu egeat, ſed etiam propter ſenſum & motum: vnde ſequi videtur, ſi propter ſe hic ventriculus cõtinet ſpiritum copioſum, ſpiritum animalem in hoc ventriculo, non pro ſenſu ac motu tantùm eſſe, ſed etiam pro facultate principe. Reſponderi enim poteſt, ſpiritus in hoc ventriculo primario facere ad ſenſum, & motum, ſecundariò verò etiam ad actiones principes, quòd accidit, quia ſunt copioſi. Nam diffunduntur etiam ad ſubſtantiam cerebri, & pertingunt vſque ad eius circumferentiam. Quòd cognoſcens Galenus *8. de Vſu part. citato*, ità loquutus eſt.

Spiritus innatus à tempera tura vt differat.

Spiritus innatus Gal. anima, & natura, & quomodo.

Error quorundam, animã vegetantem, & ſentiẽtem, eſſe calorem.

Spiritus animalis generatur & in poris cerebri & in ventriculis.

Obiectionis ſolutio

Sed illud hic circà hos ventriculos notare oportet, tres eos eſſe, vt perfectiſſimè ſpiritus animalis in ijs elaboretur, & quòd non fit in vno, fiat in alio. Concurrunt autem ad hoc opus hunc in modum. Anteriores ſi quidem ventriculi, inſeruiunt inſpirationi, & expirationi, in eiſq; ex aere inſpirato, & ſpiritu vitali, ſeu vapore ſanguineo præparatis, conficitur ſpiritus animalis, ſed hac ratione, vt incipiat coqui, non tamen ex toto concoquatur *8. de Vſu part. cap. 10.* vbi, necnon, *4. de ſympt. cauſis 1.* alius etiam traditur horum ventriculorum vſus, vt ſcilicèt per partes illorum, ad nares pertingentes, materia noxia ſpiritibus excoletur, & organum odoratus conſtituatur.

Ventriculi cerebri tres, & cur ſinguli.

tuantur. Sunt autem ventriculi duo, tùm vt copioſa materia pro ſpirituũ generatione recipiatur, tùm vt vno vulnerato, alter defectum eius ſuppleat. Medius ventriculus vtilis eſt primùm, vt anteriores, & poſtremus ſimul iungantur, 8 *de Vſu part* 11. & per ipſum, veluti per meatum magnum, ſpiritus animalis, ex ventriculis anterioribus, in poſteriorem transſumatur, ibiquè coctio ſpiritus animalis magis perficiatur. Poſtremus ventriculus ſpiritum in anterioribus confectum, non tantùm ſuſcipit, & conſeruat. 8. *de Vſu part.* 11. ſed, & vltimam ei perfectionem tribuit. Eſt autem vnus, quoniam pollet magnitudine: preterea ſpinalis medulla, quam reſpicit, & ipſa vna eſt. Accedit, quòd ſic magis vnitus, melius ſuos radios mittit, 8. *de Vſu part.* 10. *Verum hic quæret aliquis*, in tanta ventriculorum varietate, quiſnam ſit nobilior. Quæ quidem quæſtio, procedit ſolùm de medio, & poſtremo: quoniam, vt habetur, 8. *de Vſu part.* 11. qui de hac reloquuti ſunt, neglectis anterioribus ventriculis, alij medium, alij poſtremum nobiliorem conſtituerunt. Hinc dum Galen. 3. *de loc. affect. cap.* 7 dicit in apoplexia impleri ventriculos principales, neceſſario illi ſermo eſt de medio, & poſtremò. Eam verò ſoluit Gal 7. *de plac t* 3. dicens, digniorem eſſe poſtremum; hunc medium ſequi, & tandem anteriores, idquè propter duplicem cauſam. Prima eſt, quia vulnerato poſtremò ventriculo, magis læditur cerebrum. Secunda, Quia in poſtremò ventriculo, materia magis ſpiritualis & perfecta continetur 8. *de Vſu part* 12. imò 3. *de loc. affect. cap* 7. habetur, ſpiritum animalem in poſtremò ventriculo eſſe inſtrumentum ſenſus, ac motus. quanquam medius non ſit contemnendus, anteriores verò his

Quiſnam ventriculorum nobilior.

cedere. Ex his verò omnib ſatis apparet, quòd primò quærebatur, nimirum qua ratione cerebrum inſeruiat facultatibus principibus Patet enim inſeruire ſecundum ſubſtantiam medullarem, & ſpiritus ibidem contentos, non ſecundum ventriculos, niſi fortè ſecundum poſtremum, vt dictum eſt.

Remanet, vt videamus, quòd ſecundò loco erat diſquirendum, an præter cerebrum, ſit aliud, quòd concurrat ad producendas operationes principes. Qua in re breuitèr dico, requiri aliud præter cerebri ſubſtantiam. Ratio huius eſt, quia pars quęlibet inſtrumentalis, concurrit ad actionem propriam, non ſolùm ratione propriæ ſubſtantiæ, quæ, ex Galeno, ea eſt pars organi, cui nulla ſimilis in toto corpore reperitur: ſed etiam penes ea, quę inſunt ſecundum ſubſtantiæ rationem; quæ conſequuntur; & quæ accidunt. Cum igitur actiones principes propriæ ſint cerebri, vt inſtrumenti, eo modò quo explicatum eſt neceſſarium eſt, & hoc ad eas concurrat, non tantùm ſecundum ſubſtantiam medullarem; de qua iam dictum eſt: ſed etiam ſecundum reliqua, quę ſunt commemorata; de quibus omnibus breuitèr agendum.

Quid præter cerebri ſubſtantiam, requiratur ad producendas actiones principes.

Quantum igitur attinet ad ea, quę ſecundum ſubſtantię rationem inſunt cerebro, neceſſaria eſt pro his actionibus edendis Temperies. Subſtantia enim quęlibet operatur mediante qualitate, tanquàm organo 1. *de facult natur ca* 2. 2. *ibid. ca.* 8. & 7. *Meth.* 3. Vnde Galenus dicebat 8 *de Vſu part.* 13. intellectum non ſequi bonam cerebri compoſitionem, ſed bonam carnis temperiem, & *ibid cap.* 6. aiebat, cognotionem non fieri, niſi alterentur organa. Nam prius alteratio eſt, deindè iudi-

Cerebri temperies quæ & qualis

iudicium. Eſt autem hęc temperies non quęcumquè ſed cerata, & determinata.

Sicut enim partis præcipuæ ſubſtantia determinata, ac propria requiritur, quæ ità ſit domilium facultatis, vt non poſſit inſeruire alij, cum facultas ad partem hanc contrahatur, ob quandam propoportionem merito cuius facit id quòd non faceret alia, ità etiam temperies propria, & determinata, per quam pars illa operetur, exigitur. Cerebri igitur caro, temperiè eſt frigida, & humida, ex 2. *de Temper. vlt.* Hinc alimentum frigidum, & humidum, pituitoſumquè, ex 3. *de alim.* 8. requirit. Eſt tamen cerebri caro frigidior, & humidior cute, calidior verò, & humidior ſpinal. medulla, 1. *de Temp.* 3. *&* 6. *aph.* 2. Nec obſtat quòd 8. *de Vſu part.* 2. *&* 3. dixit Galen. cerebrum eſſe calidius aere æſtiuo, imò ab hoc refrigerari. Quia cerebrum eo in loco non ſumpſit ſimpliciter, vt cerebrum, ſed vt ſpiritum animalem, & calidum inſitum ſibi habet coniunctum. Hoc enim modo conſideratum, verè calidum dici poteſt: hac tamen diſtinctione, vt gratia calidi inſiti caliditas ſit innata. (Hinc frigidum cerebro eſt inimicum, 5. *aphor.* 8. calidum amicum, quia calidum conſeruatur à ſimili) merito verò ſpirituum ſit adſcititia. Cauſſa autem, propter quàm cerebrum temperaturam frigidam, & humidam ſit nactum, eſt multiplex. Ac frigidum quidem eſſe debebat. I. Quoniam ſpiritus vitalis, alioqui feruidus, ex quo ſpiritus animalis generatur, attemperandus erat. II. Ne cerebrũ ex aſſiduo motu inflammaretur. Nam cum continuo ſpiritus animales, ac nerui moueantur, ſenſuſquè patiantur, cerebrum quoquè aſſiduo motui obnoxium ſit, ni frigidum fuiſſet, facilè inflammari potuiſſet, ſicquè omnes actiones animales deprauari, & ſomnus intercipi III. Vt ſpiritus animales omnium tenuiſſimi, melius conſeruarentur, & non diſſiparentur, ac limpidiſſimi non obſcurarentur, cum caloris proprium ſit omnia perturbare. Eſt verò humidum cerebrum. Primum, ne ob motum aſſiduum ſiccetur. Secundò, vt bonam figuram ex Auicenna ſuſcipiat, & benè figuratum, imagines, ac ſimulacra obiectorum admittat. Humidum enim facilè ſuſcepit.

Cerebrum quomodo calidius aere æſtiuo.

Cerebrum cur frigidum.

Cerebrum cur humidum.

Cæterùm, quoniam facultates hæ ſunt adeptæ conueniens organum, quo mediante proprias edant actiones, quòd quidem Organum eſt ſubſtantia cerebri frigida, & humida, neceſſario aliquid requiritur, quòd facultates illas in organo determinato conſeruet, ac veluti viuificet, loquendo de facultatibus, vt operantur in corpore. Tale autem eſt ſpiritus animalis, calido inſito permixtus. Sicut enim temperies primariò facit ad operationem, ſecundaria verò ratione conducit ad conſeruationem facultatis: ità contrà ſpiritus animalis calido inſito permixtus, primò conſeruat facultatem, ſecundò conducit ad operationem. Hinc 3. *de ſympt. cauſ.* 1. dicebat Gal. chylum fieri à quadam ventriculi temperatura, adiuuante calido innato. Ecce proponit temperaturam, vti cauſam principalem actionis, calidum inſitum, vti cauſam adiuuantem, & ſecundariam. Porrò requiri hæc duo, ſpiritum animalem, & calidum inſitum, tanquam organa conſeruantia, & ad actionem ſecundario conducentia, probatur.

Spiritus animalis, & calidũ inſitũ cerebri, quo concurrãt ad actiones principes, & nõ principes.

Ac ſpiritum quidem animalem requiri hoc modo, patet ex ipſo Galeno, qui præter ſpiritum animalem

in

in ventriculis cerebri pro ſenſu, & motu, 7 *de placit.* 7. *& de Vtilit. reſpirat. vlt.* proponit alium ſpiritum diffuſum per ſubſtantiam cerebri, & in poris illius contentum cuius munus eſt *ex loco citato*, vt conducat ad operationes principes edendas, & principaliter facultates conſeruet, quoniam eius abſentia ceſſat anima in corpore ab operatione, vt propterea ſit vinculum quoddam animæ, & cerebri: (vinculum dico, non ratione vnionis eius cum corpore cerebri, quale vinculum falsò Academici, & cum eis *Fernel.* 4 *Phyſiol. c.* 1 introduxerunt; cum ex materia, & forma ſubſtantiali, immediatè vnum fiat per ſe ex 2. *de anima text.* 7. ſed ratione operationis, qua de re alias.) qua ratione 6 *Epid.* 5. *&* 7. *de placit.* 3; ſpiritus hic dicitur primùm animæ inſtrumentum. Quòd verò de hoc ſpiritu dicitur, in ſubſtantia cerebri, reſpectu facultatum principum, idem intelligendum eſt de ſpiritu animali, in ventriculis cerebri, gratia ſenſus, & motus. Horum enim eſt primùm inſtrumentum 3 *de Loc. aff.* 9. *& de vtilit. reſpir. cit.* Intellige tamen conſeruans potius facultates, quàm faciens ad operationem, quoniam e. g. apprehenſio fit à manu, in qua ſpiritus animalis non reſidet, quippe qui ad operationem non facit primario, ſed ſecundario: licet autem ibi non ſit ſpiritus, vis animalis tamen per ſpiritum animalem, parti illi communicatur. Hinc Galenus 7. *de placitis* 7. dixit, ſpiritum animalem eſſe vehiculum facultatis ad partes, quæ ſentiunt, & mouentur. Item 4 *de loc. aff.* 2. ait, ſpiritum animalem eſſe primum inſtrumentum, ad tranſmittendum ſenſum, & motum. Sed horum occaſione obiter noto *ex loco vltimo citato*, Galeni ſententiam eſſe, ſpiritus animales non peruenire ad partes ſecundum

Spiritus quō poſſit dici vinculum animæ cum corpore.

Spiritus animalis non peruenit ad partes ſecundum ſubſtantiam.

ſuam ſubſtantiam, ſed tranſmitti ſenſum, & motū ſtatim, ita vt perueniat quidem vis animalis, ſed non ſubſtantia ipſorum ſpirituum. Id quòd demonſtratur, *Primò ex lib. Quòd ſanguis in arterijs, &c. ca. vlt.* Quia ſpiritus animales, cum ſint corporei, non poſſunt ità cito, & quaſi momento temporis, ſecundum propriam ſubſtantiam moueri perinde ac ſenſus, & motus tranſmittuntur, nam voluntas imperat & ſtatim manus apprehendit. *Secundò*, quia ſpiritus animales, vbi cerebrū egrediuntur, ita ſtatim diſſipantur, vt continua reparatione egeant maximè in motu voluntario *ex lib. de Vſu pulſ. cap.* 2. At quæ vis tàm multos, tàm ſubito reparet? *Tertiò ex* 7. *de plac. cap.* 4. Quia pro ſpiritibus corporeis neceſſario requiruntur meatus. At non poſſunt eſſe in omnibus neruis meatus.

Quia in tenuiſſimis eorum fibris, neceſſe eſſet, meatui illi circumiectum corpus quoddam nerui, aranearum telis cogitare tenuius. At tali poſito, & ipſum quàm facillimè diſcerpi poſſet, & ſingulis prope momentis obturari. Statuendum igitur eſt, ſpiritus hoſce peruenire ad locum quendam certum vti ad initium ſpinalis medullæ, ſecundum ſubſtantiam, & poſt, inſtar Solis, per neruos emittere radios momento temporis qui facultatis animalis ſint vectores, quatenus confertim partibus impertitur. Poſſe autem eos emittere radios ex eo ſatis liquet, quòd ſplendidiſſimi ſunt, & ætherei 7 *de placit.* 7 Ab hac tamen lege neruos opticos excipere oportet, per quos ſolos ſpiritus animalis ſecundum ſubſtantiam mittuntur vt inſtar ſolis vniantur cum ambiente, & eum ad ſuæ naturæ proprietatem immutent *Septim. de placit. quart.* Iam verò quòd calidum

Spiritus animalis quouſque perueniat ſecundum ſubſtantiā.

Calidum inſitum organum animæ, & qua anima, & qua natura, ac quemodo.

inſitum, ſit & ipſum Organum primò conſeruans facultatem, ſecundò ad operationem conducens, facilè, & ipſum eſt oſtendere, idq; non tantùm in facultatibus naturalibus, ſed animalibus etiam, cum ipſum organum ſit animæ non tantùm quà anima eſt, ſed etiam quà natura. Si enim ad naturam, & eius facultates reſpiciamus, calidum modo dicto vſum huic præſtare, multis in locis Gal. tradit 4. *aphor.* 20 6. *Epid.* 3. 18. 5. *Simplic* 9 8. *de placit* 7. imò 2. *ad Glau.* 2. manifeſtè ait, ſine calido hoc minimè facultates naturales conſiſtere poſſe, vt potè cum illud aut eſſentia illarum ſit aut primum ſaltem inſtrumentum Id quod clarius etiam habetur 6 *Epid* 5. vbi hoc calidum dicit eſſe auctorem, & veluti principale efficiens actionum naturalium. Quòd tamen eſſe falſum videtur, quia anima, & eius facultas ſunt principale agens. Sed ſic loquutus eſt Galenus, quoniam calidum illud conſeruare facultatem exiſtimauit. Nam quamprimùm calor deſinit, pars anima orbatur. Quò etiam reſpexit Ariſt. 14. *Probl.* 9 cum dixit, mortem eſſe refrigerationem caloris interioris, quaſi calor hic inſitus, ſit vinculum animæ, & corporis.

Quòd ſi animæ facultates conſideramus, vt anima eſt, quòd magis ad noſtrum facit inſtitutum, non minùs res clara eſt. Conſeruat enim calidum hoc, & facultates principes, & non principes, & ſimul ad earum operationem conducit, mediante tamen ſubiecto, in quo facultates illæ operantur. Nam merito huius ſubiecti, calidũ innatum facultatũ harum animæ, prout anima eſt, euadit inſtrumentum. Hinc Ariſt. 5 *de gener. anim.* 2. dixit, ſpiritum innatum, ſeu calidum innatum, in meatu auditorio facere auditũ, ea tamen ratione, vt calido inſito ſit commixtus ſpiritus animalis: & Galenus 8 *de placit. ca.* 7. calidum non ſolùm ad facultatem naturalem, ſed etiam ad neruorum, & muſculorum motum conducere aſſeruit. Sed hoc in loco illud notare oportet, quòd tametſi calidum inſitum ſit organum, & animæ, & naturæ, diuerſa tamen ratione vtriſque id inſeruire, naturæ quidem primò conſeruando facultatem, deinde hanc ad operandum adiuuando, vt, quo maior eſt portio huius calidi, eò melior fiat operatio, à facultate, media temperatura: animæ verò, non quà conſeruat facultatem, quia hoc eſt proprium ſpiritus animalis, nec quia facit ad operationes, cum motus voluntarius potius fiat à calido ſicco, quàm humido, vnde pueri in motibus propter humidum non ſunt robuſti, ſed quia eſt in cauſa, vt vis animalis per cerebrum diffluat, & à cerebro influat in partes Quòd vel indè patet, quia ſi ſubiectũ facultatis, vt cerebrum, vel pars in quam cerebrum eam influit, refrigeretur, non admittit vim animalem. Quam non Galenus tantùm, ſed Plato quoq; & Ariſtot. veritatem hanc cognouerunt.

Ariſtotel. & Plato cognouerunt calidum innatum, & eius vſum.

Plato ſiquidem ſatis hunc vſum *in Timæo* declarauit, cum dixit omnia membra animalis in igne & ſpiritu vitam poſſidere, vbi per ignem calorem cordis, per ſpiritum, calidũ innatum intelligere oportet: nec minus *in Gorgia & Phædro*, cum ſtatuit mortem eſſe diſſolutionem animæ, & corporis ad inuicem, vitam verò eſſe vnionem illorum. Nam cum beneficio caloris vita duret, & hoc deficiente, deſinat vnio animæ, & corporis, ideò calor pro vita maximè neceſſarius eſt. Ariſtoteles verò 1. *de gener. anim.* 6 vnumquodque membrum ſuum habere calorem aſſir-

affirmat: *& 2. de partibus anim. c. 3.* vult: cibum coqui, & aſſimiliari, non niſi per vim caloris, vt non modo calor in animalibus, ſed etiam in ſtirpibus ſit neceſſarius.

Cerebrum cur album Sed ea, quæ ſecundum ſubſtantiæ rationem inſunt, ſequuntur ea, quæ temperiem conſequuntur. Hæc verò ſunt ſecundæ qualitates, inter quas, ſi conſidero colorem, cerebrũ album eſſe debuit, tum ratione materiæ è qua conſtat, quoniam ex ſemine componitur; tùm ratione finis, vt animales ſpiritus limpidiſſimi, & non obſcuri, ac tenebricoſi, quales ſunt melancholici, exiſterent. Si verò ſecundo loco perpendo ſecundas qualitates tangibiles, cerebrum molle factum eſt à natura, & tenue. De mollitie loquutus eſt Galenus *8. de Vſu part. 6 & 2. de Temperamentis ca. 1.* *Cerebrum cur molle.* Ibi enim aſſerit, cerebrum ſecundum ſubſtantiam eſſe mollius neruo, & neruum molliorem ſpinali medulla. Eſt tamen cerebrum, ſecundum anteriorem partem mollius, quàm cerebellum, quòd eſt pars cerebri poſterior. Oportuit autem molle eſſe cerebrum, vt facile mutaretur, alterareturq; facileq; ſpecies ſuſciperet, & ſuſceptas admitteret, per totam ſui ſubſtantiam. Per hanc enim permeare debent, vt actiones principes celebrentur. Quoad tenuitatem, tametſi non negandum *Cerebrum cur tenue.* aliquam viſciditatem datam cerebro fuiſſe, quò nerui, qui ab eo oriuntur, aliquam haberent firmitatem, *8. de Vſu part. loco cit.* tamen viſciditas ea non eſt tanta, vt craſſitiem etiam ſibi adiungat. Debet autem ſubſtantia cerebri eſſe tenuis, ob eaſdem rationes, ob quas mollis eſſe debuit, præcipuè verò ob eam, vt ſpiritus animales facilè permeent per ſubſtantiam cerebri, quòd indicatum fuit à Galeno, *in art. med. cap. 12.*

Figuræ cerebri; & cur. Reſtant poſtremò ea quæ accidunt. Ex iis verò dum tantum conſideranda ſunt, Figura ſcilicet, & cauitates. Reliqua enim quæ cerebro accidere dicuntur, vt corpus calloſum, ſeptum, fornix, teſtes, & nates, quæ ſunt caro cerebri, non debent hic perpendi, quoniam non faciunt immediatè ad operationes principes, ſed ad conformationem cerebri. Figura igitur, Primò, ſphærica eſt, vt cerebrum ſit capax aeris, ſpiritus vitalis, & ſanguinis, vt ex his copioſus ſpiritus animalis generetur, qui neceſſarius eſt pro actionibus principibus obeundis. Secundò, eſt ſimilis ſpiris, & circumuolutionibus inteſtinorum. *8. de Vſu part. 13.* Per has verò ſpiras, & circumuolutiones concurrit cerebrum ad actiones principes, quatenus ſunt viæ ſpiritus animalis. Quoad cauitates, & ventriculos, concurrit per eos ad principes functiones, quatenus in his materia ſpiritus animalis perficitur, & exactè in ſpiritum animalem mutatur *7. de Vſu par. 8.* tametſi ventriculi hoc modo ad ratiocinationem concurrant ſecundario, vt ſuprà dictum eſt, quoniam ad ſenſum, & motum faciunt principalitèr. Atq; hæc de ſecundò principalitèr propoſito dicta ſint. *Cauitatis cerebri vſus pro actionibus principib.*

PARS QVAESTIONIS Tertia.

Propria ſententia adſtruitur.

DEVENIO ad tertium principaliter propoſitorum, nimirum ad decernendum, quid ad mentem Galeni, & veritatem ſit ſentiendum, de quæſtione propoſita. Dico igitur cum actiones principes in vna ſubſtantia medullari cerebri perficiantur, non autem in ventriculis, quoniam ſpiritus ani- *Facultates principes eſſe in ſubſtantia cerebri, nec ſede diſtingui.*

 males,

males, qui ſunt in ventriculis, faciunt ad ſenſum ac motum, vt demonſtratum eſt, facultates illarum actionum productrices, nullo modo loco, ac ſubiecto in cerebro diſtingui, ac propterea Aetium, Auerroem, Auicennam, & multos ex recentioribus eſſe deceptos, affirmantes imaginatiuam in ventriculis anterioribus, ratiocinatricem in medio, memoratiuam in poſtremo ſitas eſſe ac collocatas. Hæc concluſio, tametſi ſatis ex fundamentis ſupra iactis eſt perſpicua, nihilominus eam rurſus tùm auctoritatibus, tùm rationibus confirmo. *Ac quoad auctoritates quidem attinet*, probatur hæc ſententia. Primùm auctoritate Ariſtotelis. Is enim nunquam primum ſenſorium, quòd ille cor putat, ſedibus diſtinxit: imo 2. *de anima in fine*, loquens de potentijs animæ ex profeſſo, nullam penitus ſedum diſtinctarum mentionem fecit: & Alexander, genuinus Ariſtotelis interpres, 1. *de anima. c. de intellectu*, contrariam ſententiam defendit. Huc accedit, quòd *lib. de memor. cap. vlt.* affirmat Ariſt. qui facile diſcunt, eos difficulter memorari, quia humiditas, quæ facit ad imaginationem, nocet memoriæ. At hoc non eſſet verùm, ſi in diſtinctis partibus fierent imaginatio, & memoria. Poſſet enim pars, in qua ineſt imaginatio, eſſe humida, in qua memoria, ſicca. *Probatur ſecundò* auctoritate Galeni. Nam hic imprimis locis, quibus id maximè erat neceſſarium *lib. de differentijs ſympt. de cauſſis ſympt.* vbi rationes reddit læſarum principalium functionum, nunquam confugit ad diſtinctionem partium. Deinde multis in locis expreſſè docet contrarium, vt cum 8 *de Vſu part.* facultates omnes principes in vniuerſo cerebri corpore ait inſidere: item cum *ibidem cap.* 13. contra Eraſiſtratum ait intellectum ſequi ad bonam temperiem corporis cerebri: & 3. *de loc. aff. 7.* vbi cum Hippocr. affirmat, fieri melancholiam, ſi humor melancholicus incidat in mentem, id eſt, ſi afficiatur cerebrum, vt pars ſimilaris. Sed clariſſimè ex Galeno noſtra adſertio probatur. Primò *ex arte Medica cap.* 12. vbi loquens de operationibus principibus, ſtatuit operationes haſce pendere à ſubſtantia cerebri, eius temperie, ac conſequentibus temperiem, & pro horum vario ſtatu, variari etiam ipſas, nulla facta mentione varietatis, quæ eſt à loco. Ità enim ait. Si quis ſit mobilis in opinionibus, is cerebrum habet calidum, ſi ſtabilis, frigidum. Rurſus ſi quis habeat bonum ingenium, & benè diſcurrat, ſubſtantia cerebri tenuis erit, & mollis; ſi craſſæ ſit Mineruæ, & tardè diſcurrat, erit eadem ſubſtantia craſſa. Adhæc, ſi quis ad diſcendum ſit valdè promptus, & benè imaginetur, erit ſubſtantia cerebri facilè formarum ſusceptiua, id eſt, nec mollis, nec dura, aut ſicca: at ſi nulla adſit, aut exigua promptitudo ad diſcendum, & difficulter fiat apprehenſio, ſubſtantia cerebri non facile ſuſcipiet, & ideò nimis erit ſicca. Rurſus, ſi quis facile obliuiſcatur, ſubſtantia cerebri erit valde fluida: quòd ſi retineat omnium rerum exactam memoriam, erit ſtabilis, & firma.

Probatur auctoritate Ariſtotelis.

Probatur auctoritatib. Galeni.

In his verò omnibus, quis non videtur de tota cerebri ſubſtantia medullari loqui Galenum? Probatur ſecundò, ex 2. *de motu muſc. ca 6.* vbi aſſerit partem illam animæ quæ imaginatiua dicitur, quæcunque ſit, eandem recordari, & ideo animam, ſi inſignes impreſſiones, & ſpecies in imaginatione receperit, neceſſario eas conſeruare, hocque eſſe memorari, ſi verò obſcurè id

Eadem anima facultas imaginatur, & recordatur.

fiat

ſtat, & ſuperficie tenus, non conſeruare, & proinde obliuiſci. Id quòd vult etiam Ariſt. cum memoriam definit phantaſiæ habitum, At ſi vna, & eadem animæ pars, ſeu facultas, ſimul imaginatur, & meminit, quid clarus eſt, quàm fruſtra quæri, an memoria, & imaginatio diſtinguantur ſede ſeu loco.

Probatur rōnibus. Auctoritatibus his etiam ratio adſtipulatur. Quia primò dantur affectus, in quibus ſola cerebri ſubſtantia læſa, non ſecundum partem determinatam, ſed tota, modo ratio læditur, modo imaginatio, vt fit in phrenitide, & melancholia per eſſentiam. Secundò ſpiritus animalis, qui eſt inſtrumentum facultatum principum, vt dictum eſt, diffuſus eſt per totam ſubſtantiam cerebri, 7. *de placit.* 7. Quid igitur obſtet, quo minus, & ipſæ per totum diffuſæ ſint? Tertio, probant idem ſenſus auditus: qui fit à leteribus capitis, & reſpondet mediæ parti ipſius cerebri, & ſenſus tactus, qui efficitur in toto corpore. Si enim ſedibus diſtinctæ ſunt facultates, & imaginatiua anteriorem cerebri partem, occupat, neceſſe erit ſpeciem audibilem, ſi repræſentari imaginationi debeat, priùs tranſire per cogitatiuam: ſpeciem verò tactilem, & per memoriam, & per cogitationem: quippe cum ea per neruos, qui ad ſpinalem medullam; & per hanc ad poſtremam cerebri partem terminantur, cerebro communicetur, vt patet.

PARS QVAESTIONIS Quarta.

Quæ in contrarium adduci poſſunt, remouentur.

SED iam remanet, vt tandem quæ obijciuntur noſtræ opinioni, diluantur. Sunt autem tùm rationes, tùm auctoritates. Rationes hę ſunt. *Fundamēta ſētentiæ aduerſæ. Rationes ſex* I. Operationes nobiles, & plures, plura debent habere organa propria, & adæquata. Sed actiones principes ſunt nobiles, & numero tres Ergo, & tria inſtrumenta diſtincta habere debent. 1 Quare, cum in cerebro ſint tres ventriculi, qui ſunt anteriori parte, erunt ad imaginandum, medius ad diſcurrendum, poſtremus ad memorandum. 2 II. Si operationes principes non eſſent diſtinctæ ſede, ac ſubiecto in cerebro; Ergo ab vnica cerebri temperie penderent. At hoc falſum eſt. Quia dato hoc, omnes ſimul læderentur, quòd rurſus falſum eſt, quoniam *lib. de diff. ſympt. cap.* 2. & 4. *de loc. affect.* 2. vna læditur altera manente illæſa, exemplo Theophili prudenter quidem differentis, imaginantis tamen tibicines eſſe in cubiculo: & alterius, qui ſingulis vaſis rectè nominatis, ob imaginationis integritatem, ea tamen iuſſus proijcere, proiecit, ob diſcurſus deprauationem. 3 III. Anima eſt actus corporis, qui ſecundum nobiliores operationes, nobilioribus inſtrumentis vti debet, ſecundum ignobiliores, ignobilioribus. At imaginatrix eſt ignobilior, ratiocinatrix, & memoria nobiliores. Ergo illa imperfectiori inſtrumento, hæ verò perfectiori opus habent. Atqui in anterioribus cerebri ventriculis ſunt ſpiritus animales imperfectiores, in medio, & poſtremo perfectiores, Ergo in illis imaginatiua, in medio diſcurſiua 4 collocanda. IV. Ab ordine harum operationum. Senſns ferè omnes in anteriori capitis parte ſiti ſunt. At ſenſuum ſpectra imaginatio concipit ab hac ratio concitatur; hæc memoriæ ideas rerum commendat. Ergo hoc etiam ordine ſitæ ſunt V. Imaginatio requirit ſubſtantiam 5 molliorem, cum fiat receptione; memo-

memoria duriorem, ratiocinatio mediocrem. At anterior cerebri pars mollior eſt, media mediocris poſtrema dura. Ergo. VI. Ex Phyſiognomonia. Qui amplum habent occiput, pollent memoria, quibus ſynciput, & frons prominent, hi imaginatione pręſtant. Ergo.

Auctoritates cùm aliorum: tùm quatuor Galeni.

Præter rationes ſunt auctoritates, Aetij *lib 6. c 2* Auicennæ *prima primi doct. 1. ca 5. & prima tertij, tra. 1. ca 2.* Auerrois *4. Colliges. 4.* Imò etiam Galeni. Primum .n. in *4. de loc. aff. c. 2.* læſa diſcurſiua facultate, apponit remedia medię capitis parti, & paulò infra dicit, in Caro læſi anteriores ventriculos cerebri: at Carus, *ex lib. de diff. ſympt. ca. 3.* eſt reſolutio imaginationis. II. *1. Prorhet.* 27. permutationes ſympt. in phreniticis fieri dicit, quòd modo vna pars, modo altera afficiatur: hoc .n. non poteſt eſſe, niſi in diuerſis partibus diuerſæ fiant actiones. III. *In lib de ocul tract. 2.* phantaſiam in parte anteriori, memoriam in poſteriori, rationem in medio collocat. IIII *3 de placit 8.* admittit fabulam Mineruæ, quàm dicit natam ex vertice Iouis, quia medio in ventriculo Sapientia.

Reſpondetur ad rationem primam.

Sed his omnibus facilè reſpondetur. Ad primam igitur rationem, Dico, non eſſe neceſſarium multiplicari organa, ad multitudinem actionum. Quia natura, quoad fieri poteſt, paucioribus inſtrumentis eſt contenta, dum modo actiones commodè per ea fieri poſſint. Nam in corde tres ſunt facultates, iraſcibilis, pulſatilis, & ſpiritus generatiua quarum operationes fiunt à corde toto, non autem à partibus cordis ſeparatis. Et idem in membris naturalibus obſeruatur. Nam habent quatuor facultates naturales, attractricem, retentricem, alteratricem, & expultricem. At harum omnium actiones fiunt ab vno membro, in quo ſunt facultates illæ, non autem a pluribus membri partibus. Sed, & aloe, *ex lib. Quod mores, &c. cap. 2.* eſt vna, & nihilominus plures habet facultates, nempe bilem purgandi, ventriculum roborandi, & agglutinandi. Neque verò inconueniens eſt, ab vno ſecundum diuerſos reſpectus; & ſecundum varias diſpoſitiones, diuerſas pendere actiones.

Non incōueniēs ab vno fieri plures actiones, et id quomodo.

Nam, cum in vnoquoquè organo, vt dictum fuit, ſit pars, cui debetur actio, ſit huius partis temperies, ſint tandem quę conſequuntur temperiem, quid impedit, quin, pro horum varietate, variæ ab vno prodeant actiones: ſuppoſito, quod illud vnum ſit diſpoſitum ab illis pati. Id quòd maximè liquet in facultatibus naturalibus. Nam e.g. ventriculus diuerſiſſima munia obit, attrahit, retinet alterat, expellit, mediante ſua temperie, prout multiplicem varietatem ſuſcipit. Nam merito caloris alterat, & per fibras longas attrahit, merito ſiccitatis retinet, per fibras tranſuerſales: merito caloris expellit, per fibras obliquas. Nequè hoc tantùm in actionibus ventriculi ſecundum naturam ſpectatur, ſed idem etiam accidit in his actionibus læſis. Nam, & tùm ab intemperie contraria temperiei illi, prout varia eſt, ita variè illæ læduntur. Nam humida intemperies lædit retentionem alteratricem frigida, & ſic, abſquè eo quòd ſit diſtinctio locorum, & ſubiectorum, accidit, vt vna illarum actionum lædatur, altera non. Cum igitur ità res habeat in facultatibus naturalibus, cur non idem accidere poſſit facultatibus principibus, vt abſquè eo quòd ſint diſtinctæ ſede, varias producant operationes, iuxta diuerſam illarum ſecundum naturam diſpoſitionem, penes variam temperiem, & varias qualitates ſecundas

cundas, temperiem conſequentes, quæ ſuperiùs ſunt explicatæ in fundamento ſecundò, & rurſus, ſi cerebrum afficiatur præternaturam intemperie, & penes ſecundas qualitates prout intemperies erit varia, & contraria temperiei huic, atquè illi, qua cerebrum operatur, ità etiã modo vna, modò altera vitietur operatio Atquè hoc clariſſimè colligitur, ex 3. *de loc. aff.* 5. vbi loquens Galenus de ſymptomatibus facultatis principis, ſtatuit pro varijs intemperaturis, & varijs alijs cauſis, modo vnam, modo alteram lædi actionem. Exempli gratia, dicit ipſe, quamuis ratio, & memoria lædantur à frigiditate, quæ omnes actiones principes torpidas reddit; nihilominus frigiditas remiſſa memoriam lædit, quòd ſi illa intendatur, rationem quoq; vitiat; quibus verbis manifeſtè vult, requiri determinatam quandam cauſam, & diſpoſitionem facultatis ad patiendum in organo ab illa cauſa. Ex his verò, quæ pro ſolutione huius rationis dicta ſunt, patet etiam, quid reſpondendum ſit *ad rationem ſecundam*. Nam tametſi operationes principes fiant in tota cerebri ſubſtantia, tamen, quemadmodum in ſtatu ſecundum naturam, eò quòd plura concurrunt, quæ vnam vel alteram operationem iuuant, variæ operationes ab vna cerebri ſubſtantia fiunt: ſic in ſtatu præternaturam, pro varietate illorum plurium, quæ vnam vel alteram vitiant, intemperaturaram ſcilicet, & intemperaturas conſequentium, poteſt lædi vna, non læſa altera. Et ſi quis objiciat, quòd læſa facultate imaginatrice, neceſſariò læditur diſcurſus, quia facultas illi diſcurſui inſeruit, & quia ſit nexus quidam harum facultatum. Reſpondeo nexum hunc ſeruari ſolùm in ſtatu ſecundum naturam, non autem præternaturam, in quo ſeiunctim lędi poſſunt actiones illarum. Vel Reſpondeo, ratione huius nexus lędi diſcurſum per accidens, per ſe verò lædi illum aliquando, & ſeparatim, abſq; imaginationis læſione, ob vitium aliquod cerebri, & ſpirituum animalium. Atquè hæc reſponſio ſatisfacit argumento, nec puto dari poſſe meliorem ab ijs qui concedunt poſſe vnã ledi alia nó læſa. Audiui tamen qui reſponderent, negando lædi poſſe vnam illæſa alia. Putant.n. ſemper eas ſimul lædi maximè imaginationem, & diſcurſum, ſaltem ſecundum idem obiectum. Vnde reſpondent ad exempla Theophili, & alterius phrenetici vaſa proijcientis: Theophilum quidem ſapienter ratiocinatum eſſe de obiectis alijs, non a. de tibicinibus, phreneticum autem illum alterum, imaginationis, integritatem habuiſſe, circà vaſorum nomina, non .a. circà proiectionem. Ad Galenum autem, qui videtur dicere læſam fuiſſe in Theophilo imaginationem citrà læſionem diſcurſus, & contrà eſſe factum in phrenetico altero: reſpondent, illum hoc tantum velle, non læſam fuiſſe vtranq; per ſe, principaliter, & eodem modo. Et ſi rurſus quis obijciat Theophilum etiam circà tibicines bene diſcurriſſe, cum rectè ſequatur, ſunt hic tibicines me moleſtantes. Ergò eijciendi: reſpondent rurſus, rectè quidem intuliſſe, ſed malè compoſuiſſe, id eſt, propoſitionem falſam feciſſe, hanc ſc. hic ſunt tibiciaes. Pertinet autem ex Ariſt. ad intellectum, non minus componere & diuidere, quàm diſcurrere. *Ad tertiam rationem*, Reſpondeo, illam falsò ſupponere actiones principes perfici in ventriculis cerebri, eum tamen in ſubſtãtia cerebri peráficiantur, vt ex Gal. ſuprà demonſtrauimus *Ad quartam*, Reſpondeiur,

Ad rationem ſecundã reſponſio prima.

Obiectionis ſolutio

Reſponſio ſecunda.

Reſpon. ad tertiã rationem.

Ad quartam.

tur, ordinem illum operandi nihil noſtræ ſententiæ officere. Non enim minùs, in eadem parte ſi inſint facultates principes vna alia prius in actū exire poterit, quam ſi ſint in diuerſis.

Ad quintam, & ſextam.

Quinta, & ſexta ratio illud tantùm probant, actiones has, licet in omnibus ſubſtantiæ cerebri partibus omnes obeantur, magis tamen alia aliam vigere in hac vel illa parte, prout in hac, vel illa, aut temperies illi eſt accommodatior, aut ſpiritus ſunt perfectiores. Hoc verò nos non negamus, ſed id tantum dicimus, obiri in omnibus.

Reſpondetur ad auctoritates Galeni.

Ad auctoritates Aetij & Auicennæ, non reſpondeo, quòd in verba ipſorum non iuraui. Quoad Galen. Dico, dum apponit remedia syncipiti, id facere, nō quia facultates ſint diſtinctæ ſedibus, ſed quia vis medicamentorum per partem eam celerius permeat.

Ad primam.

Ad id de Caro, quòd fiat læſis ventriculis anterioribus, & quòd ſit reſolutio imaginationis. Reſpondeo, id dici à Galeno ideò, quoniam in anteriore parte cerebri ſunt nerui ſenſitiui, qui ad propria organa ſenſuum perueniunt, vnde læſa anteriori parte ſenſus læditur, & proinde imaginatio, ſed per conſenſum, quia ſpecies à ſenſibus non recipiuntur, atq; ſic imaginatio ociatur. Quòd verò de Catalepſi dicitur, in ea affici partem poſteriorem cerebri. Ad id Reſpondeo, id dici gratia motus, qui ex toto aufertur, non autem gratia actionis principis. Nec obſtat, quòd ibidem etiam dicat Galenus, affecto anteriore ventriculo affici, & ſupremū & exinde vitiari rationē, quoniā Gal. non reſpicit ad affectionē ventriculorum, ſed ad affectionē cerebri inductā ex læſione ventriculi ſupremi. Quo in caſu dicit Galenus, læſo corpore cerebri lædi etiā diſcurſum, vt ex hoc loco potiùs colligatur, principes actiones fieri in ſubſtantia cerebri, quam alia in parte. Ad auctoritatem *ex 1. Prorhet* Reſpondeo verū eſſe variari Symptomata in cerebro, prout ipſius partes diuerſo modo læduntur. Nam aliæ penes temperiem, aliȩ penes ſecundas qualitates læduntur, & proinde varia fiunt ſymptomata. Non tamen hoc accidit, quia actiones hæ fiant in diuerſis locis.

Ad ſecundam.

Verum, eſto etiam quòd partes diuerſæ lædantur, intelligendum id tamen, quatenus eſt vna, cui primùm debetur actio, altera, quæ vſum præſtat. Vnde ad harum læſionem, actio modò primariò læditur, vbi primum inſtrumentum afficitur: modò ſecundariò, vbi pars vſum prȩbens vitiatur: non tamen id fit, quia in diuerſis locis fiant actiones.

Ad tertiam.

Ad auctoritatem *ex lib. de oculis* Reſpondeo, librum illum non eſſe Galeni legitimum & proinde nihil valere locum adductum.

Ad quartam.

Ad illud quòd, *ex 3. de placit.* 8. affertur, de fabula Mineruæ ortæ ex Iouis vertice. Reſpondeo, nihil illud contrà nos facere. Galenus enim ibidem expreſſè eā applicat, non ad ſapientiā, vt Chryſippus, & alij Stoici: ſed ad ſpiritus animalis generationē, & id vult, prȩſtantiorē eſſe ſpiritum in illo ventriculo, quam in anterioribus. Sed de preſenti quæſtione hæc ſatis ſunto.

Atquè hæc ſunt, quæ de generoſioribus tùm remedijs, tùm remediorum formulis, in Tyronum artis gratiam, ſeorſim mihi perſequēda exiſtimaui. Qua in re, ſi quid in eorum ſtudia contuliſſe videbor opis, erit quòd me inſumptȩ operæ non pæniteat; ſin, at animo ſaltem benè de ijs merendi cupido, ſatisfecero: quem aliàs quoquè maioribus, & grauioribus edēdis vberius Deo Opt. Max. annuente, declarare non deſiſtam.

FINIS.

IVLII CÆSARIS CLAVDINI MEDICI, ET PHILOSOPHI BONONIENSIS,

TRACTATVS DE CRISIBVS, *Et diebus Criticis*.

In quò cùm de cæteris omnibus, quæ ad horum pertinent cognitionem, tùm de cauſis præcipuè, accuratè iuxtà, & ordine diſſeritur.

Cum Indice Rerum, & Verborum memorabili.

PRAEFATIO.

Tractationis huius difficultas, vtilitas, ſumma capita.

DE Criſibus, & diebus Criticis acturi, nihil opus eſſe arbitramur, multa de huius doctrinæ, ſiue difficultate, ſiue vtilitate, & neceſſitate, præfari. Nam difficultas quidem eius, ex ipſa tractationis ſerie elucеſcet plus ſatis. Quod verò ad vtilitatem, & neceſſitatem attinet, in confeſſo eſt apud omnes, & ex ſe adeò manifeſtum, nec Prænotionem, nec Curationem, ſine Criſeon, & dierum Criticorum dignotione, recte, & ordine poſſe inſtitui.

Vtilitas huius tractationis.

V Non

Ad præ-notionē. Non prænotionem. Quia nullo alio modo, aut ratione, niſi cognita Criſi, & eius tempore, ægrum, aſſidentes, qui grauiſſima ſymptomata, & perturbationes, quæ ex 2. aph. 13. præcedere Criſin ſolent, intuiti actum eſſe de vita, & conclamatum exiſtimant, in ſpem ſalutis erigere Medicus poterit.

Ad curationem. Non curationem. Quia nec victus rationem accommodatam præſcribet vnquam, nec remedia opportunè exhibebit, qui Criſin ignorauerit, & eius tempus. Alius ſi quidem victus, inſtante Criſi, alius, ea longiùs remota, conuenit, ex 1. aph. 7. 8. 9. & 10. Rurſus, diebus Criticis nihil nouandum, nihil mouendum præcipitur, 1. aph. 20. & 4. de morbis. Diebus imparibus, qui Critici ferè omnes ſunt, vſus purgantium noxius eſt, & non rarò lethalis. Omiſſo igitur, hac de re, longiori ſermone, ad rei ipſius tractationem, rectè aggredior; quæ tota in his duobus, veluti ſummis capitibus, occupabitur, Criſeos primùm, deinde Criticorum dierum declaratione. In quorùm vtroque, quantum fieri poterit, & quantum vires meæ ferent, ita verſari conabor, vt & dilucida ſimul, perfectaq;, & ordine ſibi cohærens, ac mutuò connexa, euadat tota hæc qualis qualis tandem futura ſit, noſtra diſſertatio.

Summa capita huius tractationis.

TRA-

TRACTATVS HVIVS
PARS PRIMA:
DE CRISIS.

De Criſibus quæ explicanda.

A CRISI itaque exorſus, tria propono de ea enodanda. I. Quid ſit ea, ſeu quæ eius ſit natura. Quotuplex ſit, ſive quas habeat differentias. III. Quibus ſignis, ſive notis deprehendatur.

SECTIO I.

DE NATVRA CRISEOS.

CAPVT. I.

Quàm variè ſint huius nominis (CRISIS) ſignificationes, & quæ huius inſtituti ſit propria.

QVOD igitur ſpectat ad primum, quid ſcilicet ſit Criſis, ſeu quæ Criſis ſit natura, & eſſentia, cùm hoc explicari non poſſit, niſi prius de ipſo CRISEOS nomine conſtet; ideò de eo prius agēdum eſt, & omnes eius ſignificationes adferendæ, tollendæque ambiguitates, quæ in eo latent.

Criſis octo acceptiones.

Octo igitur ſunt, apud Galenum,
& Hippocratem, acceptiones huius
1. nominis. Capitur enim I. (quę & ac-
ceptio ſola vera eſt, ac propria, & à
nobis interim recipienda) pro qua-
cunq; ſubita, repētina, & veloci mu-
tatione in morbis: cujus quidem ac-
ceptionis meminit. *Gal. 2. aph.* 13. *&*
23. 3. *de Criſibus. c.* 7. 1. *de dieb. decret. c.*
1. 1. *Epid.* 3. 3. *Progn. com.* 1. II. Acci-
2. pitur pro interitu, & exitio, *in Coacis*
prænotionibus, vt cùm *ſect.* 2. dicitur,
Linguam, quę multum nigreſcit, de-
cimoquarto Criſin futuram oſtēde-
re: item, cum *ſect.* 4 crebri cum vomi
tu relapſus, nigrum ciere vomitum,
& circa criſin eſſe tremuli, tradūtur.
Vtrobique enim CRISEOS vox
nō niſi exitium denotare poteſt III. 3.
Pro mutatione ad ſalutem, vel me-
lius, *ex Gal.* 4. *acut. pluribus in locis, &*
2. *aph.* 13. IV. Pro euacuatione, ex
Hipp. de locis in homine, cùm ait, Non 4.
eſſe ſanis propinandum medicamē-
tum, quia non iudicatur (κρίνεται
Græcè,) niſi modicè. V. pro pertur- 5.
batione, quę criſin pręcedit, 3. *de die-*
bus decret. c. 2. Antequā enim finia-
tur morbus, fit in corpore inſignis
perturbatio, & ſymptomata varia,
ac moleſta ſuboriuntur, facta magna
humorum agitatione. VI. Pro morbi 6.
temporibus, & exacerbatione, ſeu
acceſſione, 1. *aph.* 19. quo loci dicitur
non ſine maxima ratione, Criſin pro
acceſſione vſurpari, cum in vigore
tantùm, & exacerbatione Criſis fiat.
VII. Pro violentis motibus, & cona- 7.
tibus naturæ, *ex Hipp. lib. de ſeptime-*
ſtri, & oſtimeſtri partu, vbi, & abor-
tus, & partus paſſim nominātur Cri-
ſes. IIX. Pro quavis morbi ſolutio- 8.
ne, quocūq; modo facta, vt 1. *Progn.*
8. *Celſo interprete*, qui, quod Hipp. di-
xit iudicari, vertit finiri, & *lib. de præ-*
cept. text. 12. vbi definitur Criſis, mor
bi ſolutio.

His verò ſic declaratis, circa, nomen CRISIS in prima ſignificatione, notandum eſt, Criſin vocem eſſe Græcam, cujus etymon varijs mo-

Deriuatio huius vocis Criſis, & variæ eius interpretationes.

dis à Scriptoribus declaratur. Primùm enim, aliqui volunt deduci vocem hanc, à verbo κρίνω, vt ſignificat iudico, ſeu ſententiam fero; ſumpta ſimilitudine à foro iudiciali. Vt enim in hoc, inter accuſantem, & accuſatum, atrociſſima eſt pugna, & 1. vnus tandem vincit, alius vincitur: ſic in Criſi, morbus, & natura pugnãt accerrimè, ita vt æger nil aliud, quã illi, expectet, qui in foro iudiciali cõueniunt, de vita ſcilicet, aut morte ſententiam. Atque hæc declaratio, iniuſtè admodum, à quibuſdam reprobatur, eo ſolùm nomine, quòd non per omnia ſimilitudo propoſita quadret. Nam præterquàm, quòd *ab Ariſtot. 5. Phyſ. c. 6. & à Gal. 3. Progn. com. 1.* recipitur, ſatis eſt, vt ſimilitudo penes aliqua ſaltem habeat locũ, quippe, quæ pro declaratione rei tãtùm adfertur, non autem eò, quaſi 2. res omninò ita ſeſe habeat. II. Aliqui volunt deriuari hoc nomen, ab eodem verbo κρίνω, ſed vt ſignificat ſecerno, ita vt potiùs denotet humorum ſecretionem Criſis, quàm iudicium, & hoc colligunt ex *Gal. 2. aph.* 13. III. Putant aliqui dici ab excre- 3. tione. Nam & hanc Criſis aliquando ſignificat. Sic *Hipp. lib. de arte, ſect.* 4. excretionem oſſis corrupti, & in *Problematibus Ariſtoteles*, excrementorum depulſionem, Criſin dixere. 4. IV. Aliqui dixerunt, ita dici Criſin quaſi certamen, cùm κρίνω, à quo deducitur Criſis, etiam idem ſignificet quod certo. Nec verò iniuria Criſis certamen dicitur, quoniam non fit Criſis, niſi maxima fiat naturæ, & morbi pugna. Nobis, ex his omnibus interpretationibus, verior videtur prima, idq; cũ ipſo *Gal. 3. Progn. Com. 1. & 3. de Criſib. c. 2.* vbi expreſsè habet, Neminem Medicorum primum hoc nomen inueniſſe, ſed vulgarem aliquem, qui præſens Medico, cùm turbaretur, exclamarit, iudicium agi de vita ægrotantis. Sed de nomine Criſeos tantũ. Quid rei iam Criſeos, ſeu, quod idem eſt, definitionem eius adferamus.

Ex his interpretationib. quę verior.

CAP. II.

Criſis definitur, definitio explicatur, & in ea Criſeos omnes cauſæ.

Criſis definitio perfecta.

DEfinitionem igitur Criſis hanc conſtituo: *Criſis eſt ſubita, & repentina mutatio in morbis, qua æger perducitur ad ſtatum contrarium, pendens à natura, vel morbum, & materiã morbificam vincente; vel ab eadem victa.* Eſſe verò perfectam hanc definitionem, inde patet, quòd omnia, quæ ad Criſis eſſentiam pertinent, hoc eſt omnes eius cauſæ includuntur in ea, & continentur. Continetur ſiquidem cauſa formalis, dum dicitur, *mutatio repẽtina in morbis, ad contrarium ſtatum.* Continetur materialis, *dum mentio fit ægri*, quippe ſubiectum, quod mutatur in Criſi, eſt corpus humanum ægrum. Continetur efficiens, cùm dicitur, *pendens à natura vincente, vel victa.* Quoad finem quoniam in ſola Criſi, quæ fit vincente natura, ideſt, in Criſi bona, natura potitur proprio fine; ideò in hac etiam ſola Criſi conſiderari debet, eſtque ſanitas, vel ſaltèm tolerabilior ſtatus. In mala enim Criſi, nullus finis quærendus eſt, quoniam finis habet rationem boni. Hic igitur finis in Criſi bona, ſi non explicitè, ſaltèm implicitè continetur, his verbis, *natura vincente.* Sed percurramus, vt magis eluceſcãt, ſingulas has definitionis particulas ſeorſim.

Cauſæ omnes Criſeos principales.

Finalis cauſę, quę in Criſi locũ habeat.

Explicatio ſingularũ definitionis particularum.

Dicitur igitur *Criſis mutatio.* Quia formaliter Criſis non eſt niſi alteratio quædam, vt habetur apud *Ariſt. 5. Phiſ. c. 6.* Qua in re erat *Andreas Laurentius*, dũ tradit, Criſin eſſe motum aut ſaltèm non fieri ſine motu;

quaſi

Criſis formaliter eſt motus contra Laurētium.

quaſi nolit Criſin eſſe motum, cùm tamen formaliter, vt dictum eſt, ſit motus. Eò veró magis errat, quia ſibi parùm conſtans, quod priùs ſtatuit, Criſin non eſſe motum, ipſe poſteà, declarãs definitionem Criſeos, euertit, per ea, quæ ad motus conſtitutionem attinent, eam patefaciēs.

Dicitur, *mutatio ſubita*. ad differētiam mutationum, quæ fiunt in morbis ſenſim. Eſſe autem ſubitam mutationem Criticam, colligitur *ex* 1. *de Criſib. c. vlt. & loc. plurib. ſup. citatis*. Sed & ratione idem demonſtrari poteſt. Nec enim fit Criſis, niſi cum inſigni turbatione, ac pugna morbi, & naturæ vehementi, quam tandem ſequitur victoria, vel morbi, vel naturæ, vt patet ex dictis. Sed talia, niſi ſubitò, non fiunt. Ergo.

Terminus ad quem Criſis qui, & quotuplex.

Dicitur, *mutatio ad ſtatum contrarium*, vt explicetur terminus ad quē huius mutationis. Cæterùm, quoniã Criſis, quà alteratio, eſt à contrario in contrarium, quod in Criſi non eſt vnum, ſed multiplex, ideò definitur mutatio ad ſtatum contrariū. Qualis verò, & quotuplex hic ſtatus ſit, facile eſt intelligere. Nam in Criſi, vel vincit natura, vel morbus cum ſua cauſa. Si primum, fit tranſitus à ſtatu morboſo ad ſanitatem, aut ſaltē ad ſtatū meliorē, & minùs morboſū. Si ſecundum, à morboſo, ad mortem, aut ſaltèm ad peiorem ſtatum, & magis morbidum, Nec obſtant his,

Obiectionis duplicis ſolutio.

quæ objiciuntur à nonnullis. I. Vbi à morbo ad mortem fit tranſitus, nō ſeruari oppoſitionem, cùm mors, & morbus non opponantur. II. Omitti alium ſtatum, nempe eum, in quo fit tranſitus à morbo ad morbum, verbi gratia, ab apoplexia ad paralyſin, à melancholia ad ſcabiem. Reſpondetur enim; Ad primum: Mortem quidem, & morbum formaliter non eſſe oppoſita; eſſe tamen oppoſita materialiter, quia ſcilicet morbus eſt in corpore vita fruente. Ad ſecundum: Status ille propoſitus ſubintelligitur, cū proponitur ſtatus melior.

Terminus à quo Criſis.

Additur, *hanc mutationem fieri in morbis*. I. Ad explicandum terminū à quo huius mutationis, qui in omni Criſi eſt vnus, morbus ſcilicet, quemadmodum terminus ad quem multiplex. Quo in loco mirandus eſt

Error Laurentij.

Laurentius, qui morbi augmentum, ſtatuit terminum à quo Criſis; quaſi non nouerit, tempus, in quò fit motus, magnoperè differre, à termino à quo. Nam dicere, à morbi augmēto exordiri Criſin, eſt proponere tēpus ipſius Criſis, nequaquam terminum à quo: quanquam ne hoc quidem ſimpliciter verum eſt, tempus Criſis eſſe augmentum, cū bona Criſis non fiat, niſi in ſtatu, 3. *de Criſib. c.* 5. quemadmodum mox dicetur. II. Ad differentiam mutationum, quæ fiunt tēpore ſanitatis, aut ſaltèm intra huius latitudinem. Sed hic duo explicãda ſunt. I. Ad quos morbos attineat Criſis. II. Quo illis tempore accidat.

Ad quos morbos attineat Criſis.

Quoad 1. *ſtatuo, Criſin in ſolis morbis materialibus ſpectari*. Hoc verò ratione ſic probatur: Criſis nō fit ſine euacuatione, & expulſione cauſæ, per aliquam excretionem, aut depoſitionem materiæ, ex vno loco in alium, quæ abſceſſus dicitur. Ergo Criſis pertinet ad morbos cum materia. Conſequens manifeſtum eſt. Antecedens colligitur *ex* 1. *de Criſib. cap.* 7. 1. *de dieb. decret. c.* 2 4. *aph.* 22. Sed & Hipp ac Gal. mille in locis docuere, in his tãtum morbis Criſin obſeruari.

Quo tempore morbis ijs Criſis accidat.

Quoad ſecundum, quo tempore huce morbis accidat Criſis, id non eſt difficile cognitu ei, qui nouit variam morborum naturam, merito cuius, alij citiùs, alij tardiùs, iudicantur. Nam cūm morbi, vel ſint longi, vel acuti, illis tardiùs aduenit Criſis, ea tamen ratione, vt à vigeſimo die ad quadrageſimū, per ſeptenarios, à

quadrageſimo ad centeſimum viceſimum, per vicenario iudicetur; poſt verò centeſimum viceſimum pereat dierum vis, & morbi ſoluantur mẽſibus, vel annis quemadmodum à Gal. traditũ eſt, 3. *aph.* 28. Acutis verò morbis citiùs aduenit Criſis, cum latitudine tamen. Nam peracuti exquiſitè primo quaternario finiũtur. *ex* 3. *Progn.* 1. vbi febres malignæ, horribilibus comitatæ ſymptomatibus, quarto die interimunt; *&* 5. *aph.* 6. vbi, qui diſtentione corripiuntur, intra quatuor dies moriuntur: peracuti non exquiſitè, primo ſeptenario iudicantur: acuti exquiſitè, quatuordecim diebus, *ex* 2. *aph.* 23. acuti non exquiſitè die viceſimo. Porrò quandocunque Criſis accidat, illud certũ eſt, aduenire cum victoria, vel naturæ, vel morbi. Si primum, aduenit poſt coctionem materiæ, & idcirco in ſtatus morbi fine, 4. *aph.* 22. 1. *aph.* 19. 3. *de Criſib. cap.* 5. *&* 10. Nam in principio nõ fit Criſis, 3. *de Criſib.* 10. nec in declinatione, *ibid. cap.* 5. In augmento fit quidem, ſed imperfecta, & non ſecura, *ibid. c.* 10 Si ſecundum, Criſis fit mala, & præuenit coctionem materiæ, & ideò tẽpus ſtatus non expectat, vt docet *Gal. locis citat.* & ſubitò ægri pereunt, aut ad peiorem ſtatum perducuntur.

Subiectũ Criſis, & cauſa efficiens.

Additur *in definitione nomen ægri*, ad declarandum, quemadmodum dictum eſt, Criſeos, ſeu motus illius, qui Criſis dicitur, ſubiectum.

Dicitur poſtremò, *pendere Criſis, à natura vincente, vel victa*, ad declarãdam Criſis cauſam efficientem. Si enim Criſis fuerit bona, natura in pugna vincit morbum, & cauſam morbificam, ac potitur proprio fine, qui eſt ſanare. Quò reſpiciens *Hipp.* 6. *Epid. com.* 3. *tex.* 1 dicebat naturam eſſe morborum medicatricem. Vbi verò Criſis fuerit mala, natura fruſtratur ſecundùm proprium finem, ac vincitur à morbo, & ſua cauſa: atque tunc ſeuities morbi, & cauſæ, erit efficiens ipſius Criſis, coagente quidem natura, non ſpontè tamen, ſed irritata. *Quo tamen loco illud notandum*, hiſce cauſis, quemadmodũ ego puto, etiam coadiuuantes adijciẽdas eſſe, quæ, ni fallor, 3. *de Criſib.* 4. à Galeno proponuntur, & ſunt duæ, magnitudo morbi, ac velocitas motus. Quò enim maior, ac velocioris motus morbus erit, eo etiam faciliùs Criſis promouebitur, vt cauſæ hæ duæ videantur naturã, ac morbum ad Criſin impellere. Magnitudo quidem, quoniam, cùm hæc pendeat à ſymptomatibus magnis, natura non poteſt diù hæc ferre. Velocitas verò, quoniam cocta materia ſtatim natura, niſi aliquid impediat, illam expellit: non cocta autem, ſed malam naturã nacta, ſtatim morbus inſurgit, ac ægrum ad perniciem perducit.

Cauſæ Criſin adiuuãtes duæ.

Cur natura aliquãdo nõ vincat morbũ?

Quòd ſi quærat aliquis, Quænam cauſa ſit, ob quam natura non vincat? ei ſciendum, victoriam naturę, hac in re, eſſe opus facultatis concoquentis, & expellentis. Si igitur tale opus non fiat, hoc contingit ob fruſtrationem facultatis. Fruſtratur autem facultas, quia lęditur, aut in propria eſſentia, aut ob morbum inſtrumentarium, aut ob errorem externum, aut ob aliqua horum, aut ob omnia ſimul. Quacunque verò de cauſa fruſtrabitur facultas, erit mala Criſis, aut ſaltem imperfecta. Nam ſi ob omnia hæc fruſtretur, fit mutatio ad mortẽ, ſi ob aliqua, ad peius; ſi ob vnum tantùm, Criſis bona quidem fit, ſed imperfecta. Fruſtratur verò facultas in propria eſſentia, ſi pars euariet à proprio temperamẽto, ac intemperiem acquirat morboſam, potiſſimum verò frigidam. Nã ſi ob calidam, ea ſummè talis ſit oportet, Fruſtratur ob morbum inſtrumenta-

ſtrumentarium, vbi viæ, per quas debet fieri expulſio, vel etiā attractio, in gratiam facultatis concoquentis, non ſunt expeditæ. Fruſtratur tandem ob errorem externum, vbi materia cruda, & ſua natura contumax, & rebellis, ad expulſionem, & concoctionem ei offertur.

CAP. III.

Diſcutitur quæſtio, quæ ex dictis ſuboriri poterat, & qui naturæ motus, ac quando iuuandi ſint, docetur.

An Criſis externo auxilio egeat & an Naturæ motus ſint adiuuandi.

SEd circa hæc, quæ de cauſa efficiēte Criſin dicta ſunt, iure quęrat aliquis; *An Criſis bona fiat tanquam à cauſa efficiente, à natura ſola, abſque aliquo externo auxilio; an verò auxilio, & adiumento opus habeat?* Imò, huius occaſione, illud ſimpliciter quæri poteſt; *An naturæ motus iuuandi ſint?*

Triplices naturę motus.

Qua in re notādum, motus illos, triplices conſtitui à recentioribus. Alij ſiquidem Critici ſimpliciter dicuntur, quos perfecta præceſſit coctio: alij ſymptomatici, qui ſine vllis fiunt coctionis ſignis: alij denique medij inter Criticos, & ſymptomaticos, quos prægreſſa quidem eſt aliqua concoctio, ſed non abſoluta. Ex hoc verò triplici motuum genere, circa primos, & poſtremos, res difficultate carere videtur. Certum enim eſt, quoad primi generis motus, ſi natura ipſa moueat, nihil eſſe tētandum; ſed illi totum negocium permittendum: ſi verò deficiat, vel quia non mouet omninò die decretorio, vel quia imperfectè mouet, eam eſſe adiuuandam, vt id efficiatur, quod natura tunc facere debuerat. Prius enim clarè habet. *Auicenna in tract. de cura febrium putrid. generali*; & ſatis perſpicuè colligitur ex *Gal* 4. *de rat. vict.* 76. Poſterius verò manifeſtè affirmat *Gal.* 1. *aph.* 20. vbi ſupplere iubet id, in quo natura deficit, & 9. *Meth.* 5. vbi docet, Si quis aſſueuerit pati fluxum hęmorrhoidum & menſium, & is fiat diminutè, eum eſſe adiuuandum: & *Auicenna*, inſtante Criſi, ſi ſudores diminutè apparuerint, vtitur ſudorificis. Certa etiam res eſſe videtur, circa motus poſtremi generis. Cùm enim aliqua coctio in his motibus ſupponatur, vt dictū eſt, ſupponitur quoque aliqua ſaltē, humorum bonorum, & malorum ſeparatio, qui commodè, quà natura, quà arte, ſaltē per epicraſin, euacuari poſſunt. Vnde *Gal.* & *Hipp.* 4. *acut.* 43. vrinis craſſis exiſtentibus, & nebuloſis, etiam in principijs morborū purgant; & *Auicenna*, ante omnimodæ Criſis tēpus, ſi ſudores apparuerint, iuuat eos ſudorificis.

Primi, & poſtremi generis motus poſſe iuuari, eſt certum.

Secūdi generis motus poſſūt iuuari, in duobus caſibus.

Tota igitur controuerſia eſt circa motus ſecundi generis. Illud enim in quæſtione maxima apud recētiores verſatur, An illæ excretiones imperfectæ, quę cruda materia fiunt, vt quæ contingunt in principijs morborum, quas ſymptomaticas vocant, poſſint adiuuari? In qua difficultate ego ita cēſeo, etiam illas iuuari poſſe, maximè in morbis pernicioſis, dummodò has duas conditiones habuerint I. Vt fiat humoris, morbum producentis, & corpus infeſtantis, eductio. II. Vt fiat eductio illa per locum conferentem. Rationes, quę me mouent, hæ ſunt. I. Quia tales excretiones non poſſunt dici ſimpliciter ſymptomaticæ, & vitioſę. Tota ſiquidem ratio vitioſæ excretionis, & ſymptomaticę, *apud Hipp.* 1. *aph.* 2. ex eo pendet, quòd in ea illa purgentur, quę purgari non debēt. At in his ſupponimus, quę purgari debent ea purgari. II. Illæ excretiones adiuuandæ ſunt, quæ conferunt in morbis. Atqui tales excretiones conferunt, & ſæpiſſime ęgrotantibus ſunt,

Probatur ratione. 1.

2.

V 4 ſaltem

ſaltē prima, ſalutis occaſio. Sic enim 3. *in* 1. *Epid*. Tranſmiſſio noxiorum humorum ad partes imas, morbo adhuc crudo, Herophonti ſalutem attulit. Statim enim poſt eam, vrinæ ſequutæ ſunt meliores, & die nono æger cum ſudore eſt iudicatus, & 2. *in* 1. *Epid.text*. 41. Stranguria laborioſa, plurimis cauſa fuit, vt natura onere ſubleuata, quod reſiduum erat, longitudine temporis ſuperarit: & 4. *aph*. 73. Vrina multa, craſſa, & alba quarta die apparens, ab abſceſſu futuro liberat.

3. III. Si excretiones omnes, in principio morborum factæ, tanquam improbę cohibēdæ eſſent, vel ſaltem non iuuandæ, ſequeretur, nullam ex ijs retrò cedentem eſſe malam. At conſequens falſum eſt, *ex Hipp*. 5. *aph*. 65. 6. *aph*. 25. 7. *aph*. 49. 2. *in* 1. *Epidem.text*. 38. 2. *Progn*. 1. 68. & 1. *in* 1. *Prorhet*. 1. & *alibi paſſim*.

Probatur auctoritate. His rationib. accedit auctoritas Hippocratis, & Galeni, quorum ille 3. *in* 1. *Epid*. Methoni caput lauit, vt imperfectam ſanguinis excretionem, tempore cruditatis factam, adiuuaret: hic verò *ibidem in comm*. hoc rectè factum eſſe ait, & in omni vniuerſè excretione, ad loca conferentia materiam educente, fieri debere affirmat: & 3. *Local*. 2. Parorides, quocũque tempore apparentes, repellentibus tentare prohibet, attrahentibus iuuat. Quod idem Aetius quoque, Paulus, Rhaſis, & Auicenna faciunt.

Obiectiones duæ. Nec verò, quæ objiciũtur ab Aduerſarijs, difficulter ſoluuntur. *Obijciunt* I. id, quod dicitur à Gal. 4. *aph*. 22. Exiſtente cruditate humorum, aliquid benè euacuari, eſſe impoſſibile. *Obijciunt*. II. ea loca, in quibus coctiones ſummis laudibus Gal. extollit, vt cùm 1. *Epid*. 45. & 46. & *alibi*, coctioni celeritas iudicij, ac ſecuritas; cruditati acriſię, dolores diuturnitates, recidiuæ, ac mors ipſa tribuũtur. Sed *Reſpondetur*, ad PRIMVM quidem: dupliciter.

Solutio primæ obiectionis. In primis, Galenum ibi loqui de morbis pendentibus ab humoribus, qui coctionis gratiam poſſunt recipere; & qui, vt iudicentur, ſtatum, in quo omnis ſit perfecta Criſis, ex 3. *de Criſib*. 6. *et* 10. expectare poſſunt; non autem de hiſce contrarijs, quales ſunt, qui à pernicioſa humorum qualitate, & maxima eorũm copia, naturam irritante, oriuntur, *ex* 1. *ad Glauc. c*. 5. & 4. *de tuend*. 4. & 1. *de diff. febr*. 6. Deinde, cùm Gal. ait, Excretiones omnes, tēpore cruditatis factas; eſſe malas, non velle, eas eſſe malas per modũ cauſæ; ſed per modum ſigni, quatenus ſcil. humorum, naturam irritantium, vel maximam copiam, vel perniciem demonſtrant.

Solutio ſecundæ. Ad SECVNDVM dicitur, laudes eas nihil contra nos facere. Nam illud tantúm volunt, coctiones eſſe vnum ex præcipuis ſignis bonę excretionis, & cui maximè fidendum ſit: (id quod clarè habet *Gal*. 4. *aph*. 47.) non autem, ſine ipſa non expurgari poſſe talia, qualia oportet, & qualia conferunt. Imò Hipp. tribus in locis proponens bonæ excretionis ſigna, 1. *aph*. 2. & *vlt*. & 4. *aph*. 2. nullibi concoctionis meminit, ſed tolerantiam adfert, & excretionem reſpondentem regioni, tempori, ætati, & morbo: Gal. verò *loco cit*. præter coctionem, ſex alia ſigna proponit: quę ſi omnia adſint, abſit autem ſolùm illud à coctione, an ne credibile erit, illud ſolum, omnium cæterorũ vim poſſe obſcurare? Et hæc ita, de præſenti quæſtione, dici poſſunt. Cæterùm, quoniam res hæc, de adiuuandis naturæ motibus, magni eſt in medicina momenti; ideò, quid circa eos agendum ſit Medico, clariùs ex ſubiecto ſchematiſmo elucebit.

Ad fol. 303.

***

CRISIS vel

- *Non fit,* cùm fieri debeat, hoc eſt, die decretorio, & eſt procurandum à Medico, tanquam naturæ miniſtro, vt fiat, dando pharmacum, quod totam poſſit expurgare materiam, *ex Auicen. in tract. de cura febr. generali, & ex Gal.* 4. *de rat. vict.* 76.
- *Fit*
  - *Perfectè*, ac ſufficienter: & tùm totum negotium permittendum eſt naturæ, 1. *aph.* 20.
  - *Imperfectè*, ſeu diminutè. Et ſic deficit, vel ratione.
    - *Temporis*, idque duobus modis. Quia fit
      - *Paullatim*, non ſubitò. Et eſt adiuuanda. *ex* 1. *aph.* 20. *&* 9. *Meth.* 5. ſed leuibus tantùm irritamentis, non pharmacis vehementibus, dummodò non ſit ex toto ſymptomatica, 1. *ad Glauc.* 14.
      - *Non in die decretorio*, ſed vel
        - *Ante illum*, & adiuuanda eſt, ſi id fiat,
          - *Ob materiam multitudinem*, irritantibus eam.
          - *Ob malignam qualitatem*, corrigentibus eam.
        - *Poſt illum*, & adiuuanda eſt irritantibus.
    - *Mobilis*, *ideſt*, materiæ, quatenus ea euacuatur
      - *Non vniuerſa*. Et adiuuanda eſt, *ex* 9. *Meth.* 5.
      - *Cruda*.
        - *Ex toto*
          - *Peccans*, ſeu morbum faciens. Et adiuuanda eſt, dummodò habeat has conditiones, vt fiat.
            - *Cum ægri tolerantia.*
            - *Per loca conferentia.*
          - *Non peccans*. Et eſt inhibenda.
        - *Ex parte*. Et ſi fiat.
          - *Paullatim*, permittenda eſt, & adiuuanda.
          - *Repentè*, prohibenda eſt, ne debilitetur natura, euacuans materiã bonam cum mala.
    - *Terminorum* à quo, & ad quem, vt fiat ab externis ad interna, ad loca nobiliora ab ignobilioribus, & prohibenda eſt, tanquam mala. 5. *aph.* 65. 7. *aph.* 49. 6. *aph.* 25.
    - *Spacij*, per quod ſit, quatenus, ſcilicet fit excretio, *ex* 1. *aph.* 21.
      - *Vniuerſalis per loca*
        - *Nobilia.*
        - *Non aperta.*
        - *Læſa.*
      - *Particularis*, præter dicta etiam per loca non.
        - *Proxima*, ſed remota, vt ſi expurgetur hepar per axillas.
        - *E directo poſita*, vt ſi idem vacuetur per narem ſiniſtram, 3. *de Criſ.* 3.
        - *Conſentientia*, vt ſi conuacua pars hepatis euacuetur per vrinam.
        - Et ſemper eſt prohibenda.
    - *Mouentis*, quatenus ſc. fit, *ex* 2. *de ſympt. cauſ.*
      - *A cauſa* morbifica ſola. Et eſt impedienda.
      - *A natura* irritata à cauſa morbifica.
      - *A natura*, & cauſa morbifica ſimul.
      - Et poteſt adiuuari, ſtantibus conditionibus ſupra dictis.

dictis.

hepatis euacuatu

V 5

ſaltē prim
3. *in* 1. *Ep.*
humorum
huc crudo
tulit. Sta
ſequutæ ſi
æger cum
in 1. *Epid.*
ſa, plurimi
re ſubleua
longitudi
4. *aph.* 73.
quarta die
3. turo liber
nes, in pr
tanquam i
vel ſaltem
nullam ex
malam.
ex Hipp. 5.
2. *in* 1. *Epi*
& 1. *in* 1.
Probatur auctoritate. His ration
pocratis, &
in 1. *Epid.*
perfectam
tempore c
ret: hic ve
ctè factum
uerſè excr
tia materi
affirmat:
quocũque
pellentibu
hentibus i
quoque,
na faciunt
Obiectiones duæ. Nec ve
uerſarijs,
ciunt l. id
22. Exiſte
aliquid be
bile. *Obijci*
coctiones
tollit, vt c
bi, coction
ritas; crud
nitates; re

*Huc referatur tabula hoc ſigno ** notata.*

Atque hæc, de eſſentia, & natura Criſeos, dicta ſint; de differentijs eius iam agendum eſt.

SECTIO II.

DE DIFFERENTIIS CRISEOS.

CAP. VNICVM.

Fontes differentiarum Criſis aperiuntur, eæ enumerantur: & per occaſionem, de perfectæ Criſis dotibus, habetur ſermo.

Differentiarũ Criſis omniũ duo fontes

SI igitur de differẽtijs Criſis ſermo ſit, eæ ſumuntur omnes à duobus fontibus, vel à forma ſcilicet ipſius Criſeos, ideſt, à ſubita, in morbis, ad contrarium ſtatũ mutatione; vel à cauſa efficiente Criſin, ſeu quod idem eſt, ab agente. Atque has omnes differẽtias tradidit ſparſim Gal. 3. *Progn.* 1. 1. *Epid.* 3. 3. *de Criſib.* 7. & 1. *de diebus decretorijs* 2. Nos eas iunctim, ordine propoſito, perſequemur.

Criſis indicata, & nõ indicata.

Si igitur in forma Criſis conſideretur, ea vel reſpectu Medici conſideratur; vel reſpectu ſui; vel reſpectu annexorum. *Ratione Medici* ſi Criſis conſideretur, ſic alia eſt indicata, quæ ſcilicet habuit ſuum diem indicem, vti quartum in prima ſeptimana, vndecimum in ſecunda, decimumſeptimum in tertia; quod intelligendum ea ratione, vt in die iudicatorio ſigna apparuerint, quæ futuram Criſin commonſtrant, de quibus ſignis infrà: alia non indicata, quæ fit nullo præcedente ſigno, in die indice. *Si ſpectetur Criſis ratione ſui*, ſic diuiditur in manifeſtam, quæ fit, aut cum excretione inſigni, aut ſine excretione, per depoſitionem ſcilicet materiæ in locum ignobilẽ, & debilem, ſeu, quod idem eſt, per abſceſſum ἀξιόλογον, vt vocat Galenus, hoc eſt, effatu dignum: & in obſcuram, quæ citra excretionem inſignẽ, & abſceſſum ἀξιόλογον fit. Illud enim notandum de abſceſſu, eum, in manifeſta Criſi, debere eſſe euidentem. Aliter enim ſi fieret, eſſet Criſis obſcura.

Criſis manifeſta, & obſcura.

Annexa quia in Criſis conſiderantur, ſunt: I. Morbi ſpecies. Nam acuti per euacuationem, & excretionẽ ſuas habent Criſes: chronici per abſceſſus. II. Symptomata concomitantia. Vnde Criſis alia eſt tuta, quæ fit ſine ſymptomatibus vehementibus, & grauibus: alia periculoſa, quæ ſibi vehemẽtiam, & grauitatem ſymptomatum adiũgit. III. Ætas, & natura ægrotãtis, quo modo in iuuene febris ardẽs hæmorrhagia ſoluitur: in ſene, febris eadem finitur alui profluuio. 3. *de Criſibus cap. vlt.*

Annexa Criſi, et ab ijs Criſis differẽtiæ.

Criſis tuta, & periculoſa.

Quoad cauſam effectricem, ſic diuiditur Criſis ex eo, quòd natura vincit, vel vincitur. Si natura vincit, fit Criſis bona: ſi vincitur, fit Criſis mala. Eſt autem vtraque duplex, alia ſimpliciter talis, alia ſecundùm quid. *Criſis bona ſimpliciter*, eſt, in qua nihil reliquiarũ ſupereſt, ſed ex toto humor noxius euacuatur, ſubitoque æger à morbo liberatur. Hæc alio nomine perfecta dicitur. Sed & fida dici poteſt, quia nullum ſubeſt periculum recidiuæ. Vbi enim natura, iã euictis, ac coctis humoribus noxijs, eo ſecernit, & ſuperuacanea excrementa expellit, iam fit Criſis abſque ſuſpicione morbi recidiui. *Criſis bona ſecundum quid* eſt, in qua humor noxius ex toto non euacuatur, & expellitur; ac proindè in hac, morbus ex toto non ſoluitur; ſed aliquid ipſius remanet; ita vt, ſub ea, æger ad

Criſis bona ſimpliciter.

Criſis bona ſecundũ quid.

meliorem

meliorem ſtatum tãtùm perducatur, ſicut ſub Criſi ſimpliciter bona, ad ſanitatem. Hæc aliàs imperfecta dicitur. Sed poteſt etiam, meo iudicio, dici aliquo modo infida, quia natura vincit quidem, ſed magna ex parte irritata, & concitata ab aliquo externo, vel interno. Hoc verò in caſu, natura bonos ſuccos cum prauis expellit. Vnde morbus licèt miteſcat, periculum tamen eſt, ne paulò poſt inſurgens redeat. Dixi verò, hanc Criſin poſſe aliquo modo dici infidam, quia quãquam ad bonã Criſin, propter id, quòd morbus miteſcit, poſſit reduci infida Criſis, tamẽ propriè ad malam Criſin eſt referenda.

Quomodo hæc Criſis poſſit dici infida.

Criſis mala ſimpliciter.

Criſis mala ſimpliciter eſt, quæ ad mortem, ac perniciem perducit, in qua natura ex toto vincitur, nec etiã irritata, & concitata coagit, ſed ſtatim ſuccumbit. *Criſis mala ſecundùm quid* eſt, ſub qua ægri ad peiorem ſtatum traducuntur. Atque Criſis hæc fit natura coagente, ſed irritata: poteſtque dici propriè Criſis infida, ſicuti & obſcura, & non indicata, & periculoſa, ac infida quidem, propria ratione, quoniam ſub hac morbus magis ingraueſcit, ac ad peius ægrum deducit, & deterius.

Secũdùm quid.

Cæterùm, circa has Criſeon differẽtias, illud noto, ad perfectam Criſin, quæ eſt veluti metrum, ac mẽſura omnium aliarum, quinque dotes requiri, quæ ſunt hæ: I. *Vt à bonis coctionis ſignis indicetur.* Hæc enim celeritatem, & tempus determinatum Criſis, item & ſecuritatẽ denunciãt, potiſſimùm ſi appareant in die indice, Si igitur ſumantur ex vrinis, (ex quibus vnà cum pulſu 9. *Meth.* 5. ſcribitur à Galeno, talia ſigna ſumi) certũ eſt, quòd vrina mediocris craſſitiei, ſecundùm ſubſtantiam; coloris fului, vel ſubflaui; referta hypoſtaſi alba, læui, & æquali, vt infrà dicetur, pollicebitur ſecuritatem, & ſanitatẽ. Et ſi talis appareat in quarta, ſanitas ad ſeptimam; ſi in vndecima, ad decimamquartam; ſi in decimaſeptima, ad vigeſimam ſubſequetur. Quod eò magis continget, ſi pulſus, eiſdem diebus indicibus, ſentietur validus. Nam ex tali pulſu robur calidi innati deprehenditur, ſine quo, tanquam ſine concauſa, nec coctio, nec ſeparatio, nec expulſio humoris noxij, poteſt à natura fieri: vt meritò voluerit *Gal. loco cit.* concoctionem non ſolùm ex effectu, nempe vrina, verùm etiam ex cauſa, ſcilicet calore innato, meritò pulſus, dignoſcendam eſſe. II. *Vt ſit manifeſta, & fiat agentibus cauſis Criticis manifeſtis*, quæ ſunt excretio, vel depoſitio materię inſignis in locum debilem, & ignobilem, quæ depoſitio, cõmuniter abſceſſus dicitur. Cuius occaſione vnum obiter noto, quòd, ſicuti natura ſanat morbos, per trãſpoſitionẽ materiæ ab vno loco ad aliũ, vt ſaltem præcaueat, ita Medicum, qui eſt miniſter naturę, ac perpetuus illius imitator, poſſe ſanare, & præcauere morbos, tranſponendo materiam de loco ad locum; & proinde licere, præter alias præſidiorum materias attrahẽtes ab vno ad alium locum, excitare etiam vlcera, & fonticulos, qui, ſi fiãt gratia reuulſionis, in parte longinqua; ſi gratia deriuationis, in parte vicina parti affectæ; ſi gratia euacuationis, in parte ipſa affecta, excitari debent. Nec obſtat, quòd Hipp. dixerit, 2. *Epid.* Naturam facere abſceſſus infra morbum. Reſpexit enim ad euacuationem, non ad reuulſionem, & deriuationem, quæ etiam ſupra, aut ſaltem ad partem affectã, fieri poſſunt; vt propter hoc, in deſtillatione acri, & maligna, cauterium, in vertice capitis, non ſit contemnendum, tanquam materia remedij reuellentis. Porrò perfectam Criſin fieri cũ euidentibus cauſis Criti-

Perfectæ Criſis dotes quinq;.

Prima dos

Coctio etiã ex pulſibus cognoſcitur.

Secũda dos.

Medicus empio naturæ, poteſt, in morbis, trãſponere materiam de loco ad locum.

Obiectionis ſolutio.

ſis Criticis, & Hippocratis teſtimonio patet, & experientia. Nam *Hipp.* 3. *Progn.* 22. ait: Quibus febres ceſſant ſine ſalutaribus ſignis, recidiuæ ſubeſt periculum; & 1. *Prorhet. ſect.* 2. *text.* 16. hæc verba habet: Lethales morbi, qui ſine ſignis, ideſt, cauſis Criticis, leuationem habēt, mortem ſignificant. & 2. *aph.* 27. His, inquit, qui ſine ratione ſeruantur, non eſt fidendum; ſine ratione, ideſt, ſine excretione, vel abſceſſu laudabili. Tandem *in Coacis Prænotionibus*, in vniuerſum omnes, qui ſine ſudore refrigerati ſunt, peſſimè habuerunt. Hiſtoriæ etiam plures in Epidemijs habentur, hanc veritatem confirmātes; ſed ea præcipua eſt, quæ habetur 3. *Epid.* 1. *in Hermocrate*, qui liberatus à febre die 14. & 20. ſed ſine ſudore, cum reditu eiuſdem febris, vigeſimo ſeptimo obijt. III. *Vt fiat in die Critica*, quæ veluti arbitra eſt, & index pugnæ naturæ, & morbi, exiſtit. Vnde etiam in ea ſoluitur morbus per Criſin, quod non contingit in die non Critica. Atque hoc eſt, quod *Ariſtot.* 5. *Phyſ. cap.* 6. dicebat, Febres, quæ diebus non Criticis iudicantur, habere alterationem præter naturā: quæ diebus Criticis, ſecundùm naturam. Quamobrem etiam Hipp. ab his abhorret, quæ leuant die non Critica, vti eſt videre 3. *Progn.* 22. & 2. *Epid.* 5. vbi vocat dies Criticos fęcundos, quoniam impares ferè ſunt, & aliquid commodi adferunt. IV. *Vt ſit fida, & ſecura*: fida; ita vt nullæ in ea ſuperſint humorum reliquię, vel timeatur relapſus. ſecura; ita vt ſine periculoſis ſymptomatibus, & cum ægri tolerantia, accidat. V. & poſtrema: *Vt fiat pro ratione naturæ, ae ætatis* ęgrotantis, quemadmodum iam ſupra traditum eſt.

Tertia dos.

Dies Critici cur fęcūdi Hippocrati.

Quarta dos.

Quinta dos.

SECTIO III.

DE NOTIS, QVIBVS Criſis deprehenditur.

NOTÆ, quibus Criſis dignoſcitur, pertinent ad eam futuram, præſentem, & præteritam. Vnde notæ hæ in triplici ſunt diſcrimine; præcedentes alię, aliæ concomitantes; aliæ ſubſequentes Criſin. Agamus de ſingulis particulatim.

Diuiſio ſignorum Criticorū.

CAPVT. I.

De notis Criſin præcedētibus: & ijs primùm, quæ Criſis tempus, ſeu diem prænunciant.

NOTÆ pręcedentes Criſin, ſi de bona Criſi ſermo ſit, quę metrum eſt, & regula omnium aliarum, duo præcipuè prænunciant. I. Tempus Criſis, ſeu diem. II. Viam ac modum Criſis, an ſcilicet per ſudorem, vomitum, fluxum ventris, vrinas, aut ſanguinis fluorem, futura ſit? Agamus primo loco de prioribus. Quæ igitur tempus, & diem Criſis prænunciant ſigna, ea pertinent, vel ad cauſam morbi, vel ad morbum, vel ad externa. Quæ primis generis ſunt, ſumuntur à coctione, & cruditate; quę ſecundi, ex idea, more & motu morbi; quæ poſtremi ex rebus naturalibus, & non naturalibus, temperie ægri, anni tempore, &c.

Notæ Criſis præcedentes duplices.

Notæ præcedentes, quæ prænunciant Criſis tempus, quæ dſem.

Primæ claſſis ſigna non ſolùm tēpus, & diem Criſis, verùm etiam ſecuritatem, & celeritatem eiuſdem pollicentur; ſumunturque à pulſibus, & excrementis. *Pulſus igitur ab ipſo exordiar*, ſi in die indice fortis apparuerit, indicat caloris natiui ſtatum optimum, & proptereà futuram coctionem optimam prænunciant; ſi debi-

Signa à cruditate, & coctione.

A pulſio.

Ab excrementis.

debilis, contra. *Quoad excrementa hæc ſunt, ſputa, deiectio, & vrina:* quæ omnia magnum momẽtum habere, in hac re, tradit Gal 3. *de Criſib.* vbi habet: Neminem vnquam, etſi millies interfuerit Criſibus, qui præcedentibus coctionibus iudicatus eſſet, ſe vidiſſe mortuum. Eſt tamen excrementorum dictorum, non eadẽ in omnibus affectibus, vis, & dignitas. Nam ſputa conſideranda ſunt in morbis pulmonis, & thoracis, non neglecta vrina, & deiectione. At in febre, citra viſceris inflammationem, vrina maximè obſeruanda, Ventriculo verò laborante, vel etiam inteſtinis, incumbẽdum in deiectiones primũ, deinde in vrinas.

Excrementa nõ tantum tempus; ſed etiã diem Criſis ſignificant.

Porrò ſigna hæc ab excrementis petita, atq; ijs præcipuè vniuerſalibus, vrina inquam, & deiectione, Criſis tempus, & diem indicare, ex Hipp. ac Galeno, manifeſtum eſt. Ac quòd tempus quidem indicent, colligitur ex 1. *Epid. ſect.* 1. vbi habet Hipp. ſigna coctionis celeritatem, & ſecuritatem Criſis denunciare; ſicuti cruditas, & incoctio, atq; mutatio in prauos abſceſſus, aut diuturnitatem, aut dolorem, aut recidiuam, aut mortem minantur. Idem 2. *Progn.* 26. protulit, vbi ait: Vrina optimè cocta, breuitatem, & ſecuritatem pollicetur. Ratio, vt dicit Galenus, eſt: Quia coctio eſt effectus vălẽtiſſimi caloris, qui calor eſt veluti natura particularis, quæ morbos curat. Cuius cauſa obiter noto, ſapientiſſimè 9. *Meth.* 5. dictum eſſe, ſigna coctionis etiam à pulſu petenda.

Cur à pulſu etiam ſigna coctionis petenda?

Quia ex pulſu cognoſcitur ſtatus caloris natiui, qui non ſolùm coctionem efficit, ſed etiam morbos curat, expellendo, quod noxium eſt. Quòd verò etiam diem ſignificent, habetur 4 *aph.* 71. Nam quibus ſeptimo die futura eſt Criſis, ijs ſub quartũ, in vrina apparet nubecula rubra, & alibi: Si quarto die vrina habuerit hypoſtaſin albam, læuem, & æqualẽ, oſtendit ſeptimo die futuram morbi ſolutionem. Quæ tamen ſententiæ ſic demùm veritatem habent, ſi nullũ erratum extrinſecùs occurrerit, ex parte Medici, ægri, & aſſidentium, vt *ibid. & in Coacis prænotionib.* admonuit Hipp. Vbi enim aliquod erratũ perpetrabitur, non ſemper quartus erit index ſeptimi.

Obiectio, et eius ſolutio.

Sed hic à modernis mouetur dubitatio, ex *Hipp.* 2. *Epid.* 2. vbi habet, Iudicatoria ne ſtatim appareant. Hinc enim concludi videtur, ſigna coctionis ſtatim à principio non eſſe bona. Verùm facilè reſpondetur, per ſigna iudicatoria, ibidem Hipp. non ſigna cõcoctionis, vtpotè quæ ſemper bona ſunt, ſed ſigna perturbationis Criticæ, vel cauſas Criticas, excretionem inquam, & abſceſſum, intelligere. Hæc enim à principio facta, potiùs peruicaciam humoris demonſtrant, quam naturæ contra morbum pugnam. Nec verò obſtat, quòd 1. *aph.* 12. ſi ſputum in pleuritide ſtatim appareat, morbum abbreuiat. Hoc enim non contingit in alijs euacuationibus, per febres acutas. Nam in pleuritide, quò citiùs exudat humor, à membrana pleura, eò celeriùs inflammatio miteſcit: at in febribus, materia in venis contenta, priùs coqui, ſecernique debet, antequam euacuetur, quæ non poſſunt ſtatim primis diebus fieri. Quòd ſi quis rurſus Hipp. obijciat, qui, *in Coacis prænotionibus,* dicit, Vrinas coctas malas; is ſciat Hipp. eo loci loqui de ſignis coctionis, collatis ad alia ſigna. Nam ſi, quæ ex vrinis ſunt ſigna, non reſpondeãt alijs, ita vt alia malum præmonſtrent, tum vrinæ coctæ malæ, quoniam ſignum eſt, perniciem cauſæ morbificæ deſerere vias vrinæ, & petere cor.

Ad coctionẽ duo requirũtur, ſi certa de-

Sed quicquid de his ſit, ad coctionem ſi ex ea celeritas, & ſecuritas prænunciari debeat, duo potiſſimùm requiruntur: *I. Vt ſit con-*

tinua,

beat eſſe ex illa prædictio.

tinua. II. *Vt ſit vniuerſalis*: Continua, ideſt, conſtans per totum morbi progreſſum, vſque ad finē. 2. *Progn.* 26. Vniuerſalis, ideſt, vt in excrementis vniuerſalibus obſeruetur, in vrinis ſcilicet, & deiectionibus; quamuis ſemper certiora ſint indicia ex vrinis. Hinc, ad continuitatem reſpiciens Galenus dicebat, Quòd ſi coctio, in vrinis præcipuè, intermiſerit, coctio inquam optima, cum hypoſtaſi bona, ita vt ſubſideant alba, æqualia, & læuia, diuturniorem futurum, & minùs ſecurum morbum, ſignificet. Ratio etiam idem ſuadet. Quoniam, vbi concoctio non eſt cōſtans, pari contentione certant natura, & morbus, vt victoria remaneat anceps vnde nulla ſecuritas, niſi ex continuitate.

Vrina in particulari quid indices.

Vrina ſubſtantia.

Verùm hæc, de ſignis coctionis, & cruditatis, vniuerſè dicta ſint. De vrina nonnulla, in particulari magis, conſideranda ſunt. *Circa eius ſubſtā tiam igitur obſeruo*, ſi fuerit tenuis, *ex* 2. *Progn.* 30. eam nec perfectam, nec ſalutarem Criſin polliceri, & ideò, in febribus acutis, cum virium imbecillitate, mortem, ac periculum minari; cum virium verò robore, *ex Coacis prænotionibus*. longitudinem morbi, aut abſceſſum inferiùs, *ex* 2. *Progn.* 34. Si verò poſt Criſin talis vrina mingatur, recidiuam præmonſtrare, quemadmodum demonſtrauit in Hermocrate. Quorum omniū cauſa clarè colligitur *ex 3 Epidem.* 3. vbi habetur: Vrinas tenues indicare, vel caloris natiui languorem, ſi fuerint albæ, & decolores; vel ignei abundantiam, ſi coloratæ. Quòd ſi vrinæ ſint mediocriter craſſæ, oſtendunt robur caloris. Quare celeritas, & ſecuritas iudicij, ex ijs expectāda. Nam *ex* 2. *Progn.* 16. omne excrementū, in morbo ſalubri, craſſeſcere debet, & coctio procedit incraſſando. Vrinæ verò craſſæ, aut admixtionem prauorum humorū, aut oppreſſionem caloris ſignificant. Quare aut dolor, aut diuturnitas morbi, aut prauus abſceſſus, aut recidiua ex ijs prænuncianda Laudabiles ſunt, quæ turbatæ mingūtur, & clareſiunt: quæ claræ mictæ turbantur, & quæ claræ manent. Nam priores victoriam naturæ portendunt: ſecundæ coctionis rudimentum: vltimæ robur caloris natiui, & copiam ſpirituum. *Circa colorem vrinæ hæc noto*. Albæ in febribus acutis lethales ſunt, *vt in Coacis prænotionibus habetur, ſect.* 3. *& in Epidem. ſæpè*: citra febrem verò, cruditatem, & obſtructiones arguunt. Vrinæ nigræ omnes ferè malæ ſunt. Nam extinctionem caloris, vel inſignem exuſtionem demonſtrant, 2. *Progn.* 32. *&* 1. *de Criſibus*. 12. Sed hoc de nigris generatione, non autem mixtione, intelligendum. Nam quæ tales mixtione ſunt, Criticæ ſunt in morbis acutis, & chronicis, vt in quartanis è ſuppreſſione mēſium. Vrinæ rubræ, à principio morbi lōgitudinem, in ſtatu mortem prænunciant. *Quoad contenta*, (*innata intellige, non acquiſita*, ab epate ſcilicet, renibus, veſica:) hæc tria ſunt, nubecula, ſuſpenſum, hypoſtaſis. Quæ tria, ſolet, *in Prognoſticis Epidemijs, Coacis*, confundere Hipp. & omnia ſimul inſignire nomine hypoſtaſis. Vnde illud: Quibus vrina celeriter habet hypoſtaſin, illi vel ad ſalutem, vel ad mortem iudicantur: ad ſalutem ſi laudabilis; ad mortem, ſi praua; Cæterùm laudabilis hypoſtaſis quatuor habere dotes debet: vt ſcilicet alba ſit, vt læuis, vt æqualis; vt moderatè craſſa. Albedo ſignificat robur ſolidorum, quæ ſibi, ſaltem in colore, aſſimilant hoc contentum.

Vrinæ color.

Vrinæ cōtēta quæ, & quid indicent.

Hypoſtaſis laudabilis quatuor dotes.

1. Læuis hypoſtaſis eſt, quæ vndequaque ſibi cohæret, vnica planitie, &
2. pendet à caloris natiui robore. Ae-
3. qualis, ſeu ſimilaris hypoſtaſis, indi-

cat

cat vim caloris, æqualiter in materiam agentis. Per æqualem verò hypoſtaſin, intelligere oportet, vel ſimilitudinem partium in ſubſtãtia, & colore; vel vrinam conſtantem, & ſibi ſimilem, in toto morbi decurſu. Vnde, ſi æqualitas intermiſerit, morbus diuturnior ſignificatur, & minus ſecurus, *vt in Prognoſticis tradit Hipp. & in Coacis*. Vrinæ enim inæqualitas, oſtendit inæqualitatem materiæ, aut caloris natiui imbecillitatem. Moderatè craſſa, indicat robur caloris natiui, quo homogenea congregantur, heterogenea ſegregãtur. Ex vrina igitur hiſce dotibus ingnita, ſalus citò prędicenda, 2. *Progn.* 26. ſed magis ex vera hypoſtaſi, quã ex nubecula, aut ſuſpenſo. Sed notandum hic eſt, *ex* 2. *Progn*. 27. Rubrum ſedimentum, ſalutarem morbum, ſed diuturniorem, prænunciare. Salutarem quidem, quia fit ex ſalutari humore, ſanguine inquam: diuturniorem, quia ſeorſus ille ſanguis nõ tàm citò coquitur: & 4. *aph*. 71. Morbi, qui in ſeptima iudicantur, ijs vrina nubeculam rubrã habet in quarta. Quòd ſi hypoſtaſis ſit nigra, aſpera, inæqualis, ſemper eſt peſſima. Ac de nigredine quidem idem dicẽdum eſt, quod ſupra de colore nigro dictum eſt. Aſperitas denotat peruicaciam materiæ. Inæqualitas coctionis difficultatem ſignificat. Hinc 1. *Epid*. Philiſcus, qui minxit vrinam inæqualem, & nigrã, ſextà die obijt. De compoſitis verò contentis, quid ſentiendum ſit, ex ſimplicibus non eſt difficile intelligere.

4. *Rubrum ſedimẽtũ.* *Hypoſtaſis quæ peſſima.*

Signa à morbi idea more, motu.

Sequuntur ſigna, tempus, & diem Criſis indicantia, ſecundæ claſſis, deſumpta ex morbi idea, more, & motu. Idea morbi cognoſcitur ex ſignis Pathognomonicis: mos ex ſuperuenientibus: motus ex coctione, & cruditate. Morbus igitur, qui celeriter, & vehemẽter mouetur, celeriter iudicatur; qui ſecùs, contra. Vnde, extremè peracuti, primo quaternario finiuntur: peracuti, primo ſeptenario: acuti ſimpliciter, decimoquarto die, ſi exquiſitè acuti ſint; ſin minùs, vigeſimo: acuti ex decidentia, à vigeſimo vſque ad quadrageſimum. Qui nimò ex morbi motu non ſolũ tempus Criſis, ſed dies etiam eius, ideſt, pari ne an impari futura ea ſit, cognoſcitur. Nam cum in ſtatu tãtùm, & paroxyſmi exacerbatione fiant Criſes, nunquam in principio, vel declinatione expectanda Criſis eſt. Quare ſi paribus diebus exacerbetur morbus, pari die ſperanda eſt; ſi imparibus, impari, *teſte Hip*. 3. *Epid*. 3. Hinc Philiſcus ſexageſimo die obijt. Nam exacerbatio erat illi diebus paribus. 1. *Epid*. 3. Pariter Laryſſæa virgo. 3. *Epid*. 3. iudicata eſt ad ſalutem ſexta die, quia dolores ei paribus diebus contingebant. Pythion quoq; diebus paribus habuit exacerbationes, & ideò decima die liberatus eſt. Quòd autem in ſtatu, & in paroxyſmi exacerbatione, fiant Criſes, probatur *ex Gal*. 3. *de Criſibus*, vbi habet, Criſin cum acceſſione in idem tempus coincidere: quod ipſũ habetur quoque 1. *aph*. 19. & 2. *aph*. 13. Ratione etiam hoc ipſum ſuadetur, idque dupliciter: I. enim Criſis fit, vbi certant, ac pugnãt inuicem, natura, & morbus. Sed hoc certamẽ fit in exacerbatione, quoniam tunc morbus, acquirit vires. Ergo in exacerbatione quoque fit Criſis. II. In perfecta Criſi duo requiruntur, ſtimulus, & coctio. At in exacerbatione ſtatus hæc duo contingunt, quoniam natura irritatur præcipuè hoc tempore, & humor circa ſtatum eſt coctus. Ergo Criſis fit in ſtatu, & exacerbatione morbi.

In ſolo ſtatu, & exacerbatione fieri Criſes probatur.

Reſtant ſigna vltimi generis, ex anni tempore, regione, cœli ſtatu, natura patientis, deprompta, ex quibus

Signa externa à rebus natu-

ralibus, & non naturalibus.

bus ipſis quoque cognoſcitur tempus Criſis morbi. Si enim omnia ad calidum inclinent, citius futuram Criſin denunciant; ſi ad frigidum, contra.

Porrò circa ſigna, ſeu Notas antecedentes, illud notandum; non tantùm tempus, & diem parem, vel imparem Criſis, poſſe ex ijs Medicũ cognoſcere, ſed etiam diem proximam, ad quam refertur Criſis imminens. Signa verò hæc, ſigna perturbationis Criticæ ſolent appellari: & ſunt capitis dolor ingens, iactatio, & anxietudo incredibilis, ſitis inexplebilis, difficultas ſpirandi, ac pulſus inæqualis, quæ omnia deſignauit. *Hipp. 2. aph. 13.* vbi hæc habet: Quibus Criſis ſit, nox ijs præcedens acceſſionem grauis. Eſt enim grauis, non ob aliam cauſam, quàm propter ſymptomata iam propoſita, ægrum vexantia. Sed hæc de notis, & ſignis Criſin præcedentibus, & præmonſtrantibus tempus illius, ac diem.

Signa perturbationis Criticę.

CAP. II.

De ſignis præcedentibus Criſin, quæ eius viam, & modum oſtendunt, in genere.

Via, et modus Criſis duplex, ex cretio, & abſceſſus.

De ſignis præcedẽtibus, quæ modum, & viam Criſis oſtendunt, nunc agendum eſt. Via igitur, & modus Criſis duplex eſt; excretio, quæ in morbis acutis ſæpius; & abſceſſus, qui in Chronicis frequentiùs contingit. Excretio reſpicit, vel alios ſuccos à ſanguine. Si ſanguinem, fit per nares, vterum, & venas podicis: ſi alios ſuccos, per vomitum, vrinam, & deiectionem. Per abſceſſum intelligo hoc loco, non ſolùm tumorem euidentem in aliqua parte, verùm etiam, & quæ ſub cute erumpunt, phymata dicta, id eſt, tubercula. Signa antecedentia quædam vniuerſalia ſunt, de quibus hoc capite agẽdum; quædã particularia, de quibus in ſequẽti.

Vniuerſalia igitur excretionis ſigna ſumuntur à morbi ſpecie, & motu: à parte affecta: à natura ægri, & eius ætate: ab anni tempore. *Quoad ſpeciem, calidi morbi* per excretionem, frigidi per abſceſſum, iudicari ſolent. Nã in illis humores faciliùs coquuntur, ſeparantur, & ad motum valdè ſunt proni; quæ omnia ad excretionem maximè faciunt: in his verò ſunt cõtraria. Et hæc eſt cauſa, cur cauſon *apud Hipp.* ſudore, aut hæmorrhagiâ, non autem abſceſſu ſoluatur. *Quoad motum morbi*, ſi morbus ſit acutus, qui celeriter, & vehementer mouetur, is per excretionem, ſi Chronicus, hic per abſceſſum finietur. Quòd finietur, ſi quis dicat, Nònne Chronici etiam per excretionem, & acuti per abſceſſum finiuntur? Sanè vtriuſque exempla non deſunt. Nam quãtùm ad primũ attinet, 3. *Epid.* Nicodemus vigeſimoquarto die, per vrinas; Virgo Abderitana, ſeptuageſimo, per ſudores; Anaxion trigeſimoquarto, per ſudores itidem, Criſin habuere: Cleonactides octuageſimo riguit, multùm ſudauit, & perfectè iudicatus eſt. Accedit huc, quòd febres quartanæ ſæpiùs per vrinarum nigrarum excretiones, ac ſudores, attenuata materia, finiantur. Iam verò ſecundum experientia confirmat. In febribus ſiquidem acutis, non raro tumores ad partes adænoſas, ac alias etiam apparere; item ſub cuti puſtulas, & maculas erumpere, vel vulgo notum eſt. Reſpondetur igitur, non eſſe inconueniens, in acutis morbis fieri abſceſſus, & in Chronicis excretiones. Nã in Chronicis fiunt excretiones, quãdo adeſt robur facultatis humoris propenſio, & viarum præparatio. Magis verò fiunt excretiones hæ, in morbis his, ſi non perſeuerẽt in eodem tenorem, ſed modò remittant, modò exacerbentur.

Vniuerſalia excretionis ſigna.

A morbi ſpecie.

A morbi motu.

An, et quãdo morbi Chronici per abſceſſus; acuti per excretiones terminentur?

cernentur. Nam ſic,cùm acceſſiones aliquando acutæ incidant, nihil prohibet, in his acceſſionibus, aliquam fieri excretionem. In morbis verò acutis, aliquando fit abſceſſus,ob contrarias cauſas. Quare illud tanquam certum conſtituere oportet,aliquando quidem excretionem in Chronicis morbis, abſceſſum in acutis fieri: ſæpiùs tamen vt ſupra etiam dictum fuit,contrarium accidere. Sed de abſceſſu infrà, *Pars affecta ſi conſideretur*,iam, vbi iecur laboret ſecundùm conuexam partem inflammatione,ſoluitur morbus per excretionem ſanguinis è nare dextera, per ſudores bonos,per vrinas abundantes: vbi ſecundùm partem cauam, deiectione, vomitu,& etiam ſudore, *3. de Criſib. 3.* Eodem modo inflammationes ventriculi, ac meſenterij, vomitu,& deiectione ſoluuntur: & febris Lypiria,*ex Hipp.* eiſdem excretionibus iudicatur,cum dicat,Cholera superueniente,quę fit expurgata bile ſurſum & deorſum, tolli. At inflammatio cerebri hæmorrhagia per nares ſanatur Eo ſiquidem tendunt extrema vaſorum. *Circa naturam, & ætatem ægri* in iuuenibus, febris ardens hæmorrhagia; in ſenibus,alui fluxu ſanatur. *1. Epid.* Ratio adfertur à Gal. quoniam humores iuuenum ſunt bilioſi,tenues, & acres; ſenum verò, pituitoſi, craſſi, & viſcidi. *Tandem tempus anni huc quoque facit.* Nam Vere, morbi per fluxum ſanguinis è naribus: Autumno,è venis podicis: Æſtate,per vomitū, & alui deiectionem,ac ſudorem. Hyeme, præcipuè per vias vrinæ finiuntur.

A parte affecta.

A natura, & ætaue ægri.

Ab anni tempore.

Abſceſſus quibus in morbis, & cur?

Signa vniuerſalia abſceſſuum antequam tradam,illud prius noto; ſicuti in morbis acutis, propter robur naturæ, ac materiæ tenuitatem, excretio ſubſequi ſolet, à qua morbus finitur: ita in diuturnis propè ſemper, ob imbecillitatem naturæ, aut materiæ craſſitiem, non fieri excretionem,ſed abſceſſus,aut tranſitus in aliam morbi ſpeciem. In his enim natura non eſt adeò valens, vt poſſit humorem coquere,ſecernere, ac excernere:ideò alterum dictorum ſubſequitur. Quod quo modo contingat, declarari ſic poteſt. Abſceſſus duæ ſunt cauſæ, vna *agens*, altera *materialis*. Agens eſt natura imbecillis: materialis,humor craſſus,aut copioſus, qui à natura regi non poteſt. Ab alterutro verò horum fit abſceſſus. Si enim humores ſint tenues,& calidi, non opus eſt facultate tam valida: ſi frigidi,natura valida requiritur. Quòd ſi hæc duo concurrant ſimul,nec excretio, nec abſceſſus fit; ſed aut moritur æger, aut in alium morbum fit mutatio. Porrò abſceſſus nomen multiplex eſt: I. enim accipitur pro omni tranſlatione humoris,ab vna parte in aliam; ſiue humor effluat,ſiue decumbat; id eſt, ſiue excernatur è corpore, ſiue retineatur. Vnde abſceſſus per excretionem meminit *Hipp. 2. Epid. 1. & 1. Epid. 2.* II. Accipitur pro tranſmutatione morbi in morbum, vt habetur *apud Hipp. ibid.* III. Pro ſuppuratione. *1. Progn. 36.* IV. Pro vitio cutaneo, & quod ſub cute erumpit, ex cauſa interna, quo modo tàm latè abſceſſus patet, quàm phyma. Vnde tubercula omnia, exanthemata, ecthymata,furunculi,abſceſſus dicūtur ab *Hipp. 2. Epid. 1.* V. Et propriè pro humoris decubitu, faciente tumorem,accipitur. Et de hoc interim eſt ſermo. Huius verò antecedentia ſigna vniuerſalia ſunt hæc. I. Si vigeſimum diem tranſierit morbus. Tūc enim *ex 3. Progn. 23. 24. 25. 26.* expectandus abſceſſus,præcipuè ſi nullus adſit dolor ob inflammationem,vel ob aliam cauſam. Nam prorogationis febrium cauſa triplex eſt,pars affecta curatu difficilis: error commiſſus

Abſceſſus duæ cauſæ.

Abſceſſus nomē multiplex. 1. 2. 3. 4. 5.

Vniuerſalia abſceſſus ſigna quatuor. 1.

miſſus à Medico, ægro, aſſidentibus: humor craſſus, & crudus. Si igitur nec prima, nec ſecunda cauſa cōcurrat, morbus erit longus, ob humores craſſos, quos cùm nequeat natura per excretionem expellere, eos in partem ignobiliorem pellit, *ex Hipp. in Coacis prænotionib. & 4. aph.* 44. vbi ait: Quibus febres longæ, ijs tubercula ad articulos, & dolores fiunt,
2. II. Signum eſt, vrina tenuis, & cruda, toto morbi decurſu, cum ſignis ſalutaribus apparens. 2. *Prognoſt.* 34. Indicat enim abſceſſum, ad partes
3. infra Diaphragma. III. Anni conſtitutio. Nam 3. *Progn.* 29. hyeme frequētiùs contingunt, tradiùs ceſſant, minùs recurrunt: *primùm*, quoniam frigidus humor dominatur: *ſecūdò*, ob humoris naturam, & ambientis frigus: *tertiò*, quoniam frigidus humor eſt ad motum ineptus. IV. Ex-
4. cretio inchoata, & non perfecta. Hinc natura ſæpiùs excretionē Criticam in abſceſſum conuertit. Sed de ſignis antecedētibus, excretiones aut abſceſſus in vniuerſali præmonſtrātibus, ſatis: de ſignis eorū antecedētibus particularibus, iā agendū eſt.

CAPVT. III.

De ſignis viam, & modum Criſis præmonſtrantibus in particulari, & primùm de ſignis excretionum particularium.

Excretiones Criticæ ſeptemplices.

EXcretiones particulares in Criſibus, ſeptem modis fieri, ex ſuperioribus iā patet, per hæmorrhagiam, per menſes, per venas podicis, per vomitionem, per alui profluuiū, per vrinas, per ſudores; hic ſingularum tantummodò ſigna tradenda ſunt. Id quod facio eo ordine, quo ſunt commemoratæ.

Signa futuræ hæmorrhagiæ.

Hæmorrhagia igitur cognoſcitur ex 1. *Epid.* 2. *hiſt.* 11. *ex Coacis prænotionibus, & Progn. paſſim.* I. E rubore faciei, tranſlato humore, à partibus inferioribus, ad ſuperiores. II. Ex dolore capitis, & colli, ob diſtenſionem ab eodem humore, membranarum colli. III. Ex pulſu arteriarum ad tempora, ob compreſionem earum à multitudine ſanguinis. IV. Ex viſus hebetudine, ob anguſtiam meatuum ex plenitudine. V. Ex apparentijs rubris ante oculos ob verſantibus. 3. *Progn.* 33. VI. Ex lacrymis voluntarijs. VII. Ex hypocondrij dextri diſtēſione fugaci, & ſine dolore, cum ſpirandi difficultate, eò quòd, & premitur diaphragma, & in hepate, fonte ſanguinis, fit commotio. Dico verò, ſine dolore: Quia ſi cum dolore ſit diſtenſio, inflammationis potiùs ſignum eſt. IIX. Ex tinnitu aurium. IX. Ceruicis tenſione. X. Narium titillatione. XI Ex ætate iuuētutis ab anno 18. ad annum trigeſimū. XII. Ex natura bilioſa. XIII. Ex febre acuta. Hæmorrhagiā verò morbos finiri ſcribitur. 1. *Epid.* 3. & *ſect.* 3. Sunt autem morbi, qui ſic finiuntur, præcipuè febres acutæ, & præcordiorum, ac viſcerum inflāmationes.

Signa futuri profluuij mēſtrui Critici.

Profluuium mēſtruale innoteſcit præcipuè, ex abſentia ſignorum aliarum excretionum, 3. *de Criſib.* 11. Deinde, ex grauitate, & æſtu lumborum, ob venam cauam diſtentam, & in vertebras lumborum incumbentem, *ex Hipp. in Prorhet.* Hanc verò ipſam quoque excretionem liberare à morbis, ſcribitur *ab Hipp. in Epidemijs ſæpè*, præcipuè vbi de muliere Thaſia, & Laryſſæa virgine. Finiuntur autem eā plerique morbi acuti in mulieribus, vti febres ardentes, conuulſiones, & huiuſmodi alij.

Profluuij ſanguinis è venis podicis, nulla quidē tradūtur ab Hipp. & Gal. ſigna; colligi tamen id poteſt, ex ſignis Criticæ perturbationis apparen-

Signa excretionis p hæmorrhoides.

parentibus in die coctionis: ex abſentia ſignorum aliarum excretionum: ex eo denique, quòd æger hæmorrhoidas pati conſueuerit. Sed hanc quoque excretionem plures ſanare morbos, ex eo facilè intelligitur, quòd venæ hęmorrhoidales, alię internæ ſunt, quæ à ramis venæ portæ oriuntur, aliæ externæ, quę à vena caua prodeunt: vnde illæ Cacochymian Meſenterij, & hypochondriorum affectus; hæ verò Plethoram, & totius venoſi generis morbo plerũque ſanant. Hinc 6 *aph.* 21. ſcribitur, Hæmorrhoidas inſaniam ſoluere, & *ibid aph.* 11. Melancholicis, & Nephriticis hæmorrhoides ſuperueniẽtes eſſe bonas.

Hæmorrhoides duplices.

Signa Vomitus Critici.

Vomitionis Criticæ imminentis ſigna ſunt, faſtidium, ſeu iactatio cum nauſea, ob bilem occupantẽ os ventriculi, exquiſitiſſimi ſenſus, vellicãtem: ſputatio frequẽs, ob humorem in os, à ventriculo, per tunicam eius interiorem, perpetuò exudantem: tenebricoſa vertigo, ob vaporem fumidum, à ventriculo impuro eleuatum: palpitatio labij inferioris: amaror linguæ: crebra horreſcendi, & ſubſudãdi viciſſitudo: frigiditas partium infra hypochondria: ſpirandi difficultas: pulſus durus, & inæqualis: capitis denique dolor acutus, ob vaporis bilioſi ſurſum tendẽtis acrimoniam, & ſympathian membranarum cerebri, & totius neruoſi generis. Solet verò euacuatio hæc ſanare ventriculi, inteſtinorum, meſenterij, & hypochondriorum inflammationes.

Signa Diarrhoeæ futuræ.

Diarrhoeæ indicia hæc *Hippocrates in Coacis* tradit, ructus, flatus, crepitus, ac inflationes ventris. Hæc enim motum humoris à toto, in venas meſenterij, ac tandem in inteſtina oſtendunt. Addit *idem, in Epidemÿs,* dolorem lumborum, ob meſocoli, quod à ligamentis, lumborum vertebras connectentibus, oritur continuitatem. *Arabes* præter dicta, in ſignis Diarrhoeæ ponunt, pulſum paruum, & frequentem; vrinas albas, & tenues, tranſlata ſcilicet bile ad inteſtina: ſuppreſſionem vrinæ. Quòd ſignum tangitur etiam ab ipſo *Hipp.* 4 *aph. vlt.* Sanat verò euacuatio hæc eoſdem ferè affectus, quos, & vomitio.

Signa Perirhoeę Criticæ.

Perirhoeam, ſeu per vrinas euacuationem inſtantem, hæc ſignificare poſſunt; abſentia ſignorum euacuationum criticarum aliarum: coctio, & perturbatio critica pręcedẽs: grauitas in hypogaſtrio: ardor in extremo pudendi; mictus, in toto morbi decurſu vrinarum craſſarum copioſus: ætas ſenilis: hyems. Poteſt verò vrinam vniuerſum corpus expurgare, cũ illius materia eſſe queat, non potus tãtùm, ſed ſerum quoque quatuor humorum, & ipſimet humores, teſte Hipp. 1. *Epid.* 2. & Gal. *ibidẽ.* Sed & lienoſos vrina nigra perſanat: empyema item, peripneumonian, & pleuritidem. 3. *Epid* 3 6. *de loc. aff.* 4. Id quod ab Arabibus etiam fuit notatum, & à Diocleante Gal. Hoc verò fieri nos putamus, non tantùm per arterias, & ſiniſtrum cordis ventriculum, vt voluit *Gal.* ſed & per venam, ſine pari, à qua ramus ſatis manifeſtus ad ipſos renes porrigitur.

Vrina poteſt expurgare totũ & cur?

Lienoſi, & Pleuritici quomodo per vrinas purgẽtur.

Signa ſudoris Critici.

Sudoris critici imminentis, duæ ſunt notæ apud Hippocratẽ: I. Suppreſſio vrinæ, *in Progn. ſæpè, &* 6. *Epid.* 1. quia eadem eſt materia ſudoris, & vrinæ. 10. *Simpl. c. de ſudore.* II. Rigor ob ſeri acrimoniam, panniculum neruoſum vellicantem, 4. *aph.* 58. His duobus Hippocratis, ſignis, addunt nonnulli pulſum mollem, & vndoſum; extimarum partium calorem; ruborem faciei; & ſenſum quẽdam vaporis calidi, copioſi, è corpore prodeuntis. Quibus omnibus, *ex*

Gal.

Gal libello, de dignotione ex inſomnÿs, non iniuria quis adiecerit, inſomniũ ſudoris erumpentis. Soluit autem ſudor hic febres ardentes, ac plures alias, ſicut, & inflammationes omniũ viſcerum. Quod tamen intelligendum, de ſudore calido, copioſo, & vniuerſali. Et hæc de ſignis excretionum particularibus. Subſequuntur ſigna particularia abſceſſum.

CAP. IV.

De ſignis abſceſſuum particularibus.

Signa abſceſſuum particularia ad quę dirigãtur?

SIgna abſceſſuum particularia diriguntur ad id potiſſimum, vt cognoſcamus, quis articulus, quævè pars, ſuperior ne, an inferior, abſceſſum ſit exceptura? Ac Hipp. quidem 2. *Progn.* 66. loquens de Peripneumonicis tantum, dicit: Quibus hypochondria incandeſcunt, ijs ad partes inferas; quibus hypochondriũ molle, ſine dolore, & qui ſuſpirioſi pauliſper quieſcunt, abſque cauſa, his ad ſuperas partes abſceſſus fieri. Cæterùm, in omnibus morbis, ſigna futurorum abſceſſuum, ad ſuperiores, vel infeirores partes, petenda ſunt ab his quatuor, humoris ſpecie, naturæ ſtatu, partis conditione, meatuum ſitu *Ab humoris ſpecie*: quoniã humor tenuis ad ſuperiora; craſſus ad inferiora viam affectat. *A naturæ ſtatu*: quia ſi natura erit robuſta, deorſum, procul, & pro dignitate morbi fiet abſceſſus; ſi ſecùs, contrà. *A partis conditione*: quia ex 4. *aph.* 34. Si ante morbum pars aliqua laborauerit, in eam morbus decumbet. *A ſitu meatum.* quoniam rectitudo particularis in partibus obſeruatur, merito cuius fit etiam humoris decubitus. Sed hactenus de ſignis, ſeu notis criſin præcedentibus. Iam de ſignis criſin comitantibus agendũ eſt.

Abſceſſus ad quas partes futurus ſit, ex quatuor colligitur.

1. 2. 3. 4.

CAP. V.

De ſignis Criſin comitantibus.

Signæ criſin comitãtia, quę, et quid ſignificent.

SIgna Criſin comitantia ſunt, quę vnà cum criſi apparent, criſinq; fientem, an bona, vel mala, an perfecta, vel imperfecta ſit, oſtendunt. Reſpiciunt verò potiſſimum cauſas criticas, excretionem ſcilicet, & abſceſſum. Quare quomodo vtrumque horum debeat dici bonum, & legitimum; vel malum, & illegitimum, videre oportet.

Signæ comitantiæ excretionẽ bonã quatuor.

Excretio igitur, vt ab ipſa exordiar, bona, & legitima dici debet, quæ commodè fit. In hac verò quatuor hæc requirũtur, qualitas laudabilis, quantitas ſufficiens, tempus opportunum, modus excernendi naturæ familiaris. *Qualitas erit laudabilis, ſi humor peccans, & coctus educatur.* Peccans quidem, *ex* 1. *aph.* 20. coctus, ex alijs locis mille. Nam in cruditate nunquam fit criſis optima, ſed tantum vbi humores parui victi ſũt, & edomiti à natura. Aliàs enim plerumque adeò eſt effera vis eorũ, vt non ſolùm partibus, per quas repunt; verum etiam partibus à quibus emanant, vim inferant. *Quoad quantitatem, totus humor noxius euacuari debet, non per partes, ſed ſimul.* Nam, quæ in morbis relinquuntur, faciunt recidiuam. 2. *aph.* 12. Illud tamen hic notandum; Quantitatem hanc, in mediocritate quadam cõſiſtere debere. Quod enim vel omninò paucum, vel nimium, id minimè eſt, criticum. De primo eſt teſtimonium Galeni, 2. *Prorhet.* 47. vbi etiam ratio aſſignatur. Quia vbi paucum eſt, quod excernitur ſignificatur, aut humores malignos, copioſoſque minimè à natura regi, aut naturæ defatigatæ diſſolutio. Hinc ab Hipp. ſudores pauci, *in Progn. & Coac.* damnantur, ſicuti, *& ibidem*, *&* 1. *Epid.*

1. Qualitas laudabilis

2. Quãtitas ſufficiens.

damnatur ſtilla ſanguinis. Paucus etiam vomitus 1. *Prorhet. ſect.* 2. 47. malus exiſtimatur. De ſecũdo etiam res certa eſt. Omne enim nimium eſt inimicum naturæ 2. *aph.* 51. & 1. *Prorhet. ſect.* 2. 22. In acuta febre, ſudor copioſus, malus. Et idem de hæmorrhagia traditur *in Epidem* ſicuti, & de vrinæ, ac alui profluuio. *Per tempus, intelligitur dies Criticus.* Quæcunque enim fiunt die non Critica, ſunt ſuſpecta. Dies enim Critici, ſunt iudices, ac arbitri earum diſceptationum, quæ inter naturam, & morbum fiunt, & propterea huiuſmodi dies. Hippocrates vocauit fęcundos. *Excernendi modus erit bonus, ſi excretio fiat ſubitò, & non ſenſim; ſi per loca conferentia, atq; naturæ commoda.* Per loca autem conferentia fiet, tribus obſeruatis: I. Vt locus hic non ſit dignior loco morbi. II. Vt habeat rectitudinem. III. Vt tranſitus, & meatus habeat patentes. Primum requiritur: quoniam, quæ per loca nobiliora ſit, excretio periculo plena eſt; vt non ſit mirum, ſi plurimi, quibus materia pleuritidis, per arterias, & ſiniſtrum cordis vẽtriculum euacuatur, moriantur. Requiritur ſecundum: quia excretio, quæ è diuerſo eſt, damnatur. Vnde 1. *Prorhet. ſect.* 3. 33. ſanguinem è diuerſo fluere malum, vt ſi liene affecto fluat è nare dextra, Fit enim hoc ob partis infirmitatem, & materiæ peruicaciam. Requiritur tertium *ex Hipp.* 6. *Epid.* 3. Sunt autem tales vię, aures, nares, os, inteſtina, vterus, pudẽdum, venæ narium, hæmorrhoides, & cutis. Ab his enim effluit pus, ſanguis, ſputum, vrina, deiectio, ſudor. Atque hæc ſunt ſigna excretionis laudabilis; quibus tamen omnibus *ex Gal.* 3. *de Criſib.* noto, poſſe addi, & morbi ſpeciem, & ægri naturam, & ætatem, & anni tempus.

3. Tẽpus opportunũ.

4. Excernẽdi modus naturę familiaris.

Signa comitantia

Signa comitantia laudabilem, & legitimum abſceſſum, traduntur 6. *Epid.* 2. vbi habetur: Conſiderandũ in abſceſſu, quo, vnde, & propter q.d. Quibus in verbis, *Quò*, denotat partem, in quam decumbit abſceſſus: *Vnde*, partem, ex qua decumbit: *Propter quid*, cauſam abſceſſus, id eſt nũ à natura fiat cocto morbo; an à materia naturã cogente, & adhuc cruda exiſtente; Porrò *partis, in quam decumbit* abſceſſus conditiones ſunt, vt ſit inferior, ignobilior, remota à parte affecta, capax totius materiæ morbificæ. Ac quòd pars quidem ſuſcipiẽs debeat eſſe, deorſum, & procul à morbo, habetur 6. *Epid. com.* 1. *text.* 17. 2. *Progn.* 67. & 2. *Epid.* 1. Quòd eadem debeat eſſe capax vniuerſæ materiæ morbificæ, habetur *plurimis in locis, in Coacis, Prognoſticis, Epidemijs: ſed præcipuè* 2. *Epid. cit.* Nam legitimus Abſceſſus debet fieri pro morbi dignitate. Id autem fit, dum decumbit in partem capacem. Secus enim fit recurſus in partes nobiliores, vnde cita mors, vt traditur 1. *Epid.* 2. & *in Prorhet.* habenturq; eius rei hiſtoriæ plures. *In* 1. *enim Epid.* 2. habetur, quòd Crito, qui habuit abſceſſum in pedis digito, nocte delirauit, poſtridie interijt. Simile habetur. 3. *Epid.* 3. de Caluo Laryſſæo; & 2. *Epid.* 1. de Temeni nepte. *Præter partem, in quam decumbit* abſceſſus, conſideranda etiam pars eſt, à qua decumbit, id eſt, an à dextra, an à ſiniſtra? Nam & hic rectitudo requiritur. Ideò ſi pars dextra laboret, in dextram debet fieri decubitus; ſi ſiniſtra, in ſiniſtram. Hinc Herophon lienoſus, cui ſubortus eſt tumor, & abſceſſus in crure ſiniſtro, præter ſpẽ conualuit. *Quoad propter quid, ſeu, an abſceſſus* fiat à natura, cocto morbo, vincente, an ab ea irritata? ſi irritata natura, & crudo morbo fiat abſceſſus, praui ſunt, aut non iudicant morbum. Vnde aut morbi longitudinem,

laudabilẽ abſceſſũ.

A parte in quam decumbit.

A parte, à qua decũbit.

A cauſa pp quã decumbit.

dinem, aut periculum, aut mortem expectare oportet. 1. *Epid.* 2. & 2. *Progn.* 67. Ex his verò omnibus colligitur, abſceſſum laudabilē eſſe, qui fit deorſum, procul à parte affecta, pro dignitate morbi, ſecundùm rectitudinē, & morbo cocto. Progredior ad ſigna Criſin conſequentia.

CAP. VI.

De ſignis Criſin conſequentibus.

Signa cōſequentia Criſin quę & qd oſtēdant, & vnde ſumantur.

Signa conſequentia Criſin ſunt, quæ Criſin iam factā oſtendunt, an ſit perfecta, vel imperfecta; an ſecura, an infida? Hæc verò omnia ſumuntur à tribus ſymptomatum generibus. I. Ab actionibus læſis, quæ ſunt, naturalis, vitalis, animalis; è quibus naturalis perficitur coctione, diſtributione, excretione: vitalis conſiſtit in pulſu, & reſpiratione; animalis eſt princeps, motrix, & ſenſifica. II. A qualitatibus corporis, ad quas attinet calor, color figura, & moles totius, præcipuè faciei. III. Ab excrementis, præcipuè verò vniuerſalibus, vrinam inquam, & deiectione. Perſequamur ſingula, exordio ſumpto à qualitatibus.

Signa cōſequētia à qualitatibus corporis.

Si igitur obſeruabitur calor moderatus, & omnis acrimonię expers, color ſimilis colori tempore ſanitatis, potiſſimumque facies benè colorata deprehendatur, ſine dubio fuit ſalutaris, & perfecta Criſis. Quòd ſi calor ſit acris, color liuidus, citrinus, niger, & varius à colore tempore ſanitatis. Criſis fuit ſymptomatica, imperfecta, & non ſalutaris. Pariter, ſi facies, occaſione vehemētiæ morbi tumefacta, repentè detumeſcit, perfecta eſt Criſis; ſi verò tumor remanet, & palpebræ turgeſcunt, hypochondria tēduntur, ſubeſt periculum recidiuæ, quemadmodum traditur *ab Hipp.* 2. *Epid.* 5. *ac in Coacis prænotionibus.*

Signa cōſequentia ab actionibus.

Quantum ad actiones naturales, ſi poſt criſin patiens benè appetat, coquat, deijciat, nullus adeſt metus recidiuæ. At ſi nauſea, cibi faſtidium, ructus acidi, vel nidorulenti, ſitis, hypochondriorum tenſio, &c. remanſerint ſigna ſunt reliquiarum, & proindè recidiuæ. *Quoad vitales*, ſi pulſus occurrit remiſſior, & tēperatus, ac æqualis, perfectam denotat, ac ſalutarem criſin. At ſi pulſus remanet frequens, calore acri refertus, pollicetur recidiuam. Signum enim eſt ſupereſſe intemperiem, à qua noui humoris generatio eſt expectāda. Quæ autem in morbis relinquūtur, faciunt recidiuam. 2. *aph.* 12. *Quoad animales actiones*, ſi, abſoluta criſi, mens ſit trāquilla, æger non deliret, ſenſus ei ſint integri: decumbat in vtrumque latus, manibus, pedibus, cruribuſque modicè reflexis, perfecta fuit criſis, ſin minus, imperfecta. Somnus etiam huc pertinet. Ideò, ſi poſt criſin ſomnus ſit ſuauis, cum conferentia, indicat abſolutam criſin; contrà verò, ſi ſit profundus, ac turbulentus.

Signa conſequentia ab excrementis.

Reſtant excrementa vniuerſalia. Si igitur poſt criſin vrinæ tenues apparent, recidiuæ ſubeſt periculum. Vnde 3. *Epid.* 3. Hermocrates decimoquarto die liberatus à febre, quia decimoſeptimo vrinas minxit tenues dies viceſimoſeptimo eſt mortuus. Vrinæ etiam rubræ poſt criſin ſunt indicium reliquiarum. Excrementa verò alui colorata colore flauo, benè figurata, & conſiſtentia, ſunt ſignum perfectæ criſis; contraria contrariæ. Sed hæc de ſignis conſequentibus, & de criſibus adeò vniuersè, dicta ſint ſatis.

TRACTATVS HVIVS PARS SECVNDA.

DE DIEBVS DECRETORIIS.

De diebus Criticis tria explicanda.

QVONIAM Criſis ferè diē ſibi certam conſtituit, ita vt in vna potiùs, quàm in alia fiat; iccircò, poſt tractationem de criſibus, agendum eſt de diebus criticis. De ipſis verò tria enodabimus. I. Quid ſit dies critica. II. Quotuplex ſit. III. Quæ ſit vniuſcuiuſque diei in decernendo vis, ac dignitas.

SECTIO I.

DE DIERVM Criticorum natura.

CAP. I.

Quotuplex dies, quid dies Medicus, & quot eius partes?

ANTEQVAM ad tria illa, de diebus Criticis propoſita, explicanda aggrediamur, paulò altius repetito exordio, videamus, Quotuplex ſit dies, Quid dies medicus, & Quot eius partes?

Quotuplex dies.

Quoad primum, Dies duplex eſt ſecundum Aſtrologos, naturalis, & artificialis. Naturalis dies, eſt ſpacium vigintiquatuor horis æqualibus, & æquinoctialibus comprehēſum, *teſte Galeno 8. Meth. 7.* & dies ciuilis etiam dicitur. Dies artificialis, eſt ſpacium illud, quo Sol eſt ſuper terram, quod æſtate longius, hyeme breuius exiſtit, & eius horæ ſunt inæquales, ac temporales vocatæ.

Quid dies medicus?

Quoad ſecundum, dies medicus eſt is propriè, qui naturalis dicitur, & conſtat horis vigintiquatuor, vt habetur 1. *de Criſib. ca 16. & lib. de ſeptimeſt. part.* ſicque Annus conſtat trecentis, & ſexagintaquinque diebus, ac inſuper quarta diei parte. Diem verò Medici ab ea hora incipiūt numerare, qua æger decumbere, & manifeſtè laborare cœpit, qua de re infra.

Quot ſint partes diei medici?

Quoad tertium, dies medicus communiter diuiditur in duas partes, in Diem, ſeu ſpacium illud temporis, quo Sol eſt ſuper terram; & Noctē, ſeu ſpacium illud, quo Solis luce priuamur, ob terram interpoſitam diametraliter. Exactiùs diſtribuitur in partes quatuor, in tempus matutinum, meridianum, veſpertinum, & nocturnum. Id quod indicauit *Hipp. 2. Epid. 1. & 6. Epid. 1.* vbi Galenus *in commento* ſtatuit, diem toti anno proportione reſpondere. Vt enim quatuor ſunt anni partes, Ver, Æſtas, Autumnus, Hyems: ita & diei quatuor eſſe partes; primam matutinam, Veri; ſecundam meridianam, Æſtati: tertiam veſpertinam, Autumno; quartam nocturnam, Hyemi proportione reſpondentem. Vbi illud obiter noto, etiam humores noſtri corporis, maximam cum hiſce diei partibus habere communionē. Horis ſiquidem matutinis dominatur, ac mouetur Sanguis; meridie Bilis; veſpere Melancholia, noctu Pituita. Hinc obſeruarunt Arabes, morbos à ſanguine exacerbari manè, & hac ratione horis matutinis mittendum eſſe ſanguinem; bilioſos

Humorū corporis maxima cum diei quatuor partib. conuenientia.

in

in meridie; melancholicos veſpere: pituitoſos noctu. Sed ad dies Criticos accedo, & ad ea, quæ de ijs explicanda principaliter propoſui.

CAP. I.

Quid nominis diei Critici explicatur.

Critici diei nomine quid intelligatur?

QVantum igitur ad primum attinet, *Quid nimirum ſit dies Criticus?* circa illud duo conſidero, *Quid nominis, & Quid rei.* Circa *nomen* igitur obſeruo, per *diem Criticũ* me intelligere *diem medicum*, in quē incidit Criſis, ſeu ſubita in morbis mutatio ad cōtrarium ſtatum. Sicuti verò dies hæc diuiſa eſt in quatuor partes, ita in earum qualibet indiſcriminatim Criſis contingere poteſt, vt colligitur, *ex 2. aph. 13.* Vocatur autē dies hic tùm Criticus, ſeu iudicatorius, tùm decretorius. Criticus, ſeu iudicatorius, quoniā in eo fit Criſis, ac iudicium. Decretorius; quoniā eſt arbiter & iudex diſceptationum, ſeu contentionum, quæ fiunt inter morbum, & naturam.

Critici diei variæ appellationes

Criticus dies omnis duplex.

Porrò eſt dies omnis Criticus duplex, exquiſitus alius, & exactus; alius non exquiſitus, nec exactus. Primus eſt, qui frequenter, & tutò decernit, cũ excretione aut abſceſſu, & ad hũc refertur Criſis bona: alter verò, qui decernit quidem, ſed non frequenter ac tutò, ad quem pertinet Criſis, & bona, & mala. Ille eſt dies certus, & determinatus; hic verò poteſt eſſe dies quilibet.

Numeratio Criticorũ dierum quæ?

Quod vt intelligatur rectiùs, illud ſciendum eſt interim; (nam inferiùs tota hęc res declarabitur diligētius:) morbos omnes iudicari, vel intra quadrageſſimum diem, vt acutos; vel vltra quadrageſimũ, vti Chronicos: eà tamen ratione, vt dies hi in ſeptimanas redigantur, & quælibet harũ diuidatur in duos quaterniones, & duas partes æquales, ita tamen, vt ſecunda ſeptimana ſeiũgatur à prima: tertia verò non ſeiungatur à ſecunda: quoniam in ſecunda principium eſt octauus dies, in tertia eſt vltimus ſecundæ ſeptimanæ; ita vt tertia nō ſit integra, quemadmodũ duæ priores, quippe quę indiget ſextâ parte diei, & ſex tantùm dies integros habet. Vnde tres hæ ſeptimanæ non complent, vnum, & viginti dies, ſed viginti tantùm.

Cauſa, cur ſeptimanæ per quaterniones diuidātur & tertia, ac ſecũdæ ſeptimanæ iungātur?

Cauſa autem, propter quam ſeptimanæ in quaterniones diuidendæ ſint, & cur ſecunda à prima ſeptimana ſeparetur, tertia verò à ſecunda non ſeparetur? non eſt alia, quàm quia natura mouet de quarto in quartum, & finit, ac iudicat morbos, per quaternarios frequenter, & tutò: & ſimul per quaterniones indicat, & demonſtrat Criſin ac iudicium futurum, quemadmodum ex infrà dicendis apparebit. Ex hoc enim, quod per quaternarios iudicantur morbi, iudiciumque Medico præmonſtratur, apparet manifeſtè cauſa, cur ſeptimanæ illæ ſic debeāt ordinari. Nam ſi ſeptimanæ omnes iungerētur, Criſis incideret in diem decimũ nonum; quod eò falſum eſt, quoniam non fieret motus de quarto in quartum. Pariter, ſi omnes eſſent diſiunctæ, Criſis incideret in diem vigeſimum primum, atque ſic non ſeruaretur motus per quaterniones. Atque hæc omnia auctoritate *Hipp. & Galeni 2. aph. 24* confirmantur, vbi tria habētur: I. Septimanas per quaterniones digeri debere. II. Ex illis quaternionibus, alios indicare Criſin, alios eſſe decretorios. Nā quartus primæ ſeptimanæ, indicat, quid futurum ſit in ſeptima, quæ eſt ſecũdus quaternio primæ ſeptimanæ. Pariter, quartus ſecũdæ ſeptimanæ, qui eſt dies vndecimus à primo; indicat, quid futurum ſit in decimaquarta, quæ complet ſecundũ ſepte-

narium ſecundæ ſeptimanæ. Poſtremò, quartus tertiæ ſeptimanæ, qui eſt decimus ſeptimus à primo, ſumpto principio tertiæ ſeptimanæ, ab vltimo die ſecundæ ſeptimanæ, indicat, quid futurũ ſit in vigeſimo die, qui eſt ſecundus quaternarius tertię ſeptimanæ. III. Secundam, & primam ſeptimanam eſſe ſeparatas non itidem ſecundam, & tertiam, ob rationes adductas. Sed & hoc ipſum, quod ab Hipp. *loco citato* fuit expreſſum, poſt Hipp. à Gal. 3. *Progn.* 1. *&* *in lib. de diebus decretor.* fuit traditum. *Quomodo autem digerantur*, & ordinẽtur dies indices, & decretorij, per quaterniones, & ſeptimanas; nos qui nõ tantũ in morbis acutis, vt Hippocrates *loco citato* fecit, verùm etiam in Chronicis, dies Criticos inquirimus, ordinem ſeptimanarũ, ac quaternariorum, tùm indicum, tùm decretoriorum dierum, vſq; ad centeſimum, hunc conſtituimus. Quartus ſiquidem dies, ab initio morbi computatus, eſt finis primi quaternarij, & principium ſecũdi Octauus autem dies, tertij quaternarij eſt initium, qui vndecimo die finitur. Vndecimus dies, quarti quaternarij eſt initium, cuius finis eſt decimuſquartus. Quintus quaternarius, incipit à decimoquarto die, & finitur decimoſeptimo: qui pariter eſt principium ſexti quaternarij, cuius finis eſt dies vigeſimus: ita, vt vigeſimus dies ſit finis ſimul, & tertij ſeptenarij, & ſexti quaternarij: perindè ac ſextæ ſeptimanæ quadrageſimus, nonæ ſexageſimus, duodecimæ octuageſimus, & decimæquintæ centeſimus, facta ſcilicet, ſemper ſeptimanarum digeſtione per quaterniones; quo ordine, ſi quis volet, poterit procedere, etiam vſq; ad diem ducenteſimũ. Sed ſi vltra vigeſimum diẽ progrediatur morbus, dies iuxta principia ſtatuta, ſic diſtinguẽdi ſũt.

Quomodo per quaterniones, & ſeptimanas ordinẽtur dies Critici.

Indices.	Decretorij.	Indices.	Decretorij,	Indices.	Decretorij.
24	27	31	34	37	40
44	47	51	54	57	60
64	67	71	74	77	80
84	87	91	94	97	100

Nec eſt, quòd objiciat quis, hæc omnia vera eſſe, ſi dies ſumatur pro die naturali, & medico; hoc autem fieri non poſſe, tùm ob auctoritatem Hippocratis, tum ob rationem. Nam Hipp. quidem 3. *Progn.* 5. clarè aſſerit, decretorios dies integros numerari minimè poſſe. Ratio verò hoc etiam conuincere videtur: quia menſis medicinalis cõſtat viginti ſex diebus, & viginti duabus horis, quæ ſi diuidantur in quatuor ſeptimanas, vnaquæque ſeptimana conſtabit ſex diebus, & decem ſeptem horis Quare dies naturalis non videtur habere locum. Reſpondetur enim, omninò diem naturalem habere locum in hac dierum Criticorum computatione. Id quod confirmatur; I. Actoritate Gal. 1. *de Criſib.* 16. *&* 2. *de Criſib.* 2. vbi expreſsè dicit, In toto, de Criſibus, ſermone, diem ſe intelligere, totum ex die, & nocte tempus, in viginti quatuor horas partitum, quo modo, & menſem triginta conſtare diebus dicimus, & annum 365. dies complecti. II. Ratione: Quia ſi dies in dinumeratione dierum Criticorũ non acciperetur pro ſpacio viginti quatuor horarum, iam menſis medicinalis non conſtaret quatuor ſeptenarijs, quod falſum eſt. Ad Hippocratem verò dicimus, cùm ait, Dies integros non poſſe numerari; hoc velle, non, quòd ſinguli non ſunt integri, ſed quòd omnes ſimul non habent ſeptimanarum integritatem. Nam deficit vna dies, & vltimus ſecundæ ſeptimanæ fit primus tertiæ, ac proindè communis. Eodem mo-

Obiectionis ſolutio.

An dies naturalis habeat locum in numeratione Criticorũ?

do

do reſpondetur ad rationem; Menſem cõſtare quatuor ſeptimanis; ſed ea ratione, vt tertia iungatur ſecundæ, & cum hac communicet per vnum diem, & proindè quatuor ſeptimanæ viginti ſeptem diebus contineantur.

Dies Criticus propriè, & exquiſitè qs; quis nõ exquiſitè, & impropriè.

His verò ſic explicatis, vt regrediar ad id, vnde fluxit oratio, dico; Diem Criticum propriè, & exquiſitè acceptũ, eum eſſe, qui ſupra decretorius, ex Hipp. & Gal. fuit conſtitutus: Non exquiſitè autem, & impropriè Criticum eſſe illum, qui index fuit vocatus, vel quemlibet etiam alium diem, qui Criſin videt: Nos verò per diem Criticum intelligere vtrumque. Et hæc de Quid nominis diei Critici, ſeu Decretorij.

CAPVT. III.

Quid rei dierum Criticorum, id eſt, definitio proponitur, eaque declaratur.

Qui dies criticus definiendus.

EXplicatis ijs, quæ ad Quid nominis pertinent dierum Criticorum; Quid ipſius rei definitione nobis explicandum eſt. Cæterum, cum nos, vt diximus *ſuperiori c.* diei critici nomine intelligamus diem tum exactè, tum non exactè Criticũ; ideò communis nobis vtrique definitio adferenda eſt; talis tamen, per quam, nõ ſolum difficultates omnes diſſoluantur, ſpectantes ad hanc tractationem; ſed etiam ſaluentur omnia attributa, ab Antiquis diebus Criticis adſcripta. Diem igitur Criticum definio, *quòd ſit dies decernens, de pugna, ac contentione morbi, & naturæ, per euidentem mutationem ægri, ad ſtatum contrarium, ob quandam illius proprietatem.* In qua definitione duo præcipuè notanda ſunt, cauſa formalis dierum Criticorum, & cauſa efficiens.

Definitio diei Critici, & eius conſideratio.

Ratione cauſæ formalis, *ex Hipp. & Gal.* dictũ eſt, quòd decernat dies Criticus de pugna morbi, ac naturæ, quoniam eſt arbitra, ac iudex. Hoc verò facit per euidentem mutationem, ad ſtatum contrarium. Quoniam, ſi in pugna vincit natura, decernit per mutationem à morbo ad ſanitatem, vel meliorem ſtatum; ſi morbus ſuperat, per mutationem ad mortem, vel peiorem ſtatum. Et hoc ſumma cum ratione: quoniam, ſi Criſis eſt tum bona, tum mala; etiam dies Critica poterit decernere tùm benè, tum malè. Eſſe autem diem Criticũ, diem aliquem determinatum, vel inde patet: Nam cùm criſis ſit motus, & omnis motus fiat in tempore, neceſſario dabitur aliquod tempus determinatum, in quo talis motus fiet. Tale autem nullum eſſe poteſt aliud quàm dies criticus, de hoc motu decernens.

Cauſa formalis dierum criticorum.

In gratiam cauſæ effectricis diei Critici, addita ſunt hæc verba; *Ob quandam illius proprietatem.* Fit enim criſis, potius in vna die, quàm in altera, ob illius diei proprietatem. Hæc verò proprietas duplex eſt; innata, & acquiſita. *Innata non eſt cognita,* niſi per experientiam. Idcircò meritò huius proprietatis vna dies potius, ac magis, quàm altera iudicat, vel ad bonum, vel ad malum; quia experientia compertum eſt, diem hanc habere talem proprietatem, illum aliam. Hinc mutatio facta ſexta die, quæ tyrannica dicitur, potius ad malum erit, quoniam experientia docet, huic diei non eſſe fidendum. Sicuti econtrà experientia notum eſt, in ſeptima die fieri mutationem ad bonum, & fidam. Atque huius ſn̄iæ fuit ipſe magnus Hipp. Nam in explicandis diebus Criticis, & eorum viribus, teſte etiã Auicenna, ſola experientia fuit contentus. Quod vt melius intelligatur, ſciendum,

Cauſa efficiens dierum criticorum, eſt quædã illorum proprietas, eaq; duplex

Innata proprietas dierũ criticorũ quę

Hippocratis de efficiente cauſa Criticorum dierũ ſententia.

dum, Hippocratem ſeptenarium agnouiſſe, tanquam naturæ legem, qua veluti exemplari omnia diſpenſentur, ſicut *Ariſtoteles* 1. *de cœlo, cap.* 1. agnouit ternarium tanquam naturæ legem, qua naturalia omnia digerantur. Hinc *lib. de principijs, ſeu, vt vulgò inſcribitur, de carnibus*, dixit Hippocr. vitam hominis ſeptenarijs diſpenſari; & *in epiſtola ad Theſſalum filium*, numerorum rationẽ ad ægrorum iudicia conferre aſſeruit: ac neceſſitatem naturæ, & cur per ſeptenarios ſingula diſpenſentur, pollicetur *in lib. de æuo*, aliquando ſe explicaturum. Cæterum, vt dixi, neglecta hac explicatione, totam hâc rem reijcit in obſeruationem, & experientiam. Obſeruauit enim naturam, dum regulariter, ac certo motu humores regit, imparibus diebus mouere. I. Quia vidit pariũ Criſes eſſe imperfectas; imparium perfectas. II. Quia nouit, quemlibet ſeptenarium habere indicem, in quo ſi ſigna coctionis appareant, Criſis ſalutaris ſeptima die expectãda ſit. III. Quia expertus eſt, morbos acutos diebus paribus exacerbari, ideò Criſin eiſdẽ diebus fieri ſtatuit. Nam *ex* 4. *de morbis*, humore collecto fit exacerbatio, à qua natura irritatur, hinc Criſis. Et ob id *eodem loco* Cathartica exhibere diebus imparibus vetat. Quia ijs ſi exhibeantur, violentè nimis, & profusè ſuccedit expurgatio. *Acquiſita proprietas* dierum Criticorum eſt, quæ ex cauſis dependet extrinſecis, de quibus accuratiùs capite ſequenti.

Acquiſita dierũ Criticorum proprietas quæ?

CAP. IV.

De cauſis dierum Criticorum ſententia proponitur, & rationibus, ac auctoritatibus adſtruitur.

Cauſas, ex quibus pendet dierum Criticorum proprietas, non ita facilè eſt determinare, ob varias Scriptorum ſententias. Ego tamen hac in re duo faciam: I. enim eam ſentẽtiam in medium adducam, quæ & probabilior mihi, & magis cõſentanea Galeni opinioni videt. Deinde alias ſententias confutabo. Dico igitur, adſcititiam dierum Criticorũ cauſam, duplicem eſſe; aliam principalem, aliam ſine qua non Principalis eſt adſpectus ſiderum cęleſtiũ, merito cuius Criſes, & iudicationes morborum fiunt per ſeptimanas, & quaterniones, vt declarabo. Cauſa ſine qua non duplex eſt, Natura, quę eſt omnium morborum medicatrix: nec non particularis acceſſio, ob quã in vehementiſſimis acceſſionibus, & morbi, acceſſioniſq; exacerbationibus, eiuſdẽq; morbi vigore, fiũt criſes

Adſcititia dierum Criticorũ cauſa principalis.

Dierũ Criticorũ cauſæ ſine quibus nõ.

Quomodo autem vnaquæque harum cauſarum concurrat, per ſeptimanas, & quaterniones ad mouendum, ſigillatim ita declaro. *Primùm igitur concurrit adſpectus ſiderum cœleſtium*, id eſt, Lunæ, tùm cũ Zodiaci, quem peragrat, ſignis, tùm potiſſimũ verò cum Sole. Nam cùm Luna, ſua natura opaca, à Sole recipiat lumen, ideò & varijs modis reſpectu noſtri figuratur; & diuerſi quoque adſpectus illius fiunt, dum pertranſit circulum Zodiacum. Hic verò tranſitus cùm fiat per ſeptimanas, & quaterniones; ideò Criſes etiam, & iudicationes fiunt per quaterniones, & ſeptimanas. Hinc in quarta, ſeptima, decimaquarta, vigeſima, & alijs diebus ſubſequentibus iudicatorijs, ſuprà propoſitis, morbus iudicatur. Quòd autem motus hic Lunæ per quaterniones, & ſeptimanas progrediatur, facilè erit intelligere, ſi priùs explicatum fuerit, quot diebus Luna perficiat hunc ſuum motum, ſub circulo Zodiaco. Quod vt intelligatur, illud ſcire oportet, ſecundùm Aſtrologos, Lunæ, pro varietati ſui motus

Quomodo cauſa principalis concurrat ad dies Criticos cauſandos.

Menſes Lunares apud Aſtrologos tres.

motus, tres menſes adſcribi. Primus eſt *coniunctionis*, ſeu conſecutionis, & eſt totum illud tempus, quod inter vnam, & aliam coniūctionem Lunæ cum Sole interiacet, & continetur diebus viginti nouem, horis duodecim, minutis quadraginta Secundus mēſis eſt *peragrationis:* quo Luna ab vno puncto Zodiaci recedens, ad idem punctū integro circuitu emenſo redit, & eſt dierum, viginti ſeptē, horarum octo. Tertius menſis eſt *illuminationis*, & eſt interuallum, à primo adſpectu naſcentis Lunæ, vſq; ad vltimum diem euaneſcētis, quod vt plurimum eſt dierum viginti ſex, horarum duodecim. Quibus ſi addātur dies tres, quibus Luna deliteſcit, & euaneſcit, fit menſis primus. Atque hi ſunt menſes Lunares, ſecundùm Aſtrologos. Cæterùm, cùm nulli horum, dierum Criticorū computatio quadret: *non menſi peragrationis:* quia iuxta hunc Criſis nec fiet in vigeſimo, nec in vigeſimo primo die; ſed inter hos, cùm menſis huius tres ſeptimanæ faciāt dies viginti, & horas duodecim, qui horarum numerus, medius eſt inter vigeſimū, & vigeſimum primum. *non menſi coniunctionis*: quoniam huius ſeptimanæ ſunt longiores, quā deceat, & tres eius ſeptimanæ vltra vigeſimū diem progrediuntur, ad vigeſimū ſcilicet ſecundū, cū tribus horis, *nō menſi illuminationis*: quia ferè indeterminatus eſt, & modò breuior, modò longior: hinc Gal. excogitauit quartum menſem, *medicinalem* ab ipſo vocatum, qui, ex menſe illuminationis, & peregrinationis, ſimul conſutis, conflatur: eoque conſtituto, exiſtimauit omnia, quæ ab Hipp. de diebus Criticis dicta fuere, poſſe ſaluari. Statuit autem Gal. hunc mēſem ex illis duobus conflari, in hunc modum. Nam ſimul iunctis illis duobus, habentur dies quinquaginta

Menſis Lunæ Medicinalis Galeni, & cur ab eo excogitatus?

tres, & horæ viginti: quorum dimidium erit, dierum viginti ſex, & horarum viginti duarum: ex quibus naſcitur menſis medicinalis, cuius quęlibet ſeptimana erit ſex dierum, & ſeptendecim horarum, cum dimidia; duæ verò ſeptimanæ dierum tredecim, & horarum vndecim: tres ſeptimanæ dierum viginti, & horarum quatuor cum dimidia. Quare non attingent vigeſimum primum diem, & ſic potius vigeſimus erit Criticus. Pari modo quatuor ſeptimanæ facient dies viginti ſex, & horas viginti duas, & vigeſimum octauum non attingent, & ſic vigeſimus ſeptimus erit Criticus: ac ſic de alijs. His verò ita explicatis, facilè eſt intelligere motum Lunæ per circulum Zodiacum progredi per quaterniones, & ſeptimanas. Nam in hoc motu occurrit primus adſpectus, ſextilis, ſeu Hexagonus ſiniſter dictus, ferè in quarto die: ſecundus. quadratus, ſeu Tetragonus ſiniſter vocatus, die ſeptimo: tertius, adſpectus trinus, ſeu Trigonus ſiniſter appellatus, die vndecimo: quartus, ſub oppoſitione, Diameter nominatus, die decimoquarto: quintus, Trigonus dexter, die decimoſeptimo: ſextus, Tetragonus, ſeu quadratus dexter die vigeſimo: ſeptimus, ſextilis, ſeu Hexagonus dexter, die vigeſimoquarto: octauus in coniunctione, die vigeſimoſeptimo. Quæ ſingula verum habent, ſiue comparationē inſtituas Lunæ cum Sole, ſiue ſeparatim cum vnoquoque eorum, quæ in Zodiaco circulo ſunt, ſignorum. Ex ijs verò omnibus luce clarius apparet, Lunam, ſuo lumine, ac motu, mouere per quaterniones, ac ſeptimanas: quare, & iudicationes, & Criſes ſic fieri; vt meritò certum eſſe, & conſtitutum debeat, Criſin pendere ab adſpectu ſiderum, tanquam à cauſa principali, per quaterniones, ac ſeptimanas.

Quomodo Luna moueatur per quaterniones, & ſeptimanas.

Quomodo concurrāt ad dies criticos cauſæ ſine quibus.

primanas. *Quomodo verò, ſecundo loco, concurrant ad dies,* Criticos, tanquam cauſæ, ſine quibus non, Natura quoque, & particulares acceſſiones, facilè eſt, & ipſum declarare. Natura ſi quidem, & particularis acceſſio, ſicuti cætera ſub Luna omnia, cōcipiunt virtutē cęleſtem ab aſtris. Quare, cùm Cœlum, media Luna, imprimat virtutem per quaterniones, & ſeptimanas; Ergo natura, & particularis acceſſio, eodem modo agere debent. Et ad hoc reſpiciens *Ariſtoteles*, 1. *Meteor.* dicebat, Mundū hunc inferiorem, contiguum eſſe ſuperioribus lationibus, vt inde omnis eius virtus gubernetur.

Probatur, adſpectū Lunæ, prīcipale eſſe, dierū Criticorum cauſam

Quòd autem Criſis cauſæ hę, quę allatæ ſunt, conſtituendæ ſint, probo tùm auctoritatibus, tùm rationibus, eo priùs conſtituto, in Criſi fieri mutationē cum excretione, vel abſceſſu, ſecūdùm ordinem perpetuum, ac cum fide, & ſecuritate. *Quòd igitur adſpectus Lunæ ſit cauſa dierum Criticorum, & quidem principalis,* in hunc modum, ratione oſtendo. Effectus, qui perpetuo quodam ordine, ac ſecurè fit, neceſſariò dependet à cauſa principali impermutabili. Sed vis dierum Criticorum, effectus eſt, qui ſemper eodem progreditur ordine, & eadem ſecuritate. Ergo pendet à cauſa impermutabili Talis verò cauſa eſt motus aſtrorum. Ergo vis dierum decretoriorū, neceſſariò pendet ab aſtrorum motu. Sed inter aſtra Luna, nobis magis vicina, humoribus magis præſidet, qui in Criſi vel excernuntur, vel deponuntur, ad partem ignobiliorem. Ergo dies decretorij pendent à motu Lunæ, tanquam á cauſa principali. Confirmatur hæc ratio auctoritate Gal. 3. *de diebus Criticis, per totum*, vbi ſententiam hanc, de motu Lunæ, ex profeſſo nobis tradit.

Probatur, naturam, & particulare acceſſionem, cauſas eſſe dierum Criticorū, ſine quib. non.

Quòd verò vis dierum Criticorum requirat aliam cauſam, ſine qua non, quæ eſt natura, & particularis acceſſio, hæc ratio euincit. Vis dierum Criticorum in eo eſt conſtituta, vt humor noxius, vel expellatur, vel ſaltem deponatur. Sed hęc non poſſunt fieri ſine cauſa expellente, & deponente. Ergo vis dierum Criticorum ſupponit cauſam expellentem, & deponentem. Talis nulla alia eſſe poteſt, quàm natura, non ſolùm ideò, quia hæc coquit, ſecernit, & humores expellit, ſecundùm Gal. verùm etiam, quoniam abſolutè morborum eſt medicatrix, ſecundùm Hipp. *vt in tractatu de Criſi,* ſtatutum fuit. Ergò vis dierum Criticorum non perſiſtit ſine natura. Cęterùm, quoniam natura, in expulſione, indiget ſtimulo, ac impellente. Ergò vis dierum Criticorum non eſt ſine impellente. Tale nihil eſſe aliud poteſt niſi vehemēs morbi acceſſio, cum humore noxio, à quo dependet. Ergò vehementia acceſſionis, eſt cauſa ſine qua non dierum Criticorum. Huic rationi accedit auctoritas, tùm Hippocratis, tùm Galeni: Hipp. ſiquidem 6. *Epid. com.* 3. *text.* 1. ſtatuit, naturam eſſe morborum medicatricem. Quare, cùm medicatio hæc fiat ſtatutis quibuſdam diebus, natura erit ſaltem cauſa ſine qua non horum dierum. Pariter Gal. mille in locis, præcipue 4. *aph.* 22. ſcribit, Naturam prius coquere, deindè expellere. Ergo vult ſtatuto tempore eam morbos ſanare. Ariſtoteles quoque 5. *Phyſ. cap.* 6. vocat Criſin, factam die cretorio, alterationem ſecūdum naturam, quaſi vis huius diei à natura maximum recipiat momentum. Sed & præter naturā, concurrere etiam particularem acceſſionem, ad vim dierum Criticorū conſtituendam, colligitur *ex Gal.* 1. *aph.* 19. vbi habet, Criſin fieri præcipuè in morborum acceſſionibus, & exacerbationibus. Cùm autem criſis

fiat

fiat in die decretoria; Ergo vis huius diei non perſiſtit ſine particulari acceſſione. Ex quibus omnibus id tandem euadit manifeſtum, quod probãdum erat, fieri ſcilicet Criſes, & iudicationes, diebus quibuſdam, agente natura, coagente verò, & irritante acceſſione; fieri verò diebus certis quibuſdam, & cõſtitutis, quia eadem natura, & eius ſocia cauſa coagens, acceſſio ſcilicet, regitur à motu aſtrorum.

CAP. V.

Remouentur ea, quæ contra cauſas dierum Criticorum aſſignatas, poſſunt adferri.

QVia contra ea, quæ ſuperiori capite determinata ſunt, varia à varijs adduci ſolẽt, quæ dubia illa, & incerta poſſint reddere; ideò operæprecium viſum eſt, ſigillatim ea in medium proponere, & propoſita diſſoluere.

Obiectiones contra cauſam principalem.

Contra cauſam igitur principalem hæc obijciuntur. I. Si Luna eò, quòd per quadras, & ſeptimanas mouetur, eſſet cauſa dierum Criticorũ: Ergo quadræ, & ſeptimanæ Lunæ concurrerent ſemper cũ morbi quaternionibus, & ſeptimanis. At hoc rariſſimè accidit. Ergo. II. *Si à Luna* dependeret Criticorum dierum ratio, Luna poſſet ſtatui cauſa dierum Criticorum, ſolùm vſque ad diem vigeſimum ſeptimum; nequaquam verò vltrà tùm, quia ſic alij dies erunt extra mẽſem Lunarem: tùm, quia poſt vigeſimum, perit vis quaternionum, ſoli ſeptenarij ſunt Critici: ſicut poſt quadrageſimum, perit vis ſeptenariorum, & ſolui vicenarij sũt Critici. III. *Fracaſtorius ſic* arguit. Omnis actio fit per contactum, vel Phyſicum, vel Mathematicum. Ergo, ſi cęlum cauſa eſt horum dierum effectrix alterutro horum agat, neceſſe eſt, iam cùm certum ſit, cœlũ agere contactu Phyſico, non Mathematico; Ergo, ſi eſt dierum horum cauſa, ab eo neceſſariò emittitur aliquid, vel corporeum, vel incorporeum, Non corporeum: quia imminueretur ſenſim. Ergo incorporeum, & ſpirituale, nempe qualitas contrario carens, & quæ momẽto diffundatur, vt lumen tũc qualitas hæc, aut primas qualitates producit, vt lux calorem; aut vim aliquam fugandi, trahendi: & conſequenter Criſe, fiunt, vel à vi illa, vel à cœleſti lumine nõ à vi illa; cùm hæc omnia inſint magis propriè indiuiduis. Ergo à cœleſti lumine. At lumen nõ magis vna die, quàm altera calorem ſuggerit, niſi quà magis, vel minùs ad terram reflectitur, quod in Sole accidit, vbi propinquior eſt, vel directior; in Luna verò, quando plus luminis à Sole accipit; quod accidit, vbi à Sole magis remouetur. Quod ſi verum eſt, ſequitur, cum octaua die magis remoueatur, quam ſeptima, & plus luminis tũc impertiatur, Ergo octaua, & nõ ſeptima, erit Critica. Multæ aliæ rationes adduci poſſent, contra hanc cauſam principalem. Sed quoniam in id omnes videntur tendere, vt probent vim dierum Criticorum à ſolo aſtrorum adſpectu non pendere; ideò conſultò eas omittimus, tanquam illi, qui ita tenemus, non à ſolo aſtrorum adſpectu eas pendere, ſed cõcurrere etiam cauſas ſine quibus nõ, vt ſuperiùs ſtatuimus. Vnde non immeritò Aſtrologi reprehenduntur, vt qui ſolùm adſpectum illũ nouerunt: Gal. verò omninò recipiendus eſt, ac ei gratiæ habendæ, tanquam ei, qui & adſpectus, & cauſas ſine quibus non cognitas habuit, vt ſæpiùs eſt demonſtratum ſuperiùs.

Contra

Obiectiones contra cauſas ſine quibus no.

Contra cauſas ſine quibus non aſſignatas hæ ſunt inſtantiæ. 1. *Si natura eſſet cauſa.* dierum Criticorum, talis eſſet, vel propria facultate, vel acquiſita. Si propria; Ergo non erit cauſa ſine qua non, ſed principalis, & fruſtra erit adſpectus cœleſtis. Si aquiſita; Ergo à cœlo: atque tunc ageret, prout à cœlo: mouentur. Sed cœli actio, atque ſiderum adſpectus, per rationes ſupra propoſitas reiectæ ſunt. Ergo. II. *Si acceſſio particularis* eſt cauſa Criticorum; Ergo, & humor, qui acceſſionem hanc facit, illorum erit cauſa Quare, cùm Bilis tertio quoque die moueatur, Pituita quotidie; Melancholia quarto quoque die, non quarta, non ſeptima, nõ alijs diebus Criticis fiet Criſis, ſed tantùm die motus humoris.

Obiectionũ propoſitarum ſolutiones.

Sed his omnibus nullo negocio reſpondetur. Quantum igitur ad ea, quæ contra cauſam principalem adducta ſunt. *Ad 1. duplex adferri reſponſio poteſt.* Primũ enim reſpõdet; negãdo, ꝙ aſſumitur nõ coincidere, ſcilicet quartas, & ſeptimanas Lunę, cũ quaternionibus ſeptimanis morbi. Nã tametſi vis dierum Criticorũ à Lunæ, ac Solis adſpectibus potiſſimũ pendet, tanquã à cauſa, quemadmodum dictum eſt; non tamen excludũtur interim, ab huius cauſæ ratione, adſpectus quoque eiuſdem Lunę, cum alijs Zodiaci ſignis. Vnde duplices quartæ, & ſeptimanæ Lunæ conſtitui poſſunt; aliæ quidem iuxta adſpectus eius varios cum Sole; alię verò iuxta diuerſos eiuſdem adſpectus, cum ſideribus Zodiaci cæteris. Eſto igitur, non coincidant ſemper quartæ, & ſeptimanæ priores, cum quaternionibus, & ſeptimanis morbi coincident tamen ſemper poſteriores. Nam incipiat quis ægrotare v.g. Luna tenente in Zodiaco Arietem, quarto & ſeptimo die, eoſdem cum illo ſigno adſpectus habebit, ſi ab illo dinumerentur, quos habere aliàs conſueuit, cum Sole, ſi ad eum conferatur. *(Obiectionis primæ ſolutio prior.)*

Solutio altera eiuſdem obiectionis.

Verùm enim verò, quia dictum eſt, potiſſimúm pendere dierum Criticorũ vim à Luna, vt varios cum Sole adſpectus efficit; ideò reſpondetur II. concedendo, quartas & ſeptimanas Lunæ non concurrere ſemper, & coincidere cum quaternionibus, & ſeptimanis morbi, vbi tamen concurrant; faciliorem, feliciorem que fieri Criſin. Nec tamen valet. Non fit hic concurſus; ergo iſte concurſus non eſt cauſa principalis. Reſpondetur enim, adſpectum tunc cõcurrere virtualiter, quatenus ſcilicet, natura cõcepit virtutem illam ab aſtris. Nam natura ſemper, in his quæ plerumque fiunt, ſecundũ Auerrhoem, ducitur ab intelligentia non errante: & ſic, hoc in ſenſu, ſcilicet, nihil eſt reperire in hoc ſublunari mundo, quod non ſit refertum virtute cœleſti, ac elementari. Qua ratione ductus Ariſtoteles, ſemen vocauit, & materiam, & efficiens: materiam, ratione virtutis elementari; efficiens, ratione cœleſtis. Quare extra concurſum illum ſeptimanarum, & quartarum, natura erit veluti cauſa principalis, quatenus ſcilicet, dies certos, ac conſtitutos Criticos non permutat, ſed conſeruat.

Inſtantiæ cuidã reſpõdetur.

Nec obſtat, quod objicitur, cauſam ſine qua non, non poſſe eſſe cauſam principalem. Quoniam talis cauſa, licèt nunquam dici poſſit cauſa principalis independenter, poteſt tamen dici principalis dependẽter: quo modo natura circa motum, per quaterniones, & ſeptimanas, dependet à cœlo. Vel dicendum, quod idem, reſpectu diuerſorum, eſſe poteſt, & cauſa principalis, & cauſa ſine qua non: modò natura eſt cauſa principalis abſentibus quartis, & ſeptimanis Lunæ; & quatenus expellit, eſt cauſa ſine qua non, illis præſentibus.

tibus. Sed quomodocunque dicatur, illud certum eſſe debet, extra concurſum iam dictum, ſolam naturam eſſe cauſam ſufficientem dierũ Criticorum. Id quod eo magis credendum, quoniam natura nũ ſolùm modo illo qui allatus eſt, certos dies ſibi eligere potuit: ſed ex illo etiam quòd DEVS Opt. Max. legem illam naturæ impoſuiſſe videtur, cùm & diei ſeptimæ benedixerit, & filijs Iſrael eum commendarit, & eodem ab operibus ſuis quieuerit; vt non ſit mirum, ſi natura moliatur Criſes per ſeptimanas, & ob id per certos ac conſtitutos dies quando hac ratione acquirit aliquid immutabilitati, vt ordine quaſi perpetuo, & cum fide, ac ſecuritate agere videatur. Nec in hac explicatione tranſcendimus de genere in genus, non ſolùm, quia Medicina donum eſt DEI, & poteſtas eius ordinaria, *ex Hipp. lib. aere, locis & aquis*; verùm etiam, quia Ariſtoteles idem de Deo, ac natura, affirmare fuit auſus: aſſerens, Deum ac Naturam nihil agere fruſtrà. Ad II. ferè eodem modo reſpondetur, Nam etiam finito menſe Lunæ, adhuc vis dierum Criticorum ſubſiſtit, merito naturæ, vt explicauimus. Quo accedit, quòd finito menſe Lunæ alter ſuboritur, & fit noua Luna, vt nunquam natura deſtituatur influxu cœleſti. Et hæc vnica eſt cauſa, propter quam adeò celebrata illa ſit apud Scriptores veteres. Nam quanquam rationis ſit & conſilij expers, tamen his quaſi niti videtur, cùm certo, & conſtanti ordine motus ſuos, edat *teſte Gal. 2. de dieb. decret.* habeat etiam [*ex Hipp. 1. de diæta*] fatalem vitæ mortis neceſſitatem, vias item occultas, per quas humores noxios à ſe euictos, & ſeparatos expellit, vt iure morborum medicatrix cenſeatur. Hinc Plotinus eam veluti magnam vocat; Zeno, artificioſum ignem, quaſi viam habeat, quam ſequatur, Anaxagoras, mentem, Quòd ſi à ſcopo aliquando aberret: id contingit, ſi impediatur, aut laceſſatur, vel à morbi ſæuitia, & malitia; vel à cauſæ vehementia; vel ab acceſſione; (vt quando Criſis non fit quarto die, ſed tertio, vel quinto:) vel ab aliqua cauſa externa. Si verò obiter quis quærat, quidnam ſit hæc natura? ei breuiter reſpondetur; eſſe facultatem animæ diſpenſantem, ac regentem corpus, quę naturalis dicitur; cuius inſtrumenta ſint, primarium quidem, temperies partium, quippè quæ ad omnes operationes eius primariò concurrit, ſecundariũ verò, calor inſitus, ſeu ſpiritus innatus, quippè qui eam licèt primaria ratione conſeruet, ſecundariò tamẽ ſolummodo actiones eius conducit. Qua de re fuſiùs * *in Quæſtione noſtra, De ſede facultatem principum*. Ad rationem Fracaſtorij reſpõdeo, eam ſupponere complura falſa, & ideò nullam eſſe. Falſum enim eſt I. Omnem actionem fieri per contactum, cùm hoc tantùm verum ſit de agente in materia cum paſſo communicante. Falſum eſt II. Cauſam, quæ in indiuiduis eſt, non eſſe cauſam Criſis, quemadmodum patet ex ſuperioribus. Falſum eſt III. Ab aſpectu aſtrorum pendere vim dierum Criticorum, tùm pręcipuè, cùm Luna plus habet luminis. Nam, vt ſupra declaratum fuit, certus ordo, & ſecuritas horum dierum pendet à Luna, vt recipit lumen à Sole, non ſimpliciter, ſed vt mota ſub Zodiaco. Vnde, cum in hoc motu varios producat adſpectus, atque hos ipſos per quaterniones, & ſeptimanas, ab eo diebus Criticis propria vis accedit. Sed eſto etiam, pendeat vis hęc à maiori Lunæ lumine, non tamen ſequetur vnquam, octauum diem, & non ſeptimum eſſe Criticum, ſed id tantùm,

Natura videt̃ Criſes moliri per ſeptimanas ob cauſam ſupernaturalem.

Obiectionis ſecundæ ſolutio.

Naturæ encomia apud veteres.

Naturæ cur aliquãdo à ſcopo aberret?

Natura quid?

* *lib. de ingreſſ. ad infirm. ſub fin.*

Obiectionis tertiæ ſolutio.

tantùm, vnum eſſe ſolum die perfectè Criticum, nimirum decimumquartum, quoniam in illo ſolo, integram vim luminis, Luna poſſidet. Atqui hoc non tantùm contra auctoritatem eſt Hippocr. *in lib. de princip. & Gal. 1. de dieb. decret. cap. 4. & 2. ibid. cap. 7.* ſed & contra ipſam experientiam, quæ docet, ſeptimum decimoquarto, non tàm ordine, quã vi, & dignitate, antecellere. Verùm, vt dixi, Fracaſtorius decipitur, qui nullam adſpectuum Lunæ, ſed ſolius luminis, habet rationem.

Solutio obiectionum cõtra cauſas ſine q. bus non.

Iam rationibus contra cauſas ſine quibus non, hunc in modum ſatisfiet. *Ad I. reſpondetur*, Naturam agere virtute tùm propria, tùm acquiſita, *propria*, quatenus expelit Criticè humores, & hac ratione eſt cauſa principalis ſimpliciter. *acquiſita*, quatenus agit certo, & perpetuo ordine, cum ſecuritate, & fide, & ſic eſt cauſa ſine qua nõ. Dixi verò: Merito expulſionis Criticæ. Naturam eſſe cauſam principalem ſimpliciter, quia alia ratione poteſt dici etiam cauſa principalis ordinis, & ſecuritatis, ſed ſecundũ quid, quatenus ſcilicet cõcepit in ſe virtutem cœleſtem. Nec obſtant his, quæ diximus, quòd contra virtutem cœleſtem adductæ ſint rationes. Nam eæ iam ſunt diſſolutæ.

Solutio primæ.

Solutio ſecundæ.

Ad II. dico, verũ id futurum, quod concluditur, ſi ſola acceſſio, & humor concurrerent ad faciendam Criſin. Sed quia requiritur præter ea, adſpectus aſtrorum, requiritur natura, requiritur vehementia acceſſionis coctio item materiæ; iccircò in diem motus humoris nunquam referẽda eſt Criſis ſimpliciter, & abſolutè: ſed benè illud affirmandum, diem Criſis aliquando coincidere cum die motus humoris. Hinc dum de Criſi egimus, eam & die pari, & impari pro diuerſitate humoris accidere affirmauimus. Verũ.

An dies impares fortiores ſint in iudicãdo paribus

Quoniam ex dictis oritur dubitatio non leuis: *An ſcilicet dies impares ſint fortiores paribus in iudicando?* ideò de ea breuiter aliquid dicendum. Ac ſanè quidem hac in re Hippocr. & Gal. ſecum ipſi pugnare videntur. Nam *Hipp. 3. Epid.* 85. in hiſtoria virginis Laryſſeæ, quaſi portentum aliquod referens, febrem dicit ſolutam eſſe ſexto die, & non reperiſſe, cùm morbo ſoluto in die ſexto fieri ſoleat recidiua. Ampliùs 4. *aph.* 61. Niſi febris die impari deſierit, eam ſolere recidere, affirmat: & 4. *acut.* 56. & 73. tùm ab Hippocr. tùm à Galeno, ſoli dies impares ad iudicandum idonei proponuntur. Contrariam tamẽ partem, manifeſtè item auctoritas horum, Virorum, & experientia ſuadent, quoniam ex iis, & quartum, & decimumquartum, & viceſimum, eſſe decretorios, manifeſtum eſt, qui omnes tamen ſunt pares. Hæc res, vt decidatur, illud ſciendum eſt, dies Criticos poſſe eſſe, & pares, & impares; vt plurimùm tamẽ eſſe impares.

Quartò dietur rariſſimè Criſes.

Nam quartus dies, & ſi decretorius eſt, raro tamen iudicat morbos; quoniam morbi, qui terminãtur in quarto, ſunt peracuti extremè, & fiunt à bile, quæ diebus imparibus mouetur; quo fit, vt ferè ſemper tertius, & quintus dies ſubripiant Criſin quarto; ita vt Archigenes, toto vitæ ſuæ tempore, bis tantùm. Gal. verò ſemel ſolummodò in die quarto, Criſin viderint. 3. *de Criſſib.* 4. Nec obſtat, quòd quartus dies ſãguineas febres iudicat. Nam *ex Gal. eodem in loco*, præterquàm quòd rariſſimæ hæ ſunt febres, etiam propter errores, ferè ſemper diebus, ante, aut poſt quartũ, imparibus iudicantur. Accedit, quòd idẽ *Gal. 2. de diff. febr. 9. & 2. de Criſib.* 12. febres ſanguineas, eò quod pars tenuis, quæ in ſanguine craſſam ſuperat, bilis naturam ſapit, quodammodò biliosas appellat, quarum eſt

diebus

diebus imparibus iudicari. Iam verò dies decimuſquartus, & vigeſimus impares ſunt. Nam licèt, facta computatione, à primo die morbi, pares ſint; tamen ſi eadem fiat, vt fieri debet, à primo die ſuæ ſeptimanæ, vnuſquiſque eorum eſt impar, decimuſquartus ſcilicet ab octauo computatus, & vigeſimus à decimoquarto. Vnde Gal. quoque 4. *acut.* 56. hos inter impares numerauit. Sed præter hæc etiam dici poteſt, modò pares, modò impares dies Criticos feciſſe Gal. & Hipp. pro diuerſitate humoris, à quo fiunt morbi, qui quidem humor, vel pari, vt Pituita, Sanguis, Melancholia; vel impari die mouetur, vt Bilis; humor autem ad vim dierum Criticorum concurrit, quatenus efficit acceſſionem

Ex his verò, quæ tùm hoc, tùm ſuperiori capite dicta ſunt, facilè, ni fallor, cuiuis patet; noſtram de cauſa dierum Criticorum ſententiam, firmam eſſe, ac maximè probabilem. Pro cuius complemẽto, ſi quis à me quærat: *An in Criſi mala dies pariter ſint determinati, & Critici, ſicut in bona, & ex quibus in cauſis fiant?* ei reſpondeo, malam etiam Criſin fieri aliquando in diebus decretorijs, & ab iiſdem cauſis prædictis pendere, ſed per accidẽs, cùm vnum, & idem non poſſit eſſe cauſa contrariorum, niſi per accidẽs. Quare Criſis malæ cauſa erit natura, vbi irritatur, vinciturque: ſimiliter, & vehementia acceſſionis, quæ fit vincente morbo. Et quoniam natura concepit virtutẽ illam à cœlo, agendi per quaterniones, & ſeptimanas; hinc Criſis etiam mala per quaterniones, & ſeptimanas fieri poteſt. Quòd ſi ruiſus quis quærat: *Vnde nam ſit, quòd aliquibus citiùs aliquibus tardiùs Criſes accidãt?* v.g. aliquibus quarto, ſeptimo, decimoquarto; aliquibus verò vigeſimo, & vigeſimo ſeptimo die? Huic reſpondeo, accidere id duplici de cauſa, ob materię ſcilicet diſpoſitionem, & ob vim cauſæ agenti. Si enim humor ſit calidus, tenuis benignus, faciliùs edomatur, celeriùs coquitur, & excernitur; ſi frigidus, craſſus contumax, contrà. Pariter, ſi natura valida ſit, celeriù, faciliuſque coquit, & excernit; ſi infirma, contrà. Sed iam aliorum, de cauſis dierum Criticorum, opiniones nobis examinandæ ſunt.

An in Criſi mala Critici dies ſint determinati, ſicut in bona, & quę eorũ cauſæ?

Cur alijs citiùs, alijs tardiùs Criſes accidant?

CAP. VI.

Pythagoricorum, de Cauſis dierum Criticorum, opinio refellitur.

EX opinionibus peruulgatis, de dierum Criticorum cauſis, ſiue antiquitatem ſpectes, ſiue ſubtilitatem, prima occurrit opinio Pythagoræorum; qui à numeris omnia pendere, & in illis omnia conſiſtere rati, numeros, & cauſas efficientes, & ſubſtantias conſtituunt; ac proindè impares mares, perfectos, indiuiduos, ſecundos, nominant. Hi igitur iudicationes dierum numero adſcribunt, & ſeptenarios decretorios, quaternarios indices conſtituunt, eo quòd hi numeri maximè digni ſunt, & maximis viribus præditi. Ac ſeptenarij quidem vis, & dignitas, quanta olim fuerit, vel ex eo ſatis patet, quod Veterùm quidam eum ſacrum, & venerandum appellarunt; alij verò numerum maioris, & minoris mundi. Quaternarium verò, numerũ perfectionis Pythagorici vocabant, per ipſum iurabant, animam eo conſtare aſſerebãt. Sed & quatuor ſunt humores in corpore; elementa quatuor in mundo; facultates naturales quatuor, anni tempora quatuor, cauſarum genera quatuor. Septenarij igitur, & quaternarij, ob dignitatem apud Pytagoricos

Pythagoræorũ ſententia, Criticorũ dierum cauſam eſſe vim, ac dignitatẽ numerorum.

Septenarij, et quaternarij dignitas.

goricos ſunt Critici: quemadmodũ & partus ſeptimeſtris, apud eoſdem, ob vim eiuſdem numeri, eſt vitalis.

Cur impares potius, quam pares Critici Pythagorici?

Potiùs verò impares dies Criticos ponunt, quàm pares; quoniam impares ſunt veluti maſculi, & ad agendum promptiores: (vnde magis adaptantur morbis, qui fiunt ab humoribus calidis, & magis agentibus quales ſunt morbi acuti) pares ſunt veluti fœminæ, & magis ad patiẽdum apti, quàm ad agendum: hinc accõmodantur morbis diuturnis, qui fiũt ab humoribus frigidis, craſſis, & magis ad patiendum idoneis.

Probatur hæc ſentẽtia, auctoritate Hippocratis.

Atque huius ſententiæ, volunt quidam eſſe Hippocratem ipſum, *in lib. de principÿs, 4. aph. 59. & 36. in Coacis prænotionib.* 127 *2. aph.* 23. *4. aph.* 61. quibus in locis videtur ſtatuere, dies impares eſſe Criticos, ex vi propria. Hæc igitur eſt Pythagoricorum ſententia, ſcilicet numeri dignitatem, ac vim, cauſam eſſe dierum Criticorũ.

Refutatur Pythagoræorum ſententia quinq; rationibus.

Cæterùm, hæc Pythagoreorum ſententia, multis modis falſa eſt. Id quod cùm plurimis rationibus poſſit demonſtrari, nobis tamen in præſenti quinque ſufficient. *Prima igitur ratio*, hanc ſententiã conuincens,
1. eſt: Quia ſi vera hæc eſſet ſententia, neceſſariò numeri haberent vim agendi. Atqui hoc falſum eſt: Quoniam actio omnis prouenit à ſubſtãtia, media qualitate. Numerum autem quantitatem eſſe, nulli non eſt
2. conſpicuum. II. *Ex Gal. 3. de diebus Criticis* 8. Si numerus per ſe haberet vim decernẽdi, acuti morbi ſemper diebus imparibus iudicarentur, vt qui à bile proficiſcuntur. At hoc ipſa experientia falſum eſſe demõſtrat.
3. III. *Ex eodem Gal.* Criſis eſt mutatio ſubita, ad ſalutem, vel ad mortem. At mutatio nulla fit à numero dierum, ſed eo menſuratur tantũ, quippè cum neceſſario in tempore fiat. Tempus autem eſt numerus motus,

ſecundùm prius, & poſterius. IV. *Ex* 4.
Ariſtotele, qui 12. Metaphyſ. ca. penult. & vlt. clarè reprehendit Pythagoræos, qui numeros ſubſtantias ſeparatas, & cauſas Entium ponere fuerint auſi. V. Si numerus eſſet cauſa 5.
dierum Criticorum; Ergo eſſet Ens per ſe, & naturale. Sed neutrum horum eſt. Non igitur dierum Criticorum cauſa eſt.

Numerus nõ eſt ens per ſe.

Non eſt Ens per ſe, propter tres rationes. I. Quia eſt multa ſimpliciter. *3. Phyſ. cap. 7.* vbi dicitur eſſe vna plura: & *10. Metaph.* vbi dicitur multa vna. II. Quia nunquam ex duobus fit vnũ per ſe, niſi vniantur, & vnum ſit forma, alterum materia. Atqui numerus conſtat ex vnitatibus, imò nihil aliud eſt, quàm multæ vnitates. Vnitates verò non vniuntur, nec habent rationem formæ, & materiæ. III. In genere ſubſtantiæ, ex vnitatibus non fit vnum per ſe. Ergo nec in genere quantitatum.

Numerus nõ eſt ens reale.

Non eſt Ens reale. I. Quoniam conſtat ex vnitatibus. Vnitas autem nõ eſt, niſi indiuiſio quędam. Hæc verò eſt negatio, ſeu priuatio, & conſequenter non Ens, ex quo vt Ens reale fiat, eſt impoſſibile. II. Quia Ariſtoteles id expreſsè dicit paſſim. *In prædicamentis ſiquidem ait*, In partibus numeri eſſe ordinẽ. At hic ineſſe ijs nulla alia ratione poteſt, niſi quatenus ab intellectu numerus percipitur, & conſequenter eſt Ens rationis. Atque hoc idem colligitur *ex 8. Metaph. & 3. Phyſ.* vbi numerus ſimpliciter eſt quædam plura vna: vnum verò, propter ſolum, plurium vnitatum inter ſe ordinem.

Obiectionis ſolutio.

Nec eſt, quod obijciat quis, Ariſtotelem *2. de Anima* ponere numerum inter obiecta communia ſenſuum: vnde ſequi videtur, eum eſſe Ens reale, ſenſu cognitum. Reſpondetur enim ex eodem Philoſopho, numerum ſolum ex continua negatione cognoſci, & ideò non aliter,

ac cœcitatem, tenebras, & alias priuationes, à ſenſibus percipi. Quanquam dici etiam poteſt, numerum numeratum eſſe obiectum ſenſus nō autem numerantem. Ex his verò omnibus ſatis patet, numerum quatenus numerus, nihil efficere, ſed benè rationem numeri, multa mira incognita præſtare, & detegere. Quare nec ſeptenarius, aliquid agit, ſed eum eligit ſibi natura, propter rationes ſuprà dictas. Vnde mirum non eſt, ſi ſeptimo die, mẽſe, & anno, tantæ contingant mutationes, & conceptus conformatio, motus, partus, vita, Criſes, ſeptenarijs diſpẽſentur, agente natura, non numero.

Reſpõdetur ad auctoritates Hippocratis.

Quod autem ad Hippocratem attinet, qui ab illis in patrocinium aduocatur; de eo illud affirmandum, vel ſola experientia ductum, numeros dierum, de quibus actũ eſt, propoſuiſſe; vel certè, eum agnouiſſe numerum, non tãquam cauſam, ſed tanquam naturæ legem, ex cauſa emanantem, qua veluti exemplari omnia diſpenſantur. Quo eodẽ modo intelligendus etiã Ariſtoteles eſt, dum *in lib. de cœlo*, naturæ legem vocat ternarium, de lege ſcilicet ex cauſa emanante, aut cauſæ iuncta, vt omnes eum interpretes explicant.

CAP. VII.

Augerij Ferrerij opinio conſideratur, qui Criticorum dierum vim, ad Arithmeticam rationem refert.

Opinionis Ferrerij duæ partes.

Secunda opinio fuit Augerij Ferrerij, Medici Tholoſatis ingenioſiſſimi. Hic duo circa dies decretorios docet. 1. I. enim negat, in dies decretorios ab Hippocrate numeratos, Criſes omnes, & ſemper incidere: imò ſæpiſſimè eas ait contingere diebus alijs, quam decretorijs, iuxta Lunæ ſcilicet, & aliorum Planetarum efficaces cõfigurationes radiorum: nec non iuxta particulares Planetarum influxus, & ordinatas graduum numerationes. 2. II. Dierum Criticorum, ab Hippocrate, & alijs antiquioribus aſſignatorum, cauſam refert, non quidem in vim numerorum, quemadmodum Pythagoræi, de quibus in prima opinione actum eſt, ſed in rationem, ſeu compoſitionem, vt ipſe loquitur, Arithmeticam.

Ordo dierum Criticorum ſecundum Ferreriũ.

Quam ſuam ſententiam, vt ſtabiliat, & explicet, I. Decretorios dies duplices ſtatuit, alios pro morbis acutis, alios pro morbis longis. Deindè vtrorumque ex quibuſdam fundamentis, rationes Arithmeticas aſſignat.

In morbis acutis.

Quoad primum, dies decretorios, in acutis, in ſeptenarios diſtinguit, & nouenarios, quos cum ſuis indicantibus, ſeu, vt ipſe loquitur, partibus indicatiuis, quæ plerũque, & ipſæ iudicatiuæ quoque ſunt, hoc modo enumerat.

Septenarij cum ſuis indicantibus.		*Nouenarij cum ſuis indicantibus.*	
4	53	3	48
7	56	5	50
11	60	9	54
14	63	12	57
18	67	14	59
21	70	18	63
25	74	21	66
28	77	23	68
32	81	27	72
35	84	30	75
39	88	32	77
42	91	36	81
46	95	39	84
49	98	41	86
		45	90

In morbis longis.

Decretorios in longis, per quaternarios, & octonarios; ſenarios, & denarios ſic digerit.

Quaternarij, & octonarij ſeries.		*Senarij partes, & ſeries.*		*Denarij partes, & ſeries.*	
4	60	3	45	3	53
8	64	6	48	5	55
12	68	9	51	10	60
16	72	12	54	13	63
20	76	15	57	15	65
24	80	18	60	20	70
28	84	21	63	23	73
32	88	24	66	25	75
36	92	27	69	30	80
40	96	30	72	33	83
44	100	33	75	35	85
48	104	36	77	40	90
52	108	39	81	43	93
56	112	42	84	45	95
				50	100

Fundamẽta Ferrerij, ex quibus rationes Arithmeticas Criticorũ dierum aſſignat.

Quoad ſecundum, fundamenta, ſcil. ex quibus rationes Arithmeticas dierum horum Criticorum aſſignat, ea hæc ſunt. *Fundamentum I.* Morbi acuti ad impares, longi ad pares tendunt dierum numeros; atque eos maximè, qui totius naturam induunt. Ratio prioris eſt: Quia numerus impar, tanquam maſculus, ad agendum promptior eſt, & ideò magis agentibus morbis, quales ſunt acuti, debetur; par verò fœmina, & ideò debetur minùs agentibus. Ratio poſterioris. Quia inconueniens eſt, vt rebus perfectis, quales ſunt morbi, cùm iudicantur, imperfectus numerus conueniat. *Fundamentum II.* Impares, qui totius naturam induunt,

1.

2.

duunt, ſunt ſeptenarij, & nouenarij: pares, quaternarius, ſenarius, octonarius, denarius. Ratio prioris eſt, (nam poſterioris nullam adfert) 1. Quia hi multa myſteria continēt. 2. Quia ſoli illi ex numeris imparibus, qui denario continentur, quo numero omnes clauduntur, nullum alium
3. componunt. *Fundamentum III.* Partes numerorum de ſuis totis, proximis tamen, non remotis indicant. v. g. Inter impares ternarius de quinario, quintus de nono, & ex paribus tertius de ſexto, quartus de octauo, octauus de duodecimo. Probatur ab exemplo Architecti, qui ex fundamentis parietes, ex ijs tecta, & totius domus perfectionem colli-
4. git. *Fundamentum IV.* Partes integrorum, & perfectorum numerorũ, perfectionem quandam in ſe habēt, vicinam perfectioni numeri, cuius ſunt partes.

Refutatur opinionis Ferrerij pars prima.

Cæterùm, hæc Ferrerij opinio, etiamſi ingenioſa nonnullis videtur, eſt tamen omninò voluntaria, & nulla, vel in ſpeciem probabilitate nititur. *Nam quantum ad primam eius opinionis partem*, fruſtrà imprimis oſtendere nititur, in alios ſæpiſſimè, quàm in dies Criticos vulgò dictos, Criſes incidere. Nũquam enim hoc fieri, vel ſola experientia ſatis conuincit, dummodò hæ duæ conditiones ſeruentur, *ex Gal. 2. de dieb. decretor. cap. 1.* vt ſcilicet rectè dies morbi computentur: & nullus in curatione à Medico, ægris, aſſidentibus exterioribus committatur error: quarum certè, vel alteram, vel vtramq; defuiſſe oportet, in factis ab eo obſeruationibus. Quòd verò configurationibus radiorum Lunæ, cũ aliorum Planetarum radijs; item particularibus Planetarum influxibus; & ordinatis graduum numerationibus, Criſes attribuit, iam in Aſtrologorũ figmenta incidit, de quibus mox agetur ſigillatim.

Refutatur pars ſecũda, id eſt, cauſæ à Ferrerio aſſignatæ Criticorũ dierũ impugnãtur.

1. Quia ab Hippocratis, & Gal. mente aberrat, quos vult explicare.

Quantùm verò ad ſecundum ſpectat eiuſdē opinionis membrum, dum reddere cauſas conatur, ab Hippocrate, & Galeno obſeruatorum Criſimorum dierum; in eo multipliciter ab eorum mente, & ſententia aberrat. Primò enim Criticos dies diſtinctè, & diuerſis ordinibus, in morbis acutis, diuerſis in morbis longis numerat: quod nunquam fecerunt Hippocrates, & Galenus, qui ſimul ſemper, vſque ad diē centeſimum vigeſimum, eos perſequuntur; hac tamen differentia, vt qui poſt vigeſimum diem ſunt, aut
ad ſummum poſt quadrageſimũ, eos 1.
morbis longis; qui citrà, illos acutis attribuant: quæ omnia *ex 1. Epid. 2. aph. 23. 1. Progn. 26. 2. aph. 19. 2. de dieb. Criticis 12. 3. de ijſdem, cap. vltim.*
ſunt clariſſima. II. in acutis terminũ 2.
quadraginta dierum tranſgreditur, & Criticos in ijs vſque ad nonageſimum, & ampliùs comminiſcitur, cũ tamen nullus morbus acutus, ne ex de generatione quidem, *ex 1. Progn. 26.* vltra quadrageſimũ progredia-
tur. III. In ijſdem præter eum or- 3.
dinem, qui per ſeptenarios progreditur, alium confingit, qui procedit per nouenarios, de quo illi ne ſomniarunt quidem, qui expreſsè docēt, *2. aph. 24. 1. de dieb. decret. c. 14.* vſq; ad quadrageſimum diem, ſeptenarios vim habere iudicandi; poſt illum autem remitti vim ſeptenorũ, & circuitus non ampliùs ſeptenos eſſe, ſed
ex ſeptenis conſtare. IV. In longis 4.
morbis ridiculè decretorios ponit tertium, quartum, quintum, ſextum, octauum, duodecimum; in quibus tamen qui terminatur morbus, eum certiſſimum eſt, impoſſibile eſſe, vt
ſit è longorum numero. V. Plurimos 5.
dies inter verè decretorios, & indices in acutis numerat, quos nũquam decretorijs, aut indicibus Hippocrates, & Galenus accenſuerũt: & quos

illi decretorios ſtatuunt, eos ex decretorium numero expungit. Nam nec tertius, nec quintus, nec vigeſimus quintus trigeſimus ſecundus, trigeſimus quintus, trigeſimus nonus inter verè Criticos vnquam ab Hippocrate numerantur: decimus ſeptimus vero, vigeſimus, trigeſimus quartus, quadrageſimus, quos ille à Criticis reijcit, tot hiſtorijs Critici in acutis demonſtrantur, ab Hippocrate, & Galeno, vt eis hanc vim adimere planè ſit temerarium.

6\. VI. Vim dierum Criſimorum Hippocraticorum, ſine vlla cauſa confundit, Decimumquartum enim validiſſimum omnium decernẽtium ſtatuit, cùm hoc Hippocrates *ex Gal. 1. de diebus decret. cap.* 4. tribuat diei ſeptimo, & eum ſexto tanquam Tyranno opponat. Decimum quoque octauũ decimoſeptimo præfert, quem tamẽ experimento, & ratione, 1. *de diebus decret. c. 9. & 3 ibid. c. 6.* illo longè habere maiorẽ iudicandi vim, fuſiſſimè Galenus confirmat.

II. Qui fundamenta eius ſunt nulla. Impugnatur primũ fundamẽtum.

Sed nec fundamenta eius quippiam habent ſoliditatis. Nam quoad I. falſum illud eſt imprimis, morbos acutos imparibus tantũ, longos paribus iudicari. Nam imprimis etiam acuti paribus iudicantur ex Hipp. qui 3. *Progn.* 2. ſcribit, Extremè peracutos morbos, ſi ſalutares ſint, quarto die finiri; & eodem tempore, à maximè pernicioſis homines extingui. Sed præterea ſanguineos quoque morbos diebus paribus iudicari conſtat apud omnes: & 3. *Epid.* 77. Pericles, quarto die, vniuerſali ſudore, ab acutiſſima febre liberatus eſt: & decimo die, 6. *Epid. ſect.* 3. Mulieri cuidã copioſus ſudor erupit, Deinde etiam longis morbis ſeptenos, hoc eſt, impares circuitus Hippocrates, & Galenus attribuunt, 2. *aph.* 24. 1. *de diebus decret* 12. vbi dies Criticos poſt quadrageſimũ, qui omnes longis morbis conueniunt, ex tribus ſeptenis componunt: & 3. *aph.* 24. Hippocr. morbos alios ſeptem mẽſibus, alios ſeptem annis, non oblitus imparis circuitus, finiri ſcribit. Nec ratio eius quicquam valet: Supponit enim, ineſſe vim quandam numeris paribus, & imparibus, agendi, & patiendi; quod falſum eſſe, iam contra Pythagoricos demonſtratum eſt.

Impugnatur ſecundum.

Circa II. fundamentum, negandum illi eſt, ſeptenarium, aut nouenarium magis, quàm alios numeros, totius, & perfecti naturam induere: cùm omnis numerus, quicunque ille ſit, ſuo modo perfectus ſit. Nam quòd inde probat, ſeptenarium, & nouenarium totius rationem habere, quia myſterijs pleni ſunt, nihil omninò concludit. Nec enim alijs numeris ſua myſteria deſunt, & de ſenario, ac quinario, mira multi prædicant; & in ternario multò plura, & altiora, quàm in ſeptenario, reperiri myſteria, apud omnes in confeſſo eſt, qui tamen, ſecundùm ipſum, totius rationem nequaquam habet, ſed partis. Quòd verò addit, eò perfectos eſſe hos numeros, quòd ſoli illi, ex imparibus, ſub denario contentis, nullum componant. 1. falſum eſt, cùm ſeptimus in cõpoſitionem decimi ingrediatur: deindè ipſimet aduerſatur, & eius poſitionibus. Nam ſi ille numerus tantùm totius rationem habet, qui nullius compoſitionem ingreditur, quomodo ex numeris paribus, totius rationem habebunt, quartus, & ſextus, quos manifeſtum eſt, illum in octaui, hunc in decimi compoſitionem ingredi?

Impugnatur tertiũ, & quartum.

Tertium quoque, & quartum fundamẽtum, valdè mutant. Cur enim, ſi de ſuis proximis totis partes indicant, quartus de ſeptimo potiùs, quàm de ſexto, aut octauo indicabit, cùm non minus horum, fortè etiã magis, quã

ſeptimi,

ſeptimi, pars ſit? Rurſus, cùm idem numerus, neceſſariò plures partes habeat, v. g. ſeptimus tria, & quatuor cur potiùs quartus, quàm tertius de eo indicabit? His igitur omnibus de cauſis, hæc ſententia, à Medicorum ſcholis excludenda omninò videtur, & Ferrerij opinio, non tam ingenioſa, quàm curioſa videri debet.

CAPVT. VIII.

Reÿcitur duplex, circa rem propoſitam Aſtrologorum opinio.

I. Aſtrologorum Genethliacorũ opinio.

TErtia opinio eſt eorum Aſtrologorum, qui iudiciarij, & Genethliaci dicuntur. Eius auctores sũt Ptolomæus, & Haly, *in Gentiloquio, prop. 60.* quos ferè recentiores omnes ſequuntur. Hi igitur, ſicut omnium euentuum, & actionum humanarum; ita Criſium quoque, & dierum Criticorum cauſas, in varios ſyderum adſpectus, influxus, & cõiunctiones referunt. Duo ergo docent circa rem præſentem.

De cauſa dierũ Criticorum.

I. Cauſam dierum Criticorum, eſſe Lunæ peragrationem in Zodiaco, per angulos figuræ ſedecim laterum, computatam ab eo loco, in quo erat primo morbi die.

De cauſa Criſis bonæ, vel malæ.

II. Cauſam Criſis bonæ, vel malæ, eſſe eiuſdem Lunæ conſtitutionem, in iiſdem angulis, vel beneficam, vel maleficam.

Figura ſedecim angulorum, quæ & angulorum differẽtiæ.

Quoad primum, imaginantur in Zodiaco, figuram ſedecim laterum, & ſedecim angulorum, diuidendo Zodiacum totum in ſedecim partes quarum quælibet ſit gr. 22. & ſemis. Ex ijs verò angulis alios plenos vocant, alios ſemiplenos, alios ſemiplenos dimidiatos. Pleni ſunt quatuor, 4. 8. 12. 16. quorũ primus quadrangulus eſt primæ parti, ſeu primo ægritudinis loco, ſed ſiniſter; ſecundus eidem diameter, ſeu oppoſitus; tertius quadrangulus eidem, ſed dexter; quartus, & vltimus, coniunctionarius. Dicuntur hi anguli pleni, quia in ijs plenas vires Luna occupat; diſtantque ab inuicem gr. 90. Semipleni ſunt ipſi quoque quatuor, 2. 6. 10. 14. collocatus quilibet in medio ſui pleni. Dicuntur ſemipleni, quia ſemiplenas in ijs vires Luna poſſidet; diſtantque ab inuicem gr. 45. Semipleni dimidiati ſunt octo, 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15 poſitus vnuſquiſq; hincindè à lateribus ſui ſemipleni. Dicuntur dimidiati ſemipleni, quia in ijs Luna exercet vires ſemiplenas dimidiatas; diſtantque ab extremis gr. 22. & ſemis. His ita pro arbitrio confictis, volunt Lunæ peragrationem per angulos plenos, ad quos ſeptimo quoque die venit, cauſam eſſe dierum Criticorum radicalium, per ſemiplenos progreſſionem, indicum; per ſemiplenos dimidiatos curſum, intercidentium.

De Lunæ benefica & malefica conſtitutione opiniones duæ.

1. *Quoad ſecundum*, beneficam, vel maleficam Lunæ cõſtitutionem, alij quidem, *vt Conciliator differ.* 103. & 104. dicunt, eſſe ſigni aduerſam, vel conuenientem morbo, idiotropian, ſeu quod idem eſt, qualitatem; ita vt Luna benè conſtituta ſit, ſi in ſigno morbo contrario ſit, vel in vna qualitate, vel in vtraque. v. g. frigido, & humido, vt in Cancro; aut in calido, & humido, vt in Libra, vbi morbus fuerit calidus, & ſiccus, & contrà: malè verò conſtituta, ſi in ſigno ſit morbo conuenienti, veluti in eodem morbo, in ſigno calido, & ſicco, vt in Ariete.

2. Alijs verò in his ponunt, ſi beneficæ ſtellæ in angulo cum Luna corpore coniungantur; ſi eam beneficis adſpectibus illuſtrent; ſi ab ijs antè, vel retrò circundetur lumine, aut corpore; ſi collocata ſit in earum auctoritatibus, id eſt, in finibus, domicilijs, altitudinibus, & triangularitatibus; ſi in ſimilitudinibus; ſi in cardinibus, vel cardines ſubſequentibus, tandem ſi benè

præter hæc omnia, ſit affectus hoſpitator anguli; vel ſi his omnibus habeat contraria. Ob hæc verò omnia, volunt natalitia ægri cuiuſq; ſydera, vel cùm hoc nõ licet, primum ſaltem decubitus eius tempus, & ſiderum ſub id conſtitutionem, à Medico eſſe obſeruanda.

Refutatur Genethliacorum ſententia.

Verùm facillimum eſt, huius iudiciariorum Aſtrologorum opinionis, ſeu commenti potiùs, vanitatem oſtendere; tum à toto ipſo genere petitis rationibus; tùm ſpeciatim ab ijs, quæ in propoſita controuerſia adferuntur.

Nam in genere quidem, tota diuinatrix Aſtrologia, & merè voluntaria eſt; & incertiſſima; & quod rei caput eſt, à vera religione aliena, plenaque errorum. Vnde non immeritò talia quoque iudicantur, ea omnia, & ſingula, quę ex eius fundamentis particulatim deducuntur.

Aſtrologia diuinatrix eſt merè voluntaria.

Eſt merè voluntaria: Quia ſine vlla ratione, vel ob leuiſſimas, & ineptiſſimas ſæpè, ad hæc inferiora, ſimilitudines, quæcunque collibitum eſt, angulos, cardines, domicilia, & infinita alia, in cœlo confingunt Aſtrologi; & quęcunque illis in buccam veniunt, eas ſingulis ſtellis proprietates, & vires adſcribunt: imò plurima comminiſcuntur, quæ non tantùm non reſpondent rei naturę, ſed ab ipſa penitus ſunt aliena.

Eſt incerta, & inanis.

Eſt incertiſſima, & omninò inanis: Quota enim quæque res euenit, prædicta ab his, aut ſi euenit quippiam, quid
1. adferri poteſt, cur non caſu potiùs euenerit? Item, quam multi naſcuntur ſub eodem adſpectu, qui tamen
2. ſunt ſecundùm mores, affectus, & caſus diſſimillimi? & contra, quàm nõ pauci ſub diuerſis omninò nati adſpectibus, in his ſunt omnibus ſimillimi? Rurſus, quomodo ex ſtellis
3. euentus morborum, & humanæ vitę caſus, præuideri poſſunt, cùm ſtellarum plurimarũ vires neceſſariò ſunt incognitæ, quippè quarum infinitus eſt numerus? Vnde enim certus quis erit, non impediri, aut variari, per incognitarũ ſtellarum influxus, præſagia ex ijs deſumpta, quæ cognitæ ſunt? Nam quòd reſpondent Aſtrologi, longa ſe annorum obſeruatione, certos, & definitos rerum euentus comprobaſſe; id omninò futile eſt. Nam, & experientia, & Ariſtotele teſte, incommenſurabiles ſunt cœli motus; eademque cœli facies, ac idem ſtellarum poſitus, non niſi rarò euenit; imò vix ſemel in vita cœli totius faciem eandem homo intuetur.

Eſt aliena à religione, & erroris plena.

Eſt aliena à religione, & erroris plena: quoniam impium eſt, & Chriſtiano Philoſopho indignum, ea ſtatuere, quæ illa ſupponit. I. Cœleſtia neceſſariò in nos agere. II. Sydera alia malefica eſſe, alia benigna. Sapiens enim, vt docent Sacræ paginæ, aſtris dominabitur; & corpora cœleſtia ſunt cauſæ tantùm vniuerſales; quæ, ſicuti ſupponunt cauſas particulares, ita agunt quoque pro earum diſpoſitione.

Sidera nulla malefica.

Tantum verò abeſt, vt mors, & alia, quæ in ſublunari hac regione mala contingunt, ac inordinationes, ea cęleſtibus corporibus adſcribenda ſint; vt omniũ potiùs, quæ in illa eueniunt, conſeruatio, conſonantia, & in vnum conſpiratio, attribui illis debeat. Nunquam mors à cœlo eſt, ſecundũ veram philoſophiam; ſed à prima materia, quę maleficium ſemper machinatur; ſeu ab elementis ipſis, perpetuò inuicem pugnantibus. Sed, & quæcunque, in hoc inferiore mũdo, mala contingunt, non benigni cœli opera ſunt, ſed vnius materiæ, deficientis, ac inordinatę motæ, quippè quæ, ob hos ſuos defectus, legibus cœleſtis harmoniæ nõ obedit. Quinimò, ſi naturam, corpus noſtrum diſpenſantem, cauſam morborum

nemo

nemo ſtatuit, ſed medicatricẽ, nonnè temerarios erit, qui cœlum eiuſmodi cauſam audebit aſſerere? Rurſus; ſi monſtra, ex Philoſopho, non accidunt merito facultatis formatricis, ſed merito materiæ; cur cœlum, facultate illa multò nobilius, & diuinius, ita temerè in tales affectus, quales illi ſunt, condemnabitur? Quare, nec iniuria, non SS. ſolùm Patres, vt D. Auguſtinus, Baſilius, Cyprianus, occupatiſſimã hãc vanitatẽ reprehẽdunt, ſed inſigniores etiã quiq; Philoſophi, Pythagoras, Democritus, Plato, Panętius, Archelaus, Ariſtoteles, Tullius, repudiant, & negligunt.

Cauſa dierũ Criticorum nõ eſt peragratio Lunæ per ſedecim Zodiaci angulos.

Iam verò ſi ea ſigillatim ſpectentur, quę in propoſito negocio illi adferũt, ea omnia nullius penitùs ſunt roboris. *Quod enim attinet ad cauſam dierum Criticorum*, quã aſſignant, ea imprimis repugnat obſeruationi quotidianæ. 1. Docet enim hæc, diem vigeſimum eſſe multò magis, quàm vigeſimum primum Criticum: & idẽ eſt de vigeſimo ſeptimo, & vigeſimo octauo; quo nemo vnquam, ex Gal. 2. *de dieb. decret.* ſaluus per Criſin euaſit. Ac ſecundùm aſſignatam ab Aſtrologis cauſam, omninò euenit contrariũ, quippe qui menſem peragrationis Lunæ aſſumũt, cui viginti octo dies attribuunt, & conſequẽter cuilibet ſeptimanæ ſeptem dies integros. 2. II. Si à peragratione Lunæ per angulos, vires ſuas dies adſumũt, iam nulla fuerit dierum numeratio; ſed inſpiciẽdum erit ſolùm ad Lunæ peragrationem, & dies Criticus erit, quo Luna per angulum plenum decurrit, qualiſcunq; is fuerit, ſiue ſextus, ſiue ſeptimus, ſiue octauus, cùm etiam ipſi Aſtrologi fateantur, non ſemper eodem die hos angulos Lunam attingere, ſed modò velociùs, modò tardiùs, prout eſt, vel in auge ſui Epicycli, vel in oppoſito augis. At hoc eſt contra omnium Medicorum auctoritatem, qui dies; & ſeptimanas omnes, quàm poſſunt diligẽtiſſime, computare iubent. 3. III. Iſta opinio vult dare cauſam per ſe dierum intercidẽtium, cùm tamen nulla ſit, ſed præter intentionem cauſæ, tũ vniuerſalis, tùm particularis, & per accidens, dies illi eueniant, ſecũdùm Galenum, & omnes Medicos. 4. IV. Quęro, in quo fundetur varietas iſta angulorum? Nam vel in contrarietate ſignorum fundatur: & hoc non; quia in eodem ſigno ſæpè duo ſunt anguli: vel in varietate numerorum: & neque hoc; quia in numeris nulla ineſt vis agendi, vt ſuprà eſt demonſtratum: vel in varietate directionis, & concurſus radiorum: & neque iſtud; quia non cõparantur hic plures Planetæ in ſignis, ſed vnus tantũ, putà Luna, vt eſt ſub vno loco; ad ſe ipſam, vt eſt in alio. 5. V. Certum eſt, Lunam poſſe eſſe benè conſtitutam extra angulos. Tunc verò ita conſtituta, vel cauſabit Criſin, vel non. Non poſſunt dicere nõ cauſaturam, quia ſecundùm illos, vis cauſandi Criſin, à ſtellis eſt beneficis, vel maleficis. Hoc verò ſi ita eſt, quid facient ad vim dierum Criticorum iſti anguli? 6. VI. Iſti anguli maximam introducunt in motu Lunæ difformitatem, quæ nullo modo eſt in ea, ſecundùm rei veritatem. Nã volunt Aſtrologi illi angulares, à principio morbi ad primum angulum, qui eſt in Tauri gradu 7. e mezo tribus diebus peruenire Lunam; ad ſecundũ, qui tantundẽ diſtat à primo angulo, quantũ diſtabat primus ille, à morbi principio, videlicet gr. 22. & ſemis quippe qui eſt in Tauri gradu 30. die vno; & ſic de cæteris, At quis tantam vnquam, in Lunæ motu ordinatiſſimo, difformitatem obſeruauit?

Cauſa Criſis bonæ vel malæ

Quod verò ſpectat ad cauſas Criſis bonæ, vel malæ, ſi per beneficam, vel maleficam illam Lunæ conſtitutionem,

nõ eſt Lunæ benefica, aut malefica conſtitutio. Nec iuxta explicationẽ ſecundam.

nem, eam intelligunt, quam ſecunda opinio ponit, varias ſcil. illas illius ad ſidera benefica, vel malefica habitudines, iam imprimis ſuprà oſtenſum eſt, maleficam illam vim eſſe fictitiam. Deindè, ſi habitudo illa, & adſpectus illi, & coniunctiones, & cætera, cauſæ ſunt Criſium; Ergo ſequetur, qui eadẽ hora decumbunt,

1\. cùm illa omnia habeant eadem, eo-

2\. dem modo omnes debere iudicari. At hoc falſum eſſe docet experiẽtia, cùm plurimorum, eodem tempore ægrotantium, alij intereant, alij ſuperſtites maneãt.

Nec iuxta primam.

Quòd ſi per conſtitutionem illam maleficam; & beneficam, cum prima opinione, intelligunt ſigni aduerſam, & inimicam, vel amicam, & conuenientẽ morbo, in calore, frigore, humiditate, ſiccitate, qualitatem; præter id, quod cõmentitium eſt, dari in cœlo, & aſtris, alias qualitates, præter caliditatem virtualem, per lumen, & motũ productam, nihil etiam ſic conficiunt.

1\. I Quia ſi ideò bona Criſis die ſeptimo fit, aut decimoquarto, in febre acuta, quæ incepit in Ariete, qui calidum eſt, & ſiccum ſignum, ac ideò morbo fauẽs, quia illis diebus Luna peruenit ad ſigna contraria Arieti, vel vna qualitate, vel vtraque ad Cancrum ſc. in ſeptimo, qui frigidus, & humidus; ad Libram in decimoquarto, quæ calida eſt, & humida; quare non pari ratione, Criſis quoque fiet in duodecimo, vel tertiodecimo, cùm Luna eſt in Virgine; aut in tertio, cùm eſt in Tauro, ſignis frigidis, ac ſiccis, & nõ ſecus, ac Libra, vna qualitate morbo contrarijs; aut ſaltèm die quinto, cùm eſt in Geminis, æquè ac Libra eſt, ſigno calido,

2\. & humido? II. Si vera ſunt, quæ dicunt iſti; Ergo ſequitur, non poſſe vnquam ægritudinẽ phlegmaticam incipere in ſigno calido, & ſicco, v.g. in Ariete: aut contrà, bilioſam in frigido, & humido, v.g. in Cancro; quippe cùm ſub tali ſigno, ſemper Luna faueat virtuti, non morbo: vel eſto, poſſit incipere in tali ſigno eiuſcemodi ęgritudo, non poterit tamen iudicari in cõtrario, v.g. phlegmatica in Cancro, bilioſa in Saggittario, niſi Criſi mala, quippe cùm vtrumq; horum ſignorũ morbo faueat; Cancer quidem tanquam frigidus, & humidus, morbo phlegmatico; Sagittarius verò tanquam calidus, & ſiccus, bilioſo. At hæc omnia quis nõ clarè videt quaſi è diametro pugnare cum obſeruatione quotidiana, &

experientia? III. Si, quia Luna in 3.

cõtrarijs ſignis fauet virtuti ob qualitatem eorum morbo contrariam, ideò in ijs fiunt Criſes bonæ; Ergo cùm in ſignis amicis, & concordantibus, faueat morbo, ob qualitatem ſimilem, fient à cõtrario in ijs Criſes malæ; quod manifeſtè eſt falſiſſimũ.

IV. Quid refert ad Criſin, quòd fri- 4.

giditas, & caliditas contrarię ſunt in ſignis illis, ſub quibus Luna eſt; cùm videamus, & frigidis pariter temporibus, vt Hyeme; & calidis, vt Æſtate, indifferenter, & ſine diſcrimine Criſes fieri? item, cùm ſecundùm ipſoſmet Aſtrologos, nec ſub ſignis frigidis conſtituta, Luna ſemper infrigidet; nec contrà ſub calidis poſita, perpetuò calefaciat, niſi aliorum quoque Planetarum vires in idem conuenerint, ac cõſpirauerint?

Obſeruare ſiderũ conſtitutionẽ ſub primũ decubitus tempus impoſſibile, et inane.

Quod denique iubent obſeruare natalitia ægrorum ſidera, vel ſaltêm, cùm hoc fieri non poteſt eorum ſiderum cõſtitutionem, quæ ſub primum decubitus tempus apparent; illud non minus eſt, quàm fuerunt ſuperiora, futile in friuolum. Nam imprimis quomodo poſſibile eſt, Medicum eo tempore, quo primùm incipit morbus, ſiderum omnium adſpectus, influxiones, conuerſioneſque, ex quibus Criſin futuram bonam, vel ma-

lam

Iam colligat, obſeruare? cùm, & nubes ſæpè denſiſſimæ eorũ nobis conſpectum eripiant, & ſtellarum motus ita ſit rapidus, vt priùs conſtellatio tranſuolet, quàm à nobis poſſit deprehendi? Quinimò dato, id poſſe fieri, & conceſſo, quid dicendum erit de cauſis particularibus, per quas Cœlum, tanquam cauſa vniuerſalis, neceſſariò agit, cùm, vt conſtat, ex Philoſopho, Sol quidem generet hominem, ſed non ſine homine, verùm ſimul cum homine? Quare ad Criſium præſenſiones, iſtæ cauſæ potiùs cognoſcendæ, obſeruandæque ſunt Medico, & ad eas cũ iudicio accommodandæ; ægrotantis ſcilicet natura, temperies, morbi idea, magnitudo, mos, motus, & ſimilia; quã vani illi, & ab Aſtrologis conficti aſtrorũ influxus, & adſpectus. Iam verò natalitia cuiuſq; aſtra obſeruare, quid prodeſt? cùm in conceptu potiùs, & conformatione partium, beneficam, aut maleficam vim, ſi quam habent, impertiantur Planetæ, vel ipſo Ptolomæo teſtante. At conceptus, & conformationis horam quis explorare poterit, cum ſolus [*ex Gall. libello, An omnes partes ſimul fiant?*] qui fœtum plaſmauit Deus eam nouerit exactè?

Natalitia ægri ſidera obſeruare nihil predeſt.

Cæterùm, quoniam nonnulli, in confirmationem huius ſuę vanitatis, adducunt Hippocratem, breuiter eius loca perpendenda ſunt, quę adferuntur. Sunt igitur hæc ferè. Nam *lib. de aere loc. & aq.* ait: Medicum ortum aſtrorum, præcipuè Arcturi, & pleiadim occaſum, conſiderare debere; in his enim diebus morbos maximè homines interimere. Quinimò ſolſtitia, & æquinoctia, periculo plena ibidem ſtatuit, atque tẽporibus hiſce nec pharmaca dare, nec ſecare, nec vrere licere affirmat priuſquam decem, aut plures dies tranſierint. Amplius 2. *de dieta*, ſic habet: Medicus ortus, & occaſus aſtrorum conſiderare debet, vt inde mutationes totius mundi, ex quibus morbis hominibus oriuntur, obſeruet. Rurſus, *lib. de principijs*, ait: De rebus ſublimibus in Cœlo, non eſſe inſtitutum dicere, niſi quatenus ex eis ſanitas, & morbus; bonum, & malum; vita & mors. Sed & 1. *de diæta*. Omnia, inquit, eueniunt per cœleſtem, ac diuinam neceſſitatem, & *libello de Nat. hominis*. Omnia ob neceſſitatem contingunt. Tandem hoc videtur apud Hipp. eſſe illud diuinum in morbis, de quo *lib. de aere, aquis, & locis*: & 1. *Progn.* Atq; hanc eandem Hippocratis ſententiam, ſecutus etiam eſſe Plato videtur in Timęo, & quàmplures alij, quos breuitatis cauſa omitto.

Hippocratis loca, quæ pro ſe adferunt Genethliaci.

Sed hæc omnia vnica reſponſione facilè deſtruuntur. Auctoritates enim omnes prædictæ, id tantùm probant, Cœlum eſſe cauſam vniuerſalem omnium mutationum, in his inferioribus. Nam Cœlum, ſecundùm Ariſtotelem, agit in hæc inferiora motu, & lumine, ac cõtiguum eiſdem exiſtit, contactu non Mathematico, ſed Phyſico. Hinc in ęquinoctijs, & ſolſtitijs, ob aeris alterationẽ, ab ijs inductam, cathartica dare, ſecare, & vrere vetat Hippocrates: ac 4. *aph.* 5. Sub cane, & ante canem, difficiles, ait, eſſe medicationes. Illud verò diuinum in morbis, rectè omnes referunt in aeris; & non Cœli, conſtitutionem.

Reſponſio ad illa loca.

Quarta opinio fuit aliorũ Aſtrologorum, & complurium Medicorum, qui aſſeruere, ſolam Lunam, ſuo motu, ac lumine, eſſe cauſam dierum Criticorum. Quæ opinio, vt à nobis libenter in eo recipitur, quatenus cauſam principalem dierum horum in Lunam refert: ita in eo damnatur, quatenus ſolam, & vnam Lunam dierum illorum conſtituit cauſam.

II. Opinio Aſtrologorũ Medicorum.

ſam. Patet enim ex iam dictis, requiri præter Lunam, cauſam principalem, cauſas etiam ſine quibus non. Nam, vt ſupra ſancitum, comprobatumque fuit, fides quidem, ſecuritaſque, ac perpetuus, certuſque ordo Criſis, ac dierum Criticorum, pendet à Cœlo, ac præcipuè à Luna: à te expulſio, & ſtimulus, quæ neceſſariò in Criſi, & ipſa requiruntur, pertinent ad naturam, ac vehementiam morbi. Cùm igitur ita ſeſe res habeat; non eſt, in recitanda, & conſideranda hac opinione, laborandum diutiùs.

CAP. IX.

Auerrhois opinio, ſuper eadem re, ad recenſum ducitur.

Auerrhoi cauſa dierum Criticorũ agentis ad paſſum proportio.

QVinta opinio fuit Auerrhois, qui cauſam dierum Criticorũ exiſtimauit pendere ex proportione agentis ad paſſum. Huius opinionis hæc eſt ratio. Toto morbi tempore natura, & morbus pugnant, eo modo, quo cauſæ naturales inter ſeſe, vſque ad finem actionis. Sed cauſæ hæ ita agunt, vt finis actionis contingat ob proportionem potentiæ agentis, ad potentiam reſiſtentem paſſi. Ergo, & finis actionis, quę eſt inter morbum, & naturam, eadem de cauſa continget. At talis eſt Criſis, & eius tempus. Ergo. Minor propoſitio ex eo manifeſta redditur: Quoniam, ſecundùm Ariſtotelem, velocitas in motu, fit ex proportione potentiarum gentium, ad patientes. Ex modo ſiquidem huius proportionis, prout ſcilicet, maior, vel minor obſeruatur reſiſtentia, in actione, finis actionis tardiùs, vel citiùs aduenit. Maior propoſitio ex eo patet: Quia natura noſtra conſiſtit in temperamento, & morbus eſt corporis humani affectus præter naturam. Ergo, qualis eſt actio cauſarum naturalium, vti ignis, & aquæ; talis actio erit morbi, & naturæ.

Probatur ratione.

Auctoritate Galeni.

Huic rationi ſuæ, vt Galeni ſententiam euertat, addit hæc opinio illud, quod multæ ſunt actiones, quæ certis diebus, & ſtatutis periodis, vt periodi in febribus, contingunt, & tamen has Galenus non adſcribit motibus Cœli, aut Lunæ; ſed cauſis naturalibus. Cur igitur idem non habeat locum in periodis, & diebus Criticis?

Opinio Auerrhois eſt falſa.

1.

Sed eſt hæc quoque ipſa opinio falſa. I. Quia, ſi proportio agentis ad paſſum reſiſtens, eſſet cauſa dierum Criticorum, cùm proportio illa variari poſſit, variata humorũ quantitate, & imminuta, vel aucta virtute actiua; ſequeretur, ſingulos dies fore Criticos. At hoc falſum eſt, vel ipſa experientia. Conſequentia ex eo patet. Eſto enim, iudicandus ſit morbus in ſeptima, ſi parum humoris noxij detrahatur, vel addatur, iudicabitur ſexto, vel octauo die. Id quod etiam continget, ſi proportio illa virtutis actiuæ euariabit, ſicut illi accidit ſæpe, ob naturam, regionem, ætatem, ac anni tempus, diuerſa. II. 2.

Conceſſa hac opinione, illud tãtum ex ea habetur, in his, aut illis diebus frequenter morbos iudicari; non autem iudicari tutò, ac perfectè, quæ neceſſaria ſunt, ad Criticorum dierum rationem, fidem, ac ſecuritatem.

Reſpondetur rationi.

1.

Quare, ad rationem pro hac opinione adductam, dico, Actionem cauſarum naturalium terminari quidem, ob proportionem agentis ad paſſum tanquam ob cauſam ſine qua non, illius actionis non tanquam ob cauſam principalem: quoniam verò finis actionis morbi, ac naturæ, de quo interim eſt ſermo, ordine ferè perpetuo, eadem fide, ac ſecuritate ſit, ideò præter cauſam illam, ſine qua non, requiri ad eum etiam cauſam

ſam

ſam principalem, quæ talem ordinẽ, ac ſecuritatem impertiatur; huiuſmodi verò non poſſe eſſe: niſi cauſam
2. cœleſtem. Dici etiam poteſt, hac ratione illud tantùm concludi, Criſin aliquibus citiùs, aliquibus tardiùs contingere: quòd verò ſtatutis diebus, ob hanc, quam adfert cauſam, contingat, id quod nos quærimus, hoc ex ea minimè conuinci.

Reſpondetur auctoritati.

Ad id, quod contra Galenum allatum eſt, quòd periodi in febribus ſint ex cauſa naturali, & non cœleſti, quicquid de hoc ſit, (nam ad febrium tractatum attinet) nunc illud tantũ dico; non eſſe parem rationem Criticorum dierum, ac ipſorum circuituum in febribus, quoniam in diebus Criticis, præter ordinem perpetuum, ſeruatur etiam fides, ac ſecuritas: in circuitibus verò, & ſi ordo ſeruatur, non tamen ita perpetuus ſeruatur, vt in illis: fides autem, & ſecuritas nullo modo. Quòd autem ordo non ſeruetur perpetuus, vel ex eo ſolo conuincitur, quòd ex circuitu quartano, non rarò fit quintanus, ob paucitatem materiæ.

CAP. X.

Examinatur opinio, de propoſita controuerſia, Amati Luſitani.

Amato Luſitano cauſa dierum Criticorũ eſt, dierũ conſonantia, vel diſſonantia.

SExta opinio eſt Amati Luſitani, *lib. de Criſi, & diebus decretorijs*. Hic cauſam dierum Criticorum, refert in dierum conſonantiam, ſeu concordiam, & diſſonantiam, ſeu diſcordiã. Conſtituit enim dies quoſdam conſonos primo diei, quoſdam diſſonos. Conſoni ſunt: 1. 3. 5. 6. 8. 12. 13. 15. 17. 19. 20 Diſſoni ſunt. 1. 2. 4. 7. 9. 11. 14. 16. 18. Vult igitur ad criſin cõcurrere vtroſque hos dies, ſed diuerſimodè; diſſonos quidem, ob contrarietatem, quam habent cum die primo, ad Criſes commotionis, & euacuationis, ſeu ad pugnam inter naturam, & morbum: conſonos verò propter concordiam, quam habent cum eodem die primo, ad criſes perfectæ, & exactæ ſalutis, ſeu ſanitatis, v.g. Die ſeptimo, & decimoquarto fiunt Criſes commotionis, quia hi dies diſſoni ſunt primo, ſeptimus quidem per ſe, decimuſquartus verò, ratione ſeptimi, quia ſeptem eſt, & ſeptem, ſeu quod idẽ eſt, quia ex duobus ſeptenarijs conſtat; octauo autẽ, & quintodecimo fiunt Criſes ſalutis, quia duo hi dies diei primo ſunt conſoni. *Fundamentum huius opinionis eſt*; Quia in Muſicis numeris videmus, proportionem διαπασῶν, ſiue duplam, eſſe conſonam, & ideò ſuauitate auditum afficere: ſeptimam autem diſſonam, & diſcordem, & eam ob rem auditui accidere grauem. Ergo idem erit in numeris dierum Criticorum.

Fundamentũ Luſitani.

Sed & hęc opinio nullius momẽti eſt, idque ob quatuor potiſſimum cauſas. Nam imprimis nihil docet; deindè fundamento nullo nititur; tũ ab Hippocratis, & Galeni mente, quam explicare contendit, eſt aliena; demùm ſibi ipſi contradicit, nec experientiæ reſpondet.

Amati opinio nulla.

Nihil docet. Quia, data, & cõceſſa cauſa iſta, diſſonantia, ſcilicet, & conſonantia dierum, adhuc hęret animus, & vlterius quærit, quæ nam ſit cauſa illius conſonantiæ, & diſſonantiæ, & quomodo ea vim diebus Criticis tribuat?

Nihil docet.

Nullo nititur fundamento: Quia ridiculum eſt, conſonantijs vocum, articulos morbi, ſeu dies morbos iudicantes, res adeò diuerſas, conferre. Nullo, ſi quidem modo ſequitur, ſi conſonantia, & diſſonantia, in numero Muſico, ſuauiter, vel grauiter auditum afficiat; vt idem faciat in diebus decretorijs, reſpectu morbi, & naturæ. Et ratio diuerſitatis eſt clara. Eſt ſiquidem conſonantia, & diſſo-

Nullo nititur fundamento.

diſſo-

diſſonãtia numerorum Muſicorum, obiectum auditus proprium, & ideò cum eo affinitatem habet, & proportionem, ac contra; quod nullo modo eſt in conſonantia, & diſſonantia dierum Criticorum, reſpectu naturæ, & morbi, in quibus nulla talis cõueniẽtia, aut proportio, vel fingi poteſt. *Aliena eſt ab Hippocr. & Galeni mente;* Quia I. alijs diebus adſignat commotionem Criticam, & pugnam inter naturam, & morbum: alijs ipſam mutationem ad ſalutem; cùm Criſis Hippocrati, & Galeno, ſubita ſit mutatio ad ſalutem, & ſimul ac commotio illa, & pugna finiuit, in eodem inſtanti ſanitas adeſt, & introducitur II. Quia inter diſſonos, quibus Criticæ ſecundùm illum commotiones fiunt, ponit ſecundum, quo die nulla vnquam Criſis, ad Hippocratis, & Galeni mentem, fieri poteſt; inter conſonos autem, quibus iuxta illum Criſes non celebrantur, ponit tertium, quo plures Criſes fieri, *ex 1. Ep. d. 1. ſect. 3. 3. de dieb. decret. 4. 4. aph. 36. & 3. Epid. vbi de Taſia muliere*, manifeſtum eſt. *Contradicit ſibi ipſi, & experientiæ.* Quia vigeſimum diem inter conſonos primo ponit; decimum verò octauum, & decimum ſextum inter diſſonos. Attamẽ & ipſe docet, & experientia teſtatur vigeſimum primi ordinis eſſe decretoriorum, tertium ſcilicet, à ſeptimo: decimum ſextum verò, & decimum octauum minimè iudicare. Ex quibus omnibus facilè huius commenti vanitas euadit conſpicua.

Aliena eſt ab Hipp. & Galeni mente.

Contradicit ſibi ipſi et experiẽtiæ.

CAP. XI.

Examinatur ſententia Sueſſani.

Sueſſani pro ſua opinione Hypotheſes.

SEptima opinio poteſt eſſe opinio Auguſtini Nyphi Sueſſani, *in ſuo de dieb. Criticis tractatu*: quæ tametſi non multùm à Genethliacis abit, & eorum commentis, habet tamen, & ipſa quædam ſibi peculiaria. Sueſſanus igitur, poſtquàm præter cætera, quæ illi, hac in materia, partim cum omnibus Medicis, partim cũ Aſtrologis ſunt communia, hæc veluti fundamẽta præmiſiſſet, I. Morbum omnem quadruplicem eſſe, in intemperie, in vnitate, in numero, & ex his omnibus compoſitum. II. Morbos in intemperie, alios tantùm quales eſſe, in quibus ſola aliqua primarum qualitatum peccet; alios humorales, in quibus ſimul cũ qualitate aliquis peccet humor. III. Morbus in quibus Criſes contingunt, eſſe humorales omnes: eorũ verò alios per dies, alios per menſes, alios per annos numerari, & tàm menſium, ac annorũ, quàm dierum, quoſdam eſſe decretorios, quoſdam indiciarios, quoſdã prouocatorios quoſdam vacuos: tãdem de cauſis Criſium, & dierũ Criticorum, ſuam ſententiam hunc in modum proponit. *Criſes ſiquidem cuiuſq; tùm bonæ, tùm malæ, duplices aſſignat cauſas*, alias efficiẽtes primas, ſeu principales, alias inſtrumẽtarias, diuerſas tamen, prout vel per dies illæ fiunt, vel per menſes, vel per annos. Cauſas igitur efficientes primas Criſis bonæ, in morbis, qui per dies iudicantur, ſtatuit, virtutem, & Lunam ſecundùm ſe; in menſtruis, virtutem, & Solem ſecundùm ſe: in annuis, virtutem, & cęteros Planetas ſecundùm ſe: Inſtrumẽtarias ponit, in morbis diarijs, id eſt, qui per dies iudicantur, humorem, & Lunæ conſtitutionem per ſigna beneficam: in menſtruis, humorem, & Solis conſtitutionem beneficam; in annuis, humorem, & cæterorum Planetarum conſtitutionẽ beneficam. Malæ verò Criſis cauſas contrario modo diſponit. In diarijs enim morbis, cauſas malam Criſin efficiẽtes primas, vult eſſe humorem prouocantem, & malam

Sueſſani ſententia.

De cauſis Criſis bonæ, vel malæ.

lam

Iam conſtitutionem Lunæ: in menſtruis, humorem, & malam conſtitutionem Solis: in annuis, humorem, & malam conſtitutionem Planetarum: inſtrumentales conſtituit in diarijs, Lunam ſecundùm ſe, & virtutem: in menſtruis, Solem ſecundùm ſe, & virtutem: in annuis, Planetas ſecundùm ſe, & virtutem.

De cauſis dierum, & temporum Criticorũ.

Iam de dierum Criticorum cauſis, in morbis quidem, qui per dies iudicantur, ꝑ omnia Geneathliacis conuenit, aſſerẽs, eorum cauſam eſſe, peragrationem Lunæ per angulos figuræ ſedecim laterum: ſed in menſtruis, & annuis eorundem cauſas refert; in mẽſtruis quidem, ad peragrationem Solis per eoſdem angulos; in annuis verò, ad peragrationem per illos ipſos, cæterorum Planetarum. Et ſic quidem philoſophatur Sueſſanus, in eo *de Criſibus, & diebus Criticis* tractatu, quem ſenex iam, ad Vincẽtium Quirinum, Patricium Venetum, ſcripſit, quemq; cæteris ſuis, de eadem materia editis ſcriptis, præfert, quique editus eſt Venetijs anno 1519.

Refutantur Hypotheſes Sueſſani.

Cęterùm, neque hęc Sueſſani opinio recipiẽda eſt, quippè quæ, & ipſa in plurimis deficit, & falſa nõ pauca
1. ſupponit. I. enim falſa eſt, & manca eius morborum diuiſio, in morbos in intemperie, vnitate, numero, & ex his compoſitos. Nam præterquàm, quòd ſimplices cum compoſitis confundit, omittit etiam ex ſimplicibus, morbos in conformatione, magni-
2. tudine, & ſitu. II. Falſum eſt, quòd affirmat, in omnibus morbis humoralibus contingere Criſes. Nam, tametſi in ſolis illis expectanda Criſis ſit, non expectanda tamen eſt in omnibus, cùm plurimæ dentur intemperies cum materia, quas ille humorales morbos vocat, capitis, iecoris, vẽtriculi, &c. in quibus nemo Criſin
3. expectat. III. In hoc quoq; peccat, quòd, cùm non ſolùm in dierum circuitibus, qui vltra quadrageſimum ſunt, dies indices, prouocatorios, & vacuos ponat, ſed ipſos quoque mẽſes, & annos eodem modo, quo dies, in decretorios, indices, prouocatorios, vacuos digerat; non tamen, quinam illi ſint dies, menſes, anni, indices, prouocatorij, vacui, explicet. Sed nec poteſt explicare, cùm ex Galeno, quemadmodum ſuo loco oſtẽdetur, indicum, & prouocatoriorum vis, poſt diem viceſimum lãgueſcat, & paulò poſt omninò ceſſet.

Refutantur cauſæ Criſis bonæ, et malæ.

Quod verò ſpectat ad cauſas Criſis ab ipſo propoſitas: I. Quæ de maleficis, & beneficis, Lunæ, Solis, & Planetarum cõſtitutionibus dicit, ea iam ſuprà, in
Genethliacorum Aſtrologorũ ſen- 1.
tentia, refutata ſunt. II. Perperam 2.
eiuſdem rei duas cauſas efficientes principes particulares proponit, v.g. Criſis bonæ, in morbis diarijs, Lunam, & Virtutem Nam tametſi duo eſſe principalia eiuſdem rei efficientia, quorum vnum ſit vniuerſale, alterum particulare, nihil impedit; particularia tamen duo nequaquam eſſe poſſunt. Particularia autem efficientia ipſum ponere, ex eo ſatis patet, quòd Lunam Criſis bonæ cauſam ſtatuit, ex mente Aſtrologorum, qui particularem, non tãtùm omnis Criſis, ſed omnis omninò humanę actionis, cauſam in aſtra referunt. III. Falsò aſſerit, Lunam, Solem, Planetas, ſecundùm ſe, & ex ſua natura conſideratos, eſſe Criſis bonæ cauſas efficientes principes; vt hoc verò, vel illo modo conſtitutos, eſſe cauſas eiuſdem inſtrumentarias. Nam ſi à ſe, & ſecundùm ſe, Luna, Sol, & Planetæ, vim habent faciendi Criſes bonas; Ergo ſemper bonas Criſes facient, nunquam malas, nec vt principales cauſæ, nec vt inſtrumentariæ, cùm, ſecundùm Philoſophos, quæ per ſe alicui inſunt, ea ſemper inſint. Et tamen ipſemet

Sueſſa-

Sueſſanus, paucis poſt verbis, ean-
dem Lunam, eūdem Solem, eoſdem
Planetas, ſecundùm ſe conſideratos,
Refutatur cauſa dierũ Criticorum facit cauſas Criſis malæ inſtrumen-
tarias. *Nunc ex ijs, quæ de cauſis die-*
rum Criticorum adfert, cauſa, quam
aſſignat, dierum Criticorum, in mor
In morbis diarijs. bis diarijs, peragratio ſcilicet. Lunæ
per angulos illos ſedecim iam explo
In menſtruis morbis. ſa eſt ſuprà. Quòd verò in men-
ſtruis morbis, Solis; in annuis au-
tem, Planetarum cæterorum, per
1. eoſdem angulos peragrationem,
Criticorum temporum cauſas ſta-
tuit; in eo plurimæ inſunt, & maxi-
mæ difficultates. Nam quantum
ad Solem attinet, ſi is cauſa eſt Criti
corum temporum in morbis men-
ſtruis, ſeu in morbis, qui per menſes
iudicantur, quatenus per eos angu-
los peragrat; cum ille ſingulis tribus
menſibus, ad vnum ex plenis angu-
lis perueniat, habito reſpectu ad
morbi principium, quemadmodum
patet conſideranti, vtique deberent
Criſes menſtruorum morborum,
ſeu eorum qui menſibus iudicantur,
tertio quoque menſe fieri. Hic ta-
mē, & obſeruatio repugnat, & Hip-
pocratis auctoritas, *in lib. de Natura*
hum. quæ docent, æſtiuos quidem
morbos, hyeme; hyemales verò æſta
te finiri, & quidem ſeptem menſibus
2. computatis à morbi principio. II.
Cur potius Sol, quàm Mercurius,
aut Venus, diebus Criticis in men-
ſtruis morbis præficitur, cum non
ſecus hi, quàm ille, annuo verè ſpa-
cio Zodiacum peragrent, & conſe-
quenter iiſdem, quibus Sol, tempori
bus, ad angulos illos perueniant?
In annuis morbis. Quòd verò ad Planetas ſpectat, cū
ait, Planetarum cæterorum peragra
tiones, per illos angulos, cauſas eſſe
Criticorū temporum, in morbis an-
nuis, ideſt, qui per annos iudicantur,
vel vult, omnes eos Planetas quin-
que ſimul ſumptos, eorum temporū
eſſe cauſas, vel vnumquemque acce-
ptum per ſe, & ſolum. Primum qui- 1.
dem dici non poteſt, cum diuerſiſſi-
mis temporibus Planetæ illi, per il-
los angulos, decurrant, & præterea,
ſecūdùm ipſum ſaltem, diuerſiſſimis
viribus polleant. Sed neque ſecun-
dum habet locum. Nam, quomodo
Iupiter, & Mars, in morbis tam lon-
gis, cauſæ Criticorum temporū eſſe
poſſunt, cum ille quidem ſanguini,
& morbis ſanguineis, & inter eos fe
bribus ſynochis, anginis, apoplexijs:
cardiacæ; hic verò choleræ, & mor-
bis cholericis; ac inter eos febribus
ardentibus, continuis, peſtilentibus,
præeſſe dicatur, quos omnes morbos
conſtat eſſe ex acutorum numero?
Rurſus, quomodo Mercurius, & ve- 2.
nus, in morbis annuis, ſeu qui per
annos iudicantur, temporum Criti-
corum erunt cauſæ, cùm illi ſingulis
annis non ſecùs, ac Sol, & breuiori
etiam aliquantulum tempore, ſuos
curſus perficiant? Tandem, Satur- 3.
nus, cui inter cæteros morbos, quar-
tanæ, & febres erraticæ adſcribūtur
ab ipſo Sueſſano, ſi Criticorum tem
porum, in his morbis, cauſa eſt, nul-
lam harum febrium, ante ſeptimum
ſaltem annum, finire poterit Criticè;
quippè qui, cùm triginta ferè anno-
rum ſpacio curſum ſuum conficiat,
non niſi ſeptimo quoque anno, &
medio, ad aliquem ex plenis angu-
lis, in quorum peragratione Criſes
Planetæ concitat, perueniat. Sed
pro hac opinione confutanda, ita
hæc abundè ſufficiunt, vt pluribus
minimè ſit opus, apud eos præſer-
tim, qui rem quamque ſuis potiùs
momentis, quàm ex anticipatis opi-
nionibus, ponderant.

CAP. XII.

Perpenditur opinio, de dierum Criticorum cauſis, Hieronymi Fracaſtorij.

Fracoſtorio dierũ Criticorũ cauſę, motus humoris Melãcholici.

OCtaua opinio fuit Fracaſtorij, *in ſuo de cauſis dierum Criticorum tractatu*. Hic tenet, cauſam hanc referendam eſſe in motum humoris Melãcholici, qui, cùm ex propria ſua natura moueat quarto quoque die, ideò quaternarios omnes Criticos eſſe credit. Pro adſtruenda verò hac ſua opinione, iſta veluti eius fundamenta, præaccipit. *I. Fundamentum eſt*, impoſſibile eſſe, vel ſaltem rariſſimũ, vt vnus humor afficiatur, remanentibus illæſis alijs, cũ

Fundamẽta Fracaſtorij.

1. omnes ſint in venis cõfuſi, commixti, ea tamen ratione, vt partim actu, partim potentia ijs inſint: potentia quidem, quoniam ad minimas, & indiuiduas particulas redacti ſunt: actu verò; quoniam proprij generis rationem habent: dum verò putreſcere incipit humor, fieri ſtatim eius ſecretionem vi naturæ, deinde excretionem Humorem autem, qui ſecernitur: ſi ſimplex ſit, & nulli commixtus, non Criſin, ſed paroxyſmum ſolummodò efficere; ſi verò mixti ſint humores, tunc aut omnes eos ſimul, aut duos ex ijs tantùm, vel etiam vnum moueri, & indè fieri, vt dierũ alij ſint placidiſſimi, in quibus videlicet nulli humores mouentur; alij acerbiores, in quibus vnus mouetur humor; alij acerbiſſimi, in quibus mouentur omnes, & hi ad Criſin, quia magis in ijs irritatur natura, cæterorum omnium ſunt aptiſſimi. *II.*

2. *Fundamẽtum eſt*. Criſin non fieri niſi præparato humorem autem nunquã præparatum dici, priuſquam, quicquid craſſius eſt, coctum fuerit; craſſiorem autem, & ſegniorem eſſe Melancholiæ: atque hinc fieri, vt Criſes attendantur præcipuè circa Melancholiæ motus, & coctiones. Cùm verò Melancholiæ motus fiant per quaternarios, inde Criſin quoque per quaternarium Melancholiæ circuitum fieri. Hæc verò omnia ſic in exemplò declarat. Peccet enim. v. g. in copore ægrotante bilis, commiſta cum pauca pituita, & humore Melancholico. Cum bilis incipiet putreſcere, ſimul & reliqui humores inquinabuntur. Grauis ergò erit primus paroxyſmus: ſecunda dies quietiſſima redibit, quoniam nullius humoris fiet motus: tertia paroxyſmum bilis ſentiet, ſed non fiet in ea Criſis, tùm quia ſtimulus nondum maximus eſt, tùm quia totum nondum eſt coctum: quarta motum Melancholiæ habebit, ſed latentiorem, quoniam non multum eſt, quod de Melancholia mouetur: partim quidem, quia ſub peccat tantùm; partim, quia putrefactio eius quodammodò à bile pendet, qua ceſſante, in die quarta aliquem ſanè motum dat Melancholia, ob putredinis ſemina concepta, ſed paruum, & latentem, quoniam origo, ac fomes putrefactionis quieſcit quinta, bilis motum iterum videbit: ſexta, nullius: ſeptima verò, acerbiſſimum paroxyſmum adferet concurrentibus omnibus ſimul humoribus, qui peccabant, & ex ijs largiùs Melancholia, vtpotè quæ alterius contagione, & impulſu, nõ parùm motionis recepit. Hoc verò die, quoniam Melancholia fuit cocta, pauca quippè, & ſubtilis, & ideò citò terminum capere apta, continget Criſis Stimulus enim in ea fit acerbiſſimus, & totum coctum eſt, cùm in alijs diebus abfuerit, aut ſtimulus, aut coctio. *III.* 3.

Fundamentum eſt: Cùm Melancholiæ plures ſint modi, & differentiæ; (nam & pauca eſſe poteſt, & multa; & modo craſſior, modo tenuior;

modo tenax, modo friabilis, modo calidior, modo frigidior:) hinc fieri, vt putreſcente bile, quandoque ſimul, & eadem die putreſcat Melancholia; idque modo in paroxyſmi principio, modo in medio, modo in fine: interdum non ſimul, & prima, ſed ſecunda die: interdum ſolùm tertia, aut fortaſſe etiam quarta. His de cauſis, in morbis acutis prima die motum fieri vtriuſq; humoris, quia acuti morbi à tenuiori, & pauca materia fiunt; in diuturnis, quorum materia fiunt; in diuturnis, quorum materia frigida eſt, & craſſa, ac tenax, Melancholiam non moueri, niſi tertia die, & ſi materia ſit craſſiſſima, non niſi quarta: in morbis verò mediocribus, quorum materia eſt media ſecundum qualitatem, & quantitatem, ſecunda die incipere moueri, ac putreſcere humorem Melãcholicum. Ex hoc verò diuerſo huius humoris motu, diuerſas contingere Criſes, ac diuerſis fieri diebus. *Quorum tres ordines, hũc in modum ſtatuit.* Nam ſi prima die, cum bile ſimul moueatur Melancholia, vt vſuuenit in morbis acutis, quartanæ periodi erunt, quartus, ſeptimus, decimus, & decimus tertius. raro enim vltra hos protenditur ſtatus in acutis. Si extremè per acutus ſit morbus, Criſis ſit quarta die, quia materia pauciſſima eſt, ſubtiliſſima, & feruens. Si acutus ſegnior, ad diem decimum tertium prorogabitur. Si medius inter extremè peracutum, & acutum mitiorem, ſeptimo die iudicabitur. Et hic eſt primus ordo Criticorum dierum. *Secundus ordo ita proponitur.* Si non prima ſed ſecunda die dederit motum Melancholia, quod in mediocribus morbis contingit, tum quartanæ periodi erunt, ſecundus, quintus, octauus, vndecimus, decimus quartus, decimus ſeptimus, vigeſimus. Vltra enim, in his morbis

Dierũ criticorũ tres ordines apud Fracaſtorium.

1.

2.

rariſſimè producitur ſtatus. Maximè tamen ex his Critici erunt, vndecimus, decimuſquartus, decimus ſeptimus, vigeſimus. *Tertius ordo ſic numeratur:* Si tertia die ſolum dederit motum Melancholia, id quod in Chronicis accidit morbis, in quibus craſſa valdè, tenax, & multa eſt materia, periodi quartanæ erunt dies. 3. 6. 9. 12. 15. 18. 21. 24. 27. 30. raro autẽ vltra contingunt Criſes. Maximè verò Criticus horum erit vigeſimuſprimus, mox vigeſimus ſeptimus, mox decimus quintus. Si enim materia craſſa quidem erit, ac tenax, pauca autem, ad decimumquintum erit, ac tenax pauca autem, ad decimumquintum erit ſtatus; ſi vero craſſa, ac valdè multa, ad vigeſimum ſeptimum; ſi mediocris, ad vigeſimum primum. 3.

Hæc Fracaſtorij opinio, ſex præcipuè fundamentis oppugnatur, quibus oſtenditur, eam tùm experientiæ, tùm rationi aduerſarij. *Primum fundamentum*, oſtendit, experientiæ eam eſſe contrariam. Nam longa experientia compertum eſt, dierum alios eſſe Criticos, & principes, vti ſunt 7. 14. & 20. alios indices, vti 4. 11. 17. alios intercidentes, vti 3. 5. 9. 13. 19. Id quod, præter Hippocratem, Heraclides, Archigenes, Philotimus, ac tandem Galenus, omnes vnanimi cõſenſu tradidere. Horum verò omnium obſeruationem, & auctoritatem, noua hæc opinio, non obſcurat tantum, ſed penitus tollit. Nam, cum tres ordines ſtatuat dierũ Criticorum; primi ordinis, 4. 7. 10. 13. 16. 19. 22. 25. 28. ſecundi, 5. 8. 11. 14. 17. 20. tertij ordinis, 6. 9. 12. 15. 18. 21. 24. 27. 30. nullus vnquam eorum decimum, decimumſextum, decimũnonum verè decretorios; & primi ordinis poſuit: ſicuti nec octauum, nec decimum quartum ſecundi ordinis: tandemque, nec vigeſimum ſecundum

Refutatur opinio Fracaſtorij. Experientia.

dum, nec vigeſimum octauum vnquam decernere eorum aliquis exiſtimauit.

Rationib. quique. Cæterùm, rationi quoque repugnare hanc Fracaſtorij opinionem, quinque argumentis demonſtratur. 1. I. eſt: Nam, dum adſtruit, Criſin fieri tantũ in his morbis, quorum materia in venis continetur, in magnum abſurdum ruit. In inflammationibus ſiquidem, materia putreſcit extra venas, & tamen in ijs fit Criſis, & dies Critici obſeruantur. Vnde in hepaticis Criſis fit per vrinam, ſi conuexa; per aluum, ſi caua pars inflammata fuerit. Eryſipelas quoque ventriculi, quod indicatur ex Lipyria febre, propriam habet Criſin, *ex Hippocrate in Coacis*; choleram, ſeu excretionẽ bilis ſupernè, & infernè. Eryſipelas autem, vt hoc addatur, à bile, inflammationem à ſanguine non verò à melancholia fieri, in confeſſo eſt apud omnes. II.
2. Falſum eſt, quod aſſumit Fracaſtorius, nunquam in corpore humano, humorem purum, & ſincerum reperiri. Nonnè enim in veſica fellea adeſſe bilem ſinceram, tùm euidẽtia, tùm ratio ſuadẽt, cúm bilis ſecernatur à maſſa ſanguinea, & à veſicula, proprietate indita, attrahatur? III.
3. Falſum eſt illud etiam, humorem vnum non poſſe putreſcere, quin ſimul putreſcant alij. Certiſſimum ſiquidem eſt, & notiſſimũ omnibus, in tertianis febribus ſinceris, ſolam bilem; in quotidianis, ſolam pituitã; in quartanis, ſolam melancholiam putreſcere: Nam tametſi omnes in his febribus humores inflammãtur, vnus tamen tantùm putreſcit, qui & paroxyſmum facit. Id quod negare, idem eſt, ac omnem febrium naturã
4. euertere, & peruertere. IV. Somniũ eſt exiſtimare, opus eſſe coctione humoris melãcholici in omnibus morbis. Etenim ſolus humor noxius cõcoquendus eſt, vtpotè qui ſolus naturæ moleſtiam parit. Vnde & fit, vt in acutis ſola bilis mitificanda ſit, quippè à qua ſola omnes ferè illi trahunt originem. V. Si humoris me- 5.
lancholici ſemper expectanda eſſet coctio; Ergo nunquam tertia die fieret Criſis, quia humor ille quarto die mouetur. At conſtat apud omnes Medicos, ſæpiſſimè tertio die acutos morbos iudicari: imò idem primus intercidentium Criticorum ab omnibus ſtatuitur. Sed de primo explicandorum, circa dies Criticos, id eſt, de definitione eorum, & natura, ſatis; ad cætera iam enarranda, explicandaq; gradus faciendus eſt.

SECTIO II.

DE DIERVM CRITICORVM DIFFERENTIIS.

CAPVT I.

Enumerantur, & explicantur differentiæ omnes dierum Criticorum.

Modus ſeruãdus in tradendis Criticorũ dierum differẽtijs

SEcundum eorum, quæ circa explicationem dierum Criticorum erant propoſita, fuit de dierum Criticorum differentijs, quas iam exponere aggredior. In his verò tradendis, tametſi minimè quidem receſſurus ſum ab Hippocrate, & Galeno: tamen, in ijs percenſendis, ſic progrediar, vt priùs meam quandam dierum horum diuiſionem, quã fieri poterit facillimè, & clariſſimè, tradam: mox oſtendam, hanc ipſam, cũ Hippocratis, & Galeni mente, congruere.

Tres circuitus dierum Criticorum.

Appello igitur dies Criticos, in quibus mutationes plurimæ, eæque

firmæ contingunt. Hi autem, cùm vel in acutis morbis, vel in Chronicis, obſeruētur; iure horum tres circuitus ſtatui poſſunt, quorũ primus ad vigeſimum diem; ſecundus ad quadrageſimum; tertius ad centeſimum vigeſimum progreditur. Ex his circuitibus primus conſtat ſex quaternarijs, (nam ex ſeptenarijs tribus cōſtat, quorum vnuſquiſq; duobus è quaternarijs cōflatur, ea tamen ratione, vt in aliquibus, finis vnius quaternarij, ſit principiũ ſubſequentis:) eſtque proprius morborum acutorum ſimpliciter, & abſolutè. Secundus circuitus cōſtat tribus ſeptenarijs, facta computatione ſeptenariorum, poſt vigeſimum tantùm diem, & eſt proprius morborũ acutorum ex decidentia. Tertius circuitus, è quatuor conflatur vicenarijs, facta horum computatione poſt quadrageſimum, & ad morbos Chronicos attinet.

Primi circuitus dies quadruplices. Abſoluté Critici.

Quantum ad primum circuitum attinet, dies morborum acutorum ſimpliciter, & abſolutè ſubdiuiduntur, quòd alij ſunt verè, & perfectè Critici, alij indices, alij intercidētes. *In primo ordines, qui ſunt, abſolutè. Critici dicuntur*, aut *principes*, (Arabes eos radicales vocant) quoniam, quæ his diebus contingũt Criſes, omnes notas perfectæ Criſis habent; & eius cenſus ſunt tres ſeptenarij primi circuitus, nēpè ſeptimus, decimuſquartus, & viceſimus. Sunt autem tres ſeptenarij, ſuppoſito, tertiam hebdomadam nō ſeiungi à ſecunda. Quòd verò tribus illis ſeptenarijs contingant Criſes perfectæ, patet ex his. *Primò*: Quoniam quælibet Criſis debet eſſe indicata. At quilibet ſeptenarius ex dictis, habet ſuum indicem, ſeptimus quartũ, decimuſquartus vndecimum, vigeſimus decimũſeptimum. *Secundò*. Criſis debet eſſe manifeſta, cum excretione laudabili, vel abſceſſu effatu digno; modò natura ſponté, & citra aliquod auxiliũ, ſolet humores excernere ſeptimo, decimoquarto, & vigeſimo die. *Tertiò*: Criſis debet eſſe ſine periculo. At hiſce diebus plures ſanantur, quàm moriūtur. *2. de dieb. Crit. 7.*

Indices. Inter calores.

Qui ad ſecundum ordinem pertinet, indices ſcilicet, ii *contemplabiles* quoque, & *internuncij* dicuntur. Contemplabiles; quoniam eorum obſeruatio, ad Criſis præſenſionem, Medico neceſſaria eſt. Indices, ſeu internuncij? quia Criſis futuræ, in die principe, ſigna in his relucēt, indicantq; diem Criſis, ſi coctionis ſigna appareāt in excrementis vniuerſalibus, præcipuè verò in vrinis. Vnde *in Progn. & aphoriſmis, locis citatis*, Vrina, quæ quarto die hypoſtaſin albam, læuem, & æqualem habet, ſolutionem morbi ſeptimo die oſtendit. Sunt autem indices totidem, quot, & Critici radicales, nempè tres, quartus, vndecimus, decimus ſeptimus. Tres ſiquidem cùm ſint ſeptenarij, quilibet vnum tantùm habet indicem, primus quartum, ſecundus, vndecimum, tertius decimum ſeptimum. *In tertio ordine, qui continentur, intercalares ſcilicet*, ii ab alijs *interrepentes* quoque, & *intercidentes* vocātur, quoniam inter verè Criticos, ac indices intercidũt, intercalanturq; à quibuſdam *prouocatorij*, quia naturam irritāt, vt ante tempus debitum humores excernāt; ſuntque tales in prima ſeptimana, tertius, & quintus: in ſecūda, nonus, ac decimus tertius: in tertia, decimus quintus, & decimus nonus. Sunt autem de ijs duo præcipuè notanda. *Vnum*: Criticos eos dici, quà impares ſunt. ab imparitate ſiquidē prærogatiuam hanc decernendi acquirunt. *Alterum*: Criſes, quæ hiſce diebus fiunt, eſſe ſatis mancas, & imperfectas, quia fiunt natura irritata.

Vacui.

Porrò, cùm tres ſint hæ claſſes dierum,

rum, ad circuitum, morbis acutis ſimpliciter proprium, attinentium; & alij Critici ſint, vt ſeptimus, decimus quartus, viceſimus; alij indices, vt quartus, vndecimus, decimus ſeptimus; alij intercidentes, vt tertius, quintus, nonus, decimus tertius, decimus nonus; non immeritò quæret aliquis, illi, qui remanẽt, quales ſunt ſextus, octauus, decimus, duodecimus, decimus ſextus, decimus octauus, qui pares ſunt, quid valeant, & habeant ne aliquam prærogatiuam, & vim, in horum morborum progreſſu? Huic ſic quærenti, reſpõdeo; ex ſe quidem, & propria ſua natura, nihil eos habere virium, quoniã nec decernunt, nec indicant, nec prouocant, vel promouẽt naturam: (vnde, & à quibuſdam vacui dicuntur) per accidens tamen, & auxilio artis, etiã ijs vim aliqua ineſſe. Nam his Medico licet (*ex Hippocr. 4. de morbis*) aliquid agere, & cathartica dare, citra periculum; quam ob cauſam dies Criticos artificiales nonnulli vocãt, quòd auxilio artis medicæ morbos ſoluant. Ait enim *Hipp. loco cit.* Qui febre continua correpti, diebus paribus cathartico vſi ſunt: hos nunquam nimis eſſe purgatos; contrà, qui diebus imparibus. Eos enim, & ſuper purgatos fuiſſe, affirmat, & perijſſe. *Sed, inſurgit hic difficultas non parui momenti. Nam contra hanc Hippocratis determinationem, & Galenus, & Auicenna eſſe videtur.* Galenus: quia 4. *acut.* 76. quarto die exhibet pharmacum; quartus autẽ dies eſt Criticus, vel index, non autem vacuus. Auicenna: quia *in cura febrium putridarum generali*, quando natura non mouet, Moue tu, ait, hora motus eius, & iure quidem, quoniam Medicus eſt imitator, & miniſter naturæ. At natura mouet in die decretorio, non autem in die vacuo. Ergo in illo, non in hoc, medicamentum conuenit, vt voluiſſe videtur Hippocrates. Hæc contradictio, ſiue varietas potiùs, vt componatur, ego ita ſtatuo, cum Auicenna, & Galeno: In die decretorio exhiberi poſſe pharmacum, quando natura non mouet. Et ratio eſt, quoniam tũc materia eſt concocta: vbi autem materia eſt cõcocta, exhiberi poteſt pharmacum, 1. *aph.* 22. Quòd autem in die decretorio materia ſit cocta, ex eo patet; quoniam tunc natura euacuat; natura autem regulariter operãs, (4. *aph.* 22.) euacuat; ſolùm, vbi materia eſt cocta. [Nec tamen (vt obiter hoc addam) indicatio pharmaci exhibẽdi, hoc in caſu, ſumitur à die decretorio, vt ſibi materiæ coctionem adiungit.] Hoc verò ita ſtãte, ſi diebus vacuis materia erit cocta, licebit etiã tunc pharmacum dare, quin imò, & diebus intercalaribus idem fieri poterit. Atque hæc fuit, meo iudicio, cauſa, cur Hipp. dixerit, Diebus vacuis dandum eſſe pharmacum. Verùm, quoniam in die decretorio coctio eſt omnibus numeris abſoluta, & ea die natura ſolita eſt mouere; idcircò Galenus, & Auicenna, potiùs diem decretorium elegerũt; ita, vt ad diuerſam Hippocr. & Gal. & Auicenna reſpicientes, nequaquam contraria dixerint. Sed, præter hæc, dici etiam poteſt, Hippocratem, eo loci; non dicere ſimpliciter; exhibendum eſſe pharmacum diebus vacuis; ſed facta comparatione ad intercalares, qui impares ſunt; & ideò id tantùm velle, tutius eſſe vti pharmaco diebus vacuis. Nam imparibus diebus, natura irritatur à materia morbifica. Vnde, ſi detur pharmacum, materia morbifica maximè agitatur, & irritamentum augetur. *Nec eſt, quod dicat* aliquis eadem ratione futurum, vt non ſit tuta purgatio in die decretorio, quoniam natura etiam eo die irritatur.

Vtrùm ſolis diebus vacuis liceat exhibere pharmacum?

Conciliãtur Hippocr. Galenus, Auicenna.

Inſtantiæ ſolutio.

tur. Reſpondetur enim: Verum quidem eſſe, irritari naturam in die decretorio à materia, ſed cum dominio; Nam hac die materia eſt ex toto à natura victa, & natura agit ſpontè, non irritata. Quòd non contingit alijs diebus, vt propterea, ſi hiſce diebus fiant Criſes, eæ ſint ſatis imperfectæ. *Quòd ſi quis hic quærat, quando natura dicatur non mouere?* is ſciat, tunc naturam dici non mouere, non ſolùm, quãdo abſolutè, & nullo modo non mouet; ſed etiam, quando imperfectè mouet. Quòd in caſu ipſa quoque eſt iuuanda, vt ſupra declaratum eſt, & patet ex Gal. plurimis in locis, ſed præcipuè 1. *aph.* 20. vt non iniuria culpandi ſint illi Medici, qui, quanquam vident materiam coctam, abſtinent tamen à pharmaco in die decretorio, etiamſi videant naturam nihil moliri. Cognoſcet autem Medicus, naturam nihil molituram. I. Si in die indice non apparuerint ſigna coctionis veluti perfectæ, II. Si in eadem, natura, nec rudimentum aliquod, euacuationis, aut abſceſſus, tẽtauerit, III. Si nox præcedens diem Criticam, non fuerit moleſta. Sed de diebus circuitus primi, qui morbis acutis ſimpliciter debetur, hactenus.

Quando natura no moueat, et vnde id cognoſcẽdũ.

Dies morborum acutorũ, ex decidentia, ad ſecundum, vt dictum eſt, circuitum attinent, & ad quadrageſimum vſque diem perueniunt, & numerantur. In tot enim diebus, vt habetur 1. *Progn.* 24. iudicantur hi morbi. De magis enim ibi loquitur Hippocrates. In horum verò dierũ circuitu, hi tres ſeptenarij, poſt vigeſimum, ſunt verè Critici, vigeſimus ſeptimus, trigeſimus quartus, & quadrageſimus. Perit enim, poſt vigeſimum, vis quaternionũ. *Et ſi quærat aliquis: An hi quoque dies Critici, ſuos habeant indices, ſicuti habuerunt dies Cricici primi circuitus?* Huic reſpondeò: Hippocratem quidem, & Galenum, nunquam hac de re locutos fuiſſe, quod ego viderim: poſſe tamen dici, ſicuti in primo dierum circuitu, quaternarius vnus, eſt iudex alterius: ita in ſecundo, ſeptenarium vnum, poſſe eſſe indicem alterius ſeptenarij. Sed quicquid de hoc ſit, ſeptenarios tres iam dictos Criticos eſſe, confirmatur multis teſtimonijs, ex Epidemicis hiſtorijs petitis. Nam 3. *Epid.* 3. Anaxion Abderita, die 34. ſudauit, & perfectè iudicatus eſt: Item, qui in Dealcis horto iacebat, quadrageſimo die habuit Criſin perfectam: & Calzomenius, quadrageſimo perijt, cùm vigeſimoſeptimo die, rumores penè aures apparuiſſent. nec deſunt hiſtoriæ, & experiẽtiæ etiam noſtro tempore.

Secundi circuitus dies Critici quis.

An in hoc quoque indices dies?

Reſtat poſtremus dierum Criticorum circuitus, qui attinet ad morbos Chronicos, & continetur centum viginti diebus. In his verò diebus, omnes vicenarij poſt quadrageſimũ, ſunt verè Critici, vt ſexageſimus, octuageſimus, centeſimus, & centeſimus vigeſimus. Perit enim, poſt quadrageſimum ſeptenariorum vis. Poteſt verò aliquod indiciũ ſumi ex vicenario præcedenti, ad iudicandũ de vicenario ſubſequenti. Quòd autem vicenarij prædicti ſint Critici, clarè eſt videre apud Hippocr. 1. *Epid.* 3. vbi ſcribit, Emphycos quoſdam, ſexageſimo die, iudicatus ſe vidiſſe, Sed, & Cleonactides, octuageſimo die perfectè iudicatus eſt; Epicratis autem vxor, ſicut, & alia mulier in Thaſo, eodem die perit. 3. *Epidem.* 3. Pariter Heropytus; centeſimo vigeſimo perfectè fuit, & ſalutariter iudicatus; & Parius in Thaſo eadem die mortuus. Quòd ſi petat aliquis, poſt centeſimum vigeſimum diem, adhibenda nè ſit fides aliqua Criticis diebus? Dico, ijs eam non eſſe

Tertij circuitus dies Critici.

Indices.

An poſt 120. aliqui dies Critici?

eſſe adhibendam, ſed præſtandam menſibus, & annis, *menſibus*, quidē, vt habetur. 3. *aph*. 28. vbi dicitur, plurimos morbos iudicari puerulis ſeptem menſibus, *annis* verò, vt 5. *aph*. 7. vbi dicitur, Quòd quibus morbi comitiales fiunt poſt vigeſimū quintum annum, commoriuntur. Quæ omnia apertiùs longè tradit Hippo. *libello de ſeptimeſtri partu*, dum ait, Mulieribus, & fœtuum conceptus, & abortus, & partus, eo modo iudicantur, quo, & morbus, & ſanitas, & mors, omnibus hominibus. Hæc verò vniuerſa partim diebus, partim menſibus, partim dierum quadragenarijs, partim verò annis iudicātur. Atque hæ ſunt Criticorum dierum differentiæ. Eſſet iam tranſeundum ad tertium propoſitum, ad vim ſcilicet, & dignitatem cuiuſq; diei Critici explicandam. Cæterùm, quoniā ſunt nonnulla, quibus ſine, differentiæ dierum Criticorum commemoratæ, dignoſci perfectè nequeunt, ideò de ijs prius videbimus, idque in ſequenti capite.

CAP. II.

Tria quæſita, quorum cognitio ad perfectam dierum Criticorum notitiam neceſſaria eſt, explicantur.

VT igitur perfecta, & plena dierum Criticorum, & illorum differentiarum, habeatur cognitio, tria ſunt explicanda. *Vnum*: Quòdnam ſit morbi principium, & à quo die morbi debeat Medicus numerare, & computare dies Criticos? *Alterum*: Cui diei tribuenda ſit Criſis, ſi contingat eam duos, vel tres dies attingere? *Tertium*: An dierum indicum, & intercidentium, poſſit aſſignari aliqua cauſa, ſicut aſſignata fuit dierum Criticorum? Hæc tria, vt breuiter enucleentur.

Circa primum ita ſtatuto, nulla ratione poſſe hunc, vel illum diem, putà quartum, aut ſeptimum cōſtitui Criticū, niſi priùs cognoſcatur morbi principium. Ab hoc enim pendet dierum Criticorum nomen. Sciendum igitur ante omnia, ex Hippocrate, Galeno, morbi principium multipliciter accipi, quemadmodū videre eſt, 1. *Progn*. & 1. *aph*. 12. nec non 1. *de Criſibus c*. 6. 7. 8. & *lib. de totius morbi temporibus*. Sunt autem acceptiones hæ ſex ferè. I. ſiquidem, primum morbi inſultum ſignificare hoc nomen ſolet, quo modo nullam ferè latitudinem obtinet principiū, ſed momentaneū eſt, & indiuiſibile, ac in puncto conſiſtit. II. Sumitur pro primo die decubitus, vt morbus dicatur tunc incipere, cùm æger decumbit. III. Accipitur pro eo inſultu, qui ad aliquod tempus extenditur, vti ad tertium, vel quartū diem, qua ratione primus quaternarius 1. *Progn*. 12. dicitur morbi principium. IV. Capitur pro quarto tempore morbi. Nam morbus quatuor conſtat temporibus, principio, augmēto, ſtatu, declinatione, quorum primum principij nomine denotatur. V. Sumitur pro toto tempore cruditatis, vt morbus tandiù in principio verſari dicatur, quandiù humorum cruditas perſeuerat, licèt etiam ad decimumquartum diem extendatur, quo modo accipitur 1. *aph*. 22. & 24. VI. Poſtremò accipitur pro eo tempore, in quo manifeſtè actiones in ægro læduntur, vt æger minimè conſtare poſſit, ſed cogatur decumbere. Cùm igitur hoc in loco quæritur, Quòdnā ſit morbi principium, à quo numerandi ſint dies Critici? cùm Gal. 1. *de dieb. decret*. Principium accipiendum eſt, in ſignificato vltimo pro tempore illo ſcilicet, in quo æger manifeſtam actionum læſionem perſentit, & rectus ſtare nequit, ſed coactus decum-

A quo die numerari debeat morbi principium?

Principij ſex acceptiones. 1. 2. 3 4 5 6

Principiū morbi, eſt principiū ſignificati vltimi.

decumbit, dummodò per occaſionẽ, tempus, & locum liceat. Hoc verò confirmatur auctoritate Hippocratis, præcipuè 1. *Epid.* vbi plures proponuntur hiſtoriæ, ex quibus manifeſtum redditur, principium morbi ab eo die capiendum, & numerandum eſſe, quo cœpit æger febricitare, non quo caput dolere, laſſitudinem ſentire, aut alio quouis modo perturbari. Quòd autem reliqua principij ſignificata, à præſenti conſideratione, excludenda ſint, patet diſcurrenti per ſingula. Nam pro primo inſultu, hoc loco non eſt capiẽdum principium, quoniam primus morbi inſultus, eſt quid inſenſibile, & momentaneum. Medicus verò eſt artifex ſenſatus. Non eſt etiam ſumẽdum pro die decubitus, quoniam fieri poteſt, vt delicatus quidam, leui de cauſa, & ſine febre, decumbat: contrà robuſtus, ac negocijs occupatus, decumbat tardiùs, quã deceat. Nec pro inſultu protracto ad quartũ diem accipi poteſt; nec pro tempore cruditatis; nec deniq; pro quarto morbi tempore, quia, ſi primo ſumatur modo, tertius dies hac ratione nunquam fuerit Criticus: ſi ſecũdo, ac tertio, aliquando decimus quartus dies, erit primus morbi dies, quod nequaquam verum eſt. Atque hæc determinatio eſt primi quæſiti. Contra quam tamen, inſtantia non leuis eſt, ex partu petita. Nam I. Hipp. 3. *Progn.* 10. & 3. *Epidem. ſect.* 2. *in ægro* 10. 11. 12. Auicenna item, & omnes ferè cæteri, apertè ſtatuunt, in partu non eſſe à die febris, ſed à die partus, numerandum morbi principium, & quod indè ſequitur, dies Criticos. II. Partus *ex Hipp. lib. de ſeptimeſtri partu*, eſt veluti Criſis. In Criſi verò, fit maxima naturæ contentio contra morbum. Ergo etiam in partu fit talis contentio. Sed contentio fit ea die, qua humor incipit moueri. Ergo, & in partu humor incipit moueri. Iam verò, cùm inter omnes conſtet, principium morbi numerandum eſſe ab ea die, qua humor incipit moueri, humor autem moueatur in partu, die partus. Ergo non à die febris, ſed à die partus numerandum erit principium.

In partu principiũ morbi à die numerandum, partus ne, an febris?

Quod verò dicitur de partu, idem intelligendum etiám eſt de viſcerum inflammationibus, ac vulneribus, præcipuè capitis, in quibus ipſis quoque facienda eſt ſupputatio dierum, non à die febris, ſed à die inflammationis, & vulneris; ſicuti clarè patet ex Hippocr. *lib. de vulnerib.*

Itẽ, In viſcerum inflammationibus, & Vulneribus, præcipuè capitis.

Verùm, quia Hippocrates ſibi ipſi aduerſari videtur, cùm 1. *Epid.* 3. in Phileni vxore, numeret morbi principium, à die febris, & non partus, quippè, qui tradit, eam perijſſe die vigeſimo, qui vigeſimus, erat à partu trigeſimus quartus. Ideò reſpondetur: Si febris, poſt ſextum, vel ſeptimum à partu diem, ſuperueniat; iam non à die partus, ſed à die febris faciendam eſſe dierũ computationem, quoniam febris hęc non ſymptomatica, ſed morbus eſt. Non enim pendet ab humorũ motu, qui in partu fieri ſolet; ſed ab alia cauſa, vti ab errore externo: vel eſto etiam, pendeat ab illo motu aliquo modo, ſi tamen ſubſit in corpore aliqua cauſa interna, vt Cacochymia, & humorum prauitas, vel multitudo, iam partus à Medico conſiderãdus tantùm eſt, vt cauſa coadiuuãs febris subortæ, non tanquam morbus primarius; & ideò non à die illius, ſed huius facienda eſt cõputatio.

Hippocrates ſibi cõciliatur.

Quòd ſi aliquis opponat his duas hiſtorias è 1. *Epid.* 3. è quibus conſtat, febrem ſecunda die partus ſuperueniſſe, & tamen non à die partus, ſed à die febris factam fuiſſe, computationem: ei reſpondetur dupliciter: I. Cum Galeno, Hippocratem in Epidemijs multa ſparſim, & confusè

Obiectionis duplex ſolutio.

I.

fuſè adnotauiſſe, non vt ederentur, ſed vt eſſent aduerſaria, & memoriam iuuarent: i Prognoſticis verò, & Aphoriſmis, paulò accuratiùs ſingula explicauiſſe, ac ad certam veritatis normam accommodauiſſe, adeò, vt in Epidemijs agat, veluti obſeruator, in Prognoſticis verò, & Aphoriſmis, tanquam Doctor. Hoc enim, cum ita ſit, Hippocratis ſententia recipienda erit, quæ in Prognoſticis recitatur, videlicet, à die partus, in hoc caſu faciēdam eſſe dierum computationem; & non illa, quæ habetur in Epidemijs. II. Reſpondetur: Partum duplicem eſſe, naturalem, & non naturalem. Si naturalis ſit, & febris ſuboriatur, iam, à die febris, facienda erit ſupputatio, cùm probabile ſit, febrem talem, non ab agitatione in partu facta, aut ſi ab hac, non tamen ab ea ſola, ſed veluti à cauſa coadiuuante tantùm, ortum habuiſſe. Quòd ſi partus ſit non naturalis, inſtituenda eadem erit à die partus, quoniam tunc partus habebit rationem morbi, febris verò ſymptomatis. Ex his verò, vt eò redeat noſtra oratio, vnde defluxit, facilè patet, id quod dictum eſt, à die febris faciendam eſſe dierum computationem, intelligendum eſſe, dummodò febris habeat rationem non ſymptomatis, quemadmodum in partu, & caſibus commemoratis, ſed morbi principalis, cum quo reliqua, quæ concurrunt, iungantur, tanquam vel cauſæ morbificæ, vel ſymptomata. Sed dicet aliquis; Si morbus redeat, & fiat recidiua, quomodo facienda eſt dierum computatio? Dico: Si relapſus ex morbi præcedentis reliquijs contingat, coniungendum eſſe relapſum cum illo morbo, & ideò faciendam eſſe computationem dierum à die præcedentis morbi; *teſte Hippocr. 3 Epid. ſect.* 2. Ibi enim æger ſecundus

In recidiua qūo facie̅da dierum computatio.

Hermocrates, liberatur à febre, decimoquarto die, decimoſeptimo rurſus febricitat, vigeſimo febris eſt expers, vigeſimo quarto redit febris, & tandem vigeſimo ſeptimo moritur. Pariter 3. *Epid.* 3. æger octauus Anaxion, vigeſimo die ſudat, & febre omninò liberatur, vigeſimo ſeptimo redit febris, trigeſimo ſeptimo totum corpus ſudat rurſus, & perfectè ęger iudicatur. Sed hæc de primo propoſitorum dicta ſint.

Cui diei tribuendæ Criſis? Si in plures protrahatur, ex tribus colligitur.

Erat ſecundum propoſitorum, *cui diei, ſi in plures ea protrahatur, tribuendæ ſit Criſis?* v. g. Sudor, aut quælibet alia excretio Critica, ſi incipiat ſeptimo die, perficiatur verò in octauo, tribuenda nè ſit ſeptimo diei, an octauo? Pro diſſolutione huius difficultatis, ſciēdum eſt, tria in die Critica Medico diligenter eſſe obſeruanda, nempè morbi acceſſionem, diei naturam, temporum Criticorum numerum. Ex his enim tribus, diligenter intellectis, & obſeruatis, facilè etiam conſtabit, quid in hac difficultate dicendum ſit. Nam, *quo ad* I. Paroxyſmorum, ſcilicet rationem, ſeu acceſſionem, ſi morbus imparibus diebus exacerbetur, diei impari potiùs attribuēda eſt Criſis, etiamſi par dies ſæpè Criſin videat, quoniam ex Hippocr. iiſdem diebus morbi iudicantur, quibus exacerbātur: & 3. *Epid.* 3. Quæ paribus diebus exacerbantur, paribus iudicantur; ſicuti, & quæ imparibus exacerbantur, iudicantur imparibus. *Quo ad* II. vim ſcilicet, & naturam dierum Criticorum; cùm, vt videbimus, alij alijs decernant potentiùs; alijs item fidæ, & perfectæ Criſes, alijs infidæ; accidant; ſemper Criſis illi diei eſt adſcribenda, quæ potentiùs, perfectiusque, & fidelius decernit. Vnde, ſi e. g. ſudet æger, nono, & decimo die, Criſis, ſi perfecta fuerit, & ſalutaris, erit noni; ſi contra decimi. 2.

Quoad

3. *Quoad* III. numerum videlicet temporũ Criticorum; cùm tempus Criticum triplex ſit, principium acceſſionis Criticæ, principium motionis Criticæ, & finis Criſis, ſolutio nimirum morbi, illa dies, quæ duo tempora ſimul complectitur, ſibi Criſin magis vendicabit, v.g. ſi ſeptimo cęperit perturbari natura, octauo verò ſimul excretio fiat, & ſuccedat ſolutio morbi, criſis nõ ſeptimi diei erit, ſed octaui. Quòd ſi tria hæc incidant in tres dies diuerſos, illi maximè attribuenda erit Criſis, in quo cępit excretio. Nam tunc eſt maximus naturæ impetus. Illud verò hoc loco obſeruatu dignum eſt, morbos, qui non excedunt decimumquartũ diem, ſuam abſoluere Criſin vnico die; qui decimumquartum excedũt, duobus; qui vigeſimum, tribus. Id quod referente Gal. 2. *de diebus Critic. cap.* 5. ſatis innuit Hippocr. ipſo modo loquendi, in ſuis hiſtorijs Epidemicis. Nam, dum Criſis vnõ die abſoluitur, hac vtitur loquendi formula: Morbus quinto, ſeptimo, nono, vndecimo, iudicatus eſt; non autem hac. Circa quintum, &c. Dum verò pluribus diebus abſoluitur, mutat loquendi modum, & ait: Circa vigeſimum, circa quadrageſimum, &c. iudicatus eſt; ſatis innuens, non vni tantùm, ſed vni, vel alteri diei, poſſe, tali tempore, Criſin attribui.

Qui morbi, quos diebus iudicentur.

Supereſt poſtremum explicandorum, erat autem illud: *An ſit aliqua indicum etiam, & intercalarium dierum, cauſa?* Qua in re, quantum ad dies indices attinet, ſtatuo, cauſam eorum principalem eſſe motum Lunæ per quartas proprias: & ideò fieri, vt cuiuſlibet ſeptenarij eorum, qui ad circuitũ dierũ in morbis acutis attinẽt, quartus dies ſit perpetuus index. Huic verò principali cauſę, accedit, ſecundo loco, ipſa natura, tanquam cauſa ſine qua non. Hæc ſiquidem futuram Criſin oſtendit, in die illa conſtituta, per victoriam, & dominium ſupra materiam morbificam, quod dominium occurrit in quaternario cuiuſlibet ſeptenarij, vt euidentiſſimè apparet in quarto die, primi ſeptenarij: in vndecimoſeptimo, tertij: atque ex duobus Medico innoteſcit, ex ſignis coctionis, & ex aggreſſu motus materiæ. Incipit ſiquidem, eà die, materia moueri, ad eam regionem, per quam eſt educenda. Ex quo obiter patet cauſa, cur in die indice nõ fiat Criſis. Nam quanquam adſit in ea coctio, tamen hæc in dies magis perficitur, & motus naturæ vigoratur, naturaque ſibi vias, ac regiones accommodatas præparat, vt neceſſe ſit Criſin differri. Atque hæ cauſæ, dierum indicum, nõ multùm diſſimiles ſunt, à cauſis dierum Criticorum, abſolutè ſic dictorum. Sed præter eas, adfertur etiam alia, eaque ſatis probabilis, ab Andrea Laurentio. Pro hac verò, illud, tãquam axioma, ſupponendum eſt; videlicet, partes partes proximas indicare de ſuis totis. Id quod, in rebus externis, facilè eſt videre. Nam Architectus ex fundamentis parietes, ex parietibus tecta, perfectamque domum, mox apparituram, colligit. Hoc igitur idem, de diebus indicibus, affirmare licebit, & dicere, Quartum cuiuſlibet ſeptenarij, eò indicare, quoniam repræſentat perfectionem ſui ſeptenarij. Nam cùm ſeptenarij partes proximæ ſint tria, & quatuor, ſed quatuor ſint pars proximior, ideò quaternarius probè indicabit ſeptenarium, non alia de cauſa, niſi quia in illo, veluti in parte relucet perfectio totius. Accedit huc, quòd quartus ſeptimanæ eſt medius, & ideò cùm extremis habet parem ſocietatem. Vnde, ſi primus dies morbum diſcutere aggrediatur, ei finem imponet quartus,

Cauſa dierum indicium ſecũdum nos.

Cur in die indice nõ fiat criſis?

Cauſa dierum indicũ ex Andrea Laurentio.

quartus, & ſi primus nihil tentet, ſed quartus aggrediatur morbi iudiciũ, finem imponet ei ſeptimus. *Quod ſpectat ad dies intercalares*, qui ſunt, tertius, quintus, nonus, decimus tertius, decimus nonus; hos ſciendum eſt habere prærogatiuam aliquam, vt in ipſis Criſis etiam contingat, ea ratione, qua ſunt impares, & ideò cauſam, cur dies hi, inter verè Criticos, & indices, obſeruẽtur, eſſe, quia impares ſunt, & in ipſis fit Criſis, quanquam imperfecta, & præter naturæ inſtitutum, eruptione ſcilicet facta, priùs quã deceat, quod appellat Hipp. ante tempus erumpere, dũ videlicet natura, irritata ab aliqua cauſa, in immaturam Criſin erumpit. Natura enim, ex proprio inſtituto, hanc legem ſibi conſtituit, vt ſeptenarijs Criſes moliatur. Sed ob materiæ inordinatos motus, deuiat ab illa lege aliquando, & diebus intercalaribus humorem nondum planè coctum, aut bonum cum noxio excernere cogitur, vnde imperfecta Criſis oritur, quam ſubſequitur relapſus: cuius tres tãtùm, iuxta Hipp. ſunt cauſæ; ſi intùs relinquantur. Cauſæ porrò naturam cogentes, ſunt tùm externæ, tùm internæ. Externæ proponuntur ab Hippocr. 1. *aph.* 1. & ſunt, Medicus, Aeger, Aſſidentes, & exteriora. *Medicus* errat ignorãtia, audacia, timiditate, *Aeger* delinquit, vel quia Medico nõ obſequitur; vel quia ſibi indulget nimis. *Aſſidentes* eadem ferè ratione peccãt. *Exteriora* plura ſunt, quæ motus naturæ conſuetos interturbant, & inter ea præcipuè animi accidentia, & mala victus ratio, quo modo apud *Hippocr. in Epidem.* Philonis filia, die ſeptima, lautiùs cœnans, interijt. Cauſæ internæ naturam proritantes, ſunt morbus, cauſa morbi, & paroxyſmus. *Morbus*: Nam is, ſi peracutus ſit, & malignus, naturam ante ſeptimum ſtimulat. *Cauſa morbi*: Humor ſiquidem furens, & concitatus, ante coctionem foràs erumpit. *Acceſſio: ſeu Paroxyſmus*: Hæc enim ex Gal. 3. *de diebus Crit.* proritat, & ipſa naturam. Et hæc eſt cauſa, cur in acutis morbis Criſes fiant diebus imparibus, quoniam eiſdem fiunt acceſſiones. Sed de diebus intercalaribus, coronidis loco, illud vniuerſaliter noto: Hos dies tãtùm in acutis ſimpliciter reperiri, non autem in ijs, qui vltra vigeſimum extenduntur Quia, poſt vigeſimum, humoris impetus ſenſim languet, nec ita cõcitatus eſt, vt poſſit naturam irritare. Sed iam illud aggrediendum, quod vltimum eſt principaliter ad explicandum, de diebus Criticis, propoſitorum.

Cauſæ dierũ intercalarium.

Relapſus tres cauſæ Hippocrati. Cauſæ naturã cogentes ante tempus moliri Criſin.

Intercalares, poſt vigeſimũ nulli, & cur?

SECTIO III.

DE VIRIBVS, & dignitate ſingulorum dierum criticorum.

CAPVT. I.

Vires in decernendo, cuiuſque ex diebus propriè Criticis dictis, ſigillatim proponuntur.

VLtimum igitur, quod, de diebus Criticis, explicandum reſtat, eſt, vt de viribus, ac, in decernendo, dignitate, cuiuſlibet horum dierum, ſigillatim agatur. Vbi in genere illud ſciendum: Longo vſu, & experientia obſeruatum eſſe, *Non eandem eſſe dierum omnium Criticorum vim, ſed alios alijs potentiùs decernere.* Porrò, cúm quatuor eorũ ſint claſſes vt dictum eſt, Criticorum alia; alia indicum; intercidẽtium tertia; quarta vacuorum: de ſingulis acturis nobis, à verè Criticis exordiendum eſt, id eſt,

Non eadẽ omnium Criticorũ vi.

id eſt, à ſeptenarijs. Hi enim propriè ſunt Critici, quemadmodum traditum eſt ab Hippocrate; & confirmat ratio, cùm ſoli Criſis perfectæ omnes conditiones habeãt, quæ ſunt, vt ſit indicata, vt manifeſta, vt abſoluta, vt ſecura; quæ omnia, Criſi in ſeptenarijs factæ, in eſſe, ſatis conſtat Septenarij igitur, cúm, in acutis ſimpliciter morbis, tres ſint, ſeptimus, decimusquartus, vigeſimus; ſeptimo primus debetur locus, & prima Criſis laus. Hinc Gal. 1 *de diebus decret. c.* 4. primum eum, inter decretorios, nominat non numero, & ordine, ſed viribus, & dignitate. Eum enim aſſimilat Regi clementiſſimo, & ſexto opponit, tanquam Tyrãno. Nam ſicut Rex clemens multis parcit, eoſque pœna liberatos dimittit; ita ſeptimus dies, inſigni facta excretione, multos ab interitu vindicãt. Hinc, non immeritò numerus hic, ab omni adeò æuo tà m fuit celebris. Vt enim, quæ de dignitate eius, & præſtantia, dicuntur ab Egyptijs, Chaldeis, Græcis, & Arabibus, ea conſultò omittam; ipſe quoque Hippocrates, Ariſtoteles, & Galenus eum celebrant. Hippocrates ſiquidem, *in lib. de principijs.* hominis ætatem ſeptenario dierum numero conſtare, non tantùm affirmat, ſed copioſiſſimè etiam, ex eo demõſtrat: quòd & plerique, qui per dies ſeptẽ nihil comedunt, aut bibunt, his ipſis diebus moriuntur: & ſemen, quod poſt eiaculationem, intra ſeptem horarum ſpacium non fuerit effuſum, in vitam hæret: & ſeptimo poſt conceptionem die, prima ſpermaticarũ partium rudimẽta apparent, habetq; in illo genitura, quæcunque corpus habere debet. Sed, & ſeptimeſtres partus vitales ſunt, & ſeptimo poſt partum die fœtus vmbilici reliquias iactat; & ſeptimo menſe dentit, & aliæ ſingulis ſeptenarijs, per totam hominis ætatem, eueniunt mutationes, quas longum eſſet omnes enumerare, & quas, qui volet, is ex ipſo Hippocrate poterit petere. Ariſtoteles quoque 5. *de hiſt. Animal.* 20. ſeptenario hoc eximiũ tribuit, quòd ſingulis ſeptenarijs mutationes maximæ contingant. Galenus tandem, ſanitatis præcepta tradẽs, per ſeptenariorum rationem, ætatum facit diſcrimina: & 2. *de dieb. decret. cap* 7. narrat, ſe plures, quàm quadringẽtos homines, acuto morbo laborantes, æſtate vnà, perfectè iudicatos in ſeptima vidiſſe. Porrò, quamuis ſeptimus dies, vt plurimùm, perfectè, & ſalutariter iudicet; quidam tamen etiam *ex* 1. *de dieb. decret.* 4. moriũtur die ſeptimo: plerique etiam mutationem in deterius patiuntur, ac in ſequenti aliquo die decretorio intereunt. Hoc verò accidit, aut propter materiæ contumaciam, & perniciem, vt in febribus peſtilentibus; aut propter expultricis languorem, aut ob meatuum obſtructionem. Propter has duas enim cauſas poſtremas, retinetur materia morbifica, quæ eſt cauſa totius mali. Cœterùm de his, qui ſeptimo die perierunt, videri poſſunt hiſtoriæ 1. & 3. *Epid.* quemadmodum de his, qui peius habuere, & ſequenti die decretorio ſunt mortui, *in* 1 *Epid. ægro tertio, & duodecimo.*

De vi diei ſeptimi.

Septimus primus vi, & dignitate inter decretorios

Septenarij dignitas ex Hipp. Galeno, Ariſtotele.

Cur aliqui in ſeptimo moriãtur, vel ruant in deterius

Secundus à ſeptimo dies, verè, & perfectè Criticus, eſt decimusquartus Huic aliqui maiorem vim decernendo tribuunt, quàm ſeptimo, ob Lunæ oppoſitionem, quòd in tali aſpectu maior oriatur inimicitia, quã in alio quolibet tempore. Sed hoc commentitium eſt, & vanum: Nam ſeptimus, & numero, & dignitate, principatum inter verè decretorios obtinet. Quòd ſi tamen ſeptima non contingat perfecta Criſis, ante decimumquartum non eſt ea expectanda, niſi fortè irritetur natura, à

De vi diei decimiquarti.

copia,

copia,& qualitate humoris, vel iuuetur à Medico. De his verò, qui decimoquarto die iudicati ſunt perfectè, plures habentur hiſtoriæ *in Epidemijs*. Sed & illud dignitati,& ſecuritati, in iudicando huius diei, facilè atteſtatur, quod ſuum indicem habet vndecimũ. Nulla enim Criſis perfecta,& ſalutaris, fit abſq; indice. Porrò huius diei, vt perfecta habeatur notitia, duo de ea quærẽda ſunt. *Vnum*: An ſit ex numero parium, vel imparium? *Alterum*. Vtrùm ſit acutorum morborũ terminus? *Quod ad primum attinet, certum eſt* ex ſupputatione Arithmetica, decimumquartum eſſe è numero parium, quia in duos æquales numeros ſecatur,& ex duobus imparibus, ſeptenarijs ſcilicet conflatur: ex duobus autem imparibus, perpetuò numerus par generatur. Hinc Hipp. quoque 1. *Epid.* 3. inter Criticos pares eum connumerat. Hoc verò ſtante, difficultas oritur, de hoc die. Nec enim videtur eſſe poſſe perfectè decretorius, cùm non perfecta Criſis, quæ diebus imparibus non contingit; cùm, vt dictum eſt, morbi acuti, illis diebus iudicentur, quibus exacerbantur; exacerbantur autem diebus imparibus, quia pendent à bile. Sed facilis eſt ſolutio. Diuerſa enim eſt ſupputatio dierum Arithmetica, & Medica. Numerant enim Medici per ſeptimanas, ita vt octauus dies ſecundæ ſeptimanæ principium ſit, & decimusquartus ſit ſeptimus ſecundæ ſeptimanæ. Id quod expreſsè docuit *Hippocr. 2. aph. 24.* Quare, ſecundùm Medicos, decimusquartus erit è numero imparium,& cõſequenter perfectè Criticus. *Quod ſpectat ad ſecundum quæſitum*, dubitandi occaſio deſumitur ex diſſentiẽtibus Hippocratis locis. Nam aliquando decimumquartum, aliquãdo vigeſimum, aliquando quadrageſimum diẽ acutorum morborum terminum conſtituit. Ac de decimoquarto quidem, hoc habetur 2. *aphor. 23. & in Coacis prænot.* 143 Quoad vigeſimum verò, plures ſunt *in Epidemijs* hiſtoriæ, eorum, qui acutè laborantes, decimoſeptimo, & vigeſimo iudicati ſunt. Herophon ſiquidem iudicatus eſt decimoſeptimo; Philini vxor vigeſimo interijt; Cherion vigeſimo iudicatus, omnes acuta febri laborãtes. Tandem, quoad quadrageſimum, hunc eundem quoq; 3. *Progn.* claris verbis, terminũ acutorum ſtatuit idem Hippocr. quod & repetit 1. *Progn.* 24. Huic difficultati ita quidam ſatisfaciunt, vt dicant, non velle Hippocratem, decimumquartum diem eſſe terminum acutorum morborum; ſed id tantùm, quatuordecim eſſe dies decretorios, ſi quis à primo, ad quadrageſimum diem, ſupputationem continuet. Sed enim hæc ſolutio, nullo modo quadrat. Nam nec Hipp. vnquam id, quod dicũt, ſomniauit & falſa ſunt, quę proponuntur. Nam, quomodocunque dies numerentur à primo ad diem quadrageſimum, ſemper vel plures erunt, vel pauciores dies decretorij, quàm quatuordecim. Si enim ſolos verè decretorios quis numeret, ſeptenarios, ſcilicet, ſex tantùm erunt decretorij. 7. 14. 20. 27. 34. 40. Si ſolos indices, ſex itidem erunt, cùm quilibet ſeptenarius habeat ſuum indicem vnum. Si principes decretorios,& indices iungat ſimul, reſultabunt duodecim tantùm: ſi his addat intercidẽtes, erunt plures quàm quatuordecim. *Quare, vt rectè hæc loca, in ſpeciem pugnantia, concilientur*, natura, ac differẽtiæ morborum acutorum, ob oculos nobis ponendæ erunt. Acutus igitur morbus, ſi naturam eius ſpectes, *ex Hippoc. in Epidem.* eſt, qui celeriter, continentur,& vehementer mouetur, ita vt ex

An decimusquartus ſit ex numero parium, vel imparium?

An decimusquartus terminus ſit morborũ acutorum?

Occaſio dubitandi Hippocratis.

Aliorum reſpoſio reÿtitur.

Reſponſio propria ex diſtinctione morborũ acutorum.

Quid morbus acutus?

ex motu morbus acutus nomen ſortiatur. Vnde Galenus. 2. *de diebus decret.* laudat Archigenem, qui non ex ſola temporis breuitate, ſed ex motu, & natura morbi, acutum, aut peracutum morbum, appellare fuerit ſolitus. Eum namque, qui lento motu, & interceptus interuallis ſuis ad quadrageſimum vſque progreditur, nemo ſanæ mentis acutum verè nominauerit. Sed nec morbus omnis, qui celeriter iudicatur, acutus morbus dicendus venit, nec is, qui breuis eſt, (ſecùs enim ephemera eſſet morbus acutus:) ſed requiritur ad acutiem celeritas, continuitas, & vehementia. Quòd ſi inſtet quis, videri ſufficere celeritatem, qnoniam acuto morbo oppoſuerunt Veteres longum. Reſpondetur ex Gal. 3. *de dieb. decret.* 13. quòd ita ſibi inuicem hos morbos oppoſuerint Veteres, ob dictionum penuriam id eueniſſe, & per abuſionem, ſeu κατα-χρηκσιμ, acuto longum opponi, cū is breui potiùs è regione reſpōdeat.

Differētiæ morborum acutorum.

Quantum ad differentias acutorum attinet, ſic alij peracuti ſunt, alij acuti. Peracuti rurſū, vel ſunt extremè tales, perperacuti dicti; vel ſunt peracuti ſimpliciter. Acuti verò, & ipſi, vel ſunt acuti ſimpliciter, vel ex decidētia, quos tamen, *ex Gal. 2. aph 23.* veriùs, & elegātiùs acutos per prioris ſtatus in alium mutationem, aut à ſua ſpecie degenerationem, quàm acutos ex decidentia, quis dixerit. Hi verò ſecundùm nomen tantùm acuti ſunt, ſed natura acutorum planè carent. Lentè enim incedunt, & mouentur. Subdiuiduntur autem morbi hi, quoniam tales ſunt, vel per Criſin imperfectam, vel propter inæqualem viciſſitudinem remiſſionis, & exacerbationis. Acuti ſimpliciter rurſus ſubdiuiduntur, quoniam alij ſunt acuti ſimpliciter exactè, alij non exactè. His verò ita conſtitutis, iam ad quæſtionem propoſitam facilè ſic reſpondetur: Si de peracutis extremè ſit ſermo, hos primo quaternario iudicari, dicente Hippocr. 3. *Progn.* 2. Febres maligniſſimas, horrendiſque ſymptomatibus comitatas, quarto die interimere; mitiſſimas eodem ſolui. Si de peracutis ſimpliciter, eos primo ſeptenario; quemadmodum acutos ſimpliciter exactè, die decimoquarto; acutos verò ſimpliciter non exactè, vigeſimo die terminari: acutos autem ex decidentia, ad quadrageſimum prorogari, ac de his intelligēdum Hippoc. *in Progn.* Nec enim dixit ſimpliciter in acutis, ſed cum illa additione, ijs in acutis, qui quadrageſimo die iudicantur. *Sed circa acutos ſimpliciter non exactè*, noto, eos non poſſe propriè acutos dici, quoniam acumen continuatum, non poteſt excedere decimumquartum diem.

Acuti ſimpliciter nō exactè, nō ſunt propriè acuti.

Nam morbus acutus, cum vehementiam, & celeritatem coniuncta habeat, neceſſariò vim magnam naturæ infert. nullum autem violentum eſt perpetuum. Quia tamen reperiuntur morbi nonnulli, qui perueniunt ad vigeſimum diem, facta ſupputatione dierum à die decubitus, & febris, non à die acuminis, vtpotè, qui principio erant parui, ac mites; ideò acuti ſimpliciter dicuntur, ſed non exactè. Nam acuties propriè dicta, etiam his, accidit tantùm per quatuordecim dies. Atque hæc exemplis facilè explicari poſſunt. Eſto enim, febricitans quis quarto die phrenitide corripiatur, & decimo ſeptimo iudicetur; is ſecundùm meam ſententiam, decimoquarto iudicatur, quia cępit tantùm die quarto morbus celeriter, & vehementer moueri: At à quarto ad decimum ſeptimum, ſunt tantū quatuordecim dies. Id quod nouit, ante Galenū, etiam Diocles, qui Phreneticos

neticos non à primo ſtatim die fieri, ſed procedente morbo, dixit. Quòd ſi primum ſeptenarium quis exegit cum febre mitiori, & ſeptimo demum die acutè cæperit laborare, hic etſi vigeſimo die iudicetur, tamen decimoquarto die, Criſin ei cõtigiſſe putandum eſt. Id quod ſatis confirmat adoleſcens in Melibæa. 3. *Epid.* Cæpit enim is decimo die declinare, decimoquarto omnia ſunt exacerbata, vigeſimo valdè inſaniuit, vigeſimoquarto interijt. Fuit enim etiam illi vigeſimus decimuſquartus à decimo. Ex his verò omnibus ſatis patet, acutos exactè, non tranſcendere decimumquartum; at non exactè acutos, nihil impedire, cum non habeant continuatum acumen, quin peruenire poſſint ad diem vigeſimum.

De vi diei vigeſimi.

An vigeſimus præferendus vigeſimoprimo?

Tertiùs, inter Criticos principes, eſt vigeſimus. Eſt enim ſeptimus à decimoquarto, & ſuum habet indicem decimumſeptimum, & multos ſecurè iudicat, ac cõpletum in morbis circuitum facit. Sed de hac die maxima eſt diſputatio inter Medicos. Multi ſiquidem ex Veteribus, vt Archigenes, Diocles, quibus Celſus quoque adſtipulatur. *lib. 3. cap. 4.* vigeſimum primum ponunt Criticũ, ac vigeſimo præferunt, & iure, vt exiſtimant, quoniam vigeſimus primus, tribus conſtat ſeptenarijs perfectis; vigeſimus, tribus tantum imperfectis. Quin, & vigeſimi primi, tanquam Critici, meminit Hippocrates quoque. 1. *Epid. 4. aph. 36. & libello de dieb. decret.*

Probatur vigeſimũ præferendum vigeſimoprimo

Nos tamen experientia ducti, ſtatuimus cum Hippocrate, vigeſimum ante vigeſimum primum habere principatum in decernendo, ea tamen ratione, vt vigeſimus primus non omninò excludatur à decretorijs. Quòd verò vigeſimus potiùs decretorius ſit, quàm vigeſimus primus, facilè eſt probare, tum ex circuituum ratione, tùm ex toto dierum ordine. Nam ſi vigeſimus primus perfectè criticus ſtatuatur; Ergo, & decimus octauus erit index; ac poſt vigeſimum, hi omnes erunt Critici. 25. 28. 32. 35. 42. 63. 84. At horum nunquam meminit Hippocrates, in ſuis hiſtorijs vniuerſalibus, aut particularibus, ſed Criticos omnes numerat à vigeſimo 24. 27. 34. 37. 40. 60. 80. 100 ijſq; frequentes contigiſſe Criſes paſſim annotat, vt patet ex hiſtoria Cherionis, Philini vxoris, Eurianactis filiæ, qui omnes vigeſimo die iudicati sũt; Abderitanæ virginis, quæ vigeſimo quarto; Anaxionis, qui trigeſimo quarto; Glazomenij, qui quadrageſimo; quemadmodum is quoque, qui in horto iacebat Dealcis; vxoris Iphicratis, quæ quadrageſimo pauca bilioſa vomuit, octuageſimo perfectè iudicata eſt; quemadmodum, & Cleonactides: Heropyti, qui centeſimo vigeſimo perfectam Criſin habuit. Quibus omnibus accedit Galeni auctoritas, qui 2. *de dieb. Critic.* vniuerſaliter affirmat, nullum ſaluũ euaſiſſe, vel perijſſe, toto illo dierum ordine, qui eſt à decimo octauo, & vigeſimo primo, ſed omnes iudicatos eſſe illis diebus, qui à decimo ſeptimo, & vigeſimo ordinem ſuſcipiunt; vt iure ſtatuendum ſit, vigeſimum Criticum eſſe principẽ; non vigeſimum primum.

Cauſa cur præferendus ex hippocrate.

Huius autem rationẽ Hippocrates *in Progn.* hanc adfert, quia ſeptimanæ integræ non ſupputandæ ſunt, ſicuti neque dies, neque anni. Quòd vt intelligatur rectiùs, repetendum memoria eſt id, quod ſupra traditum eſt, videlicet tres eſſe ordines circuituum dierum vniuerſales; *minimum*, qui viginti eſt dierum; *medium*, qui quadraginta; *maximum*, qui centum viginti. Ex his verò vigeſimus, qui ad noſtrum inſtitutum propriè atti-

net, quaternionibus conſtat ſex, ea ratione, vt quartus dies ſit finis primi, & principium ſecundi quaternionis; vndecimus compleat tertiũ quaternarium, & huius principium ſit octauus; decimus quartus dies, iunctus cum tertio, compleat quartũ quaternariũ; quintus quaternarius, cum quarto iunctus, cadat in diem decimumſeptimum; poſtremus quaternio copulatus cũ quinto, incidat in diem vigeſimum. Quare vigeſimus conſtat ſex quaternarijs, & tribus ſeptimanis: ex quibus prima eſt integra; ſecunda, & tertia copulantur. Quòd verò dies integri non ſint numerandi, ex veterum Aſtrologorum logiſmo, & ratiocinio, iuxta recentioris cuiuſdam obſeruationes, demonſtrat Laurentius, *in ſuo de Criſibus tractatu, lib. 1. c. 12.* quem, quia rem totam accuratè proponere nimis eſſet longum, adire, qui volet, poterit. Atque hæc eſt Hipp. ratio, cur vigeſimus præferendus ſit vigeſimo primo. Sed præter eam, Galenus, vt id ipſum explicaret, cur ſcilicet Criſis anticipet die vigeſimo, & non fiat vigeſimo primo, aliam adferre voluit. Commentus ſiquidem eſt menſem Criticum, & medicinalem, ex menſe peragrationis, & illuminationis cõflatum, vt ſupra explicatum eſt. Sed cùm hæc Galeni ratio, ab omnibus non ita facilè recipiatur, nos cauſam aliam indagare conati ſumus; quam referimus in efficaciam agentis, & habilitatem paſſi, ex qua ita, rationem principatus vigeſimi diei, videmur poſſe reddere. Si enim *primum* ſpectetur, cauſa efficiens Criſis, cùm ſit Natura, ea tunc faciet Criſin, cùm maximè efficax erit. Sed magis, & frequẽtiùs eſt talis, in vigeſima die, quàm in vigeſima prima. Ergo. Quòd autem natura magis ſit talis in vigeſimo, ſic declaro. Certiſſimum eſt, Criſin fieri motu naturali, quoniã eſt opus facultatis naturalis expellentis, quæ agit motu expulſiuo. Naturalis autem motus, ab animali in eo diſtinguitur, quòd animalis, ſeu voluntarius, eſt velocior in principio, naturalis verò velocior in fine, *teſte Ariſtotele 8. Phyſ. 5. ac 1. & 2. de Cælo.* Cuius rei cauſa eſt, quoniam in motu voluntario, inſtrumenta ſenſim defatigantur, in naturali motu, mobile, dum ad finem tendit, appropinquat proprio loco, & ob id propriæ perfectioni, ac ideò tantò mouetur velociùs. Quo ita ſtante, natura dum primos ſeptenarios cõpleuit, per coctionem, & ſecretionem, remanet expulſio. Ad hanc igitur cùm celeriùs properet, tanquam ad finẽ, propterea tertium ſeptenarium non perficit, & Criſin vigeſimo primo die futuram anticipat, & eam in vigeſimo celebrat. Si verò conſideretur *ſecundum*, nimirum paſſi, id eſt, materiæ morbificæ habilitas, ab hac quoque aliquo modo ratio ſumi poteſt. Quia, vbi materia erit cocta, & ſecreta, ſtatim expelletur. Quare, ſi ſit cocta in ſeptima, & decimaquarta die, non expectabit vigeſimum primum diẽ, ſed vigeſima, quaſi ſpontè, & nulla vi, foràs extrudetur. Et hæc de primo dierum Criticorum ordine, id eſt, de verè Criticis.

Cauſa ex Galeno.

Cauſa ex propria ſẽtentia.

CAP. II.

Perpenduntur ſeparatim vires cuiuſque ex diebus Indicibus.

ERat alter ordo, eorum dierum Criticorum, qui indices dicuntur. Horum vis, & poteſtas eſt, vt indicent, quid futurum ſit in die Critica principe. Indicant autem hoc per ſigna coctionis, vel ſalutaria, vel lethalia. Si enim ſalutaria ea fuerint, ſalutaris Criſis eſt expectanda; ſi le-

thalia,

thalia, lethalis. vt, ſi v.g. in vrinis hypoſtaſis ſit nigra; in deiectionibus aquoſa, nigra, ſpumantia, viridia, liuida; in ſputis rotunda, ſpumantia, & viridia. Talia enim lethalem Criſin, & pernicioſam præſagiunt. Sunt verò dies indices, quartus, vndecimus, decimus ſeptimus. Etſi verò indices hi ſint, non tamen, ex toto, deneganda ijs eſt vis iudicandi. Decernunt enim, & ipſi aliquando, licèt imperfectiùs, quippè quorum exigua vis eſt hac in re, vt propterea indices potiùs, quàm Critici denominandi ſint.

Dies indices quãdoque decretorij.

Cæterùm, ſicut in decretorijs radicalibus erat certus quidam dignitatis ordo: ita eſt quoque in indicatorijs. Nam, vt ſeptimus, inter Criticos, principe loco eſt; ita inter indices quartus tenet primas partes, & quoad vim, & quoad dignitatem. Meliùs enim, & perfectiùs ſeptimũ indicat, quàm vndecimus decimum-quartum. De eo Hipp. hæc habet, 2. *aph.* 24. eſſe indicem ſeptimi, & 4. *aph.* 71. Quibus die ſeptimo morbi iudicantur, ijs vrinam, die quarta, nebulam habere rubram, & alia pro ratione. Eſt autem quartus hic index ſeptimi primò, per ſe, & ex ſui natura. Id quod Gal. interpretatur 1. *de dieb. Crit.* 11. Si nihil rarum, vel magnum ſuperuenerit, ideſt, ſi nihil internum, vel externum contingat, quod impediat.

Quartus dies indicando primus.

Nam propter alterum horum fieri poteſt, vt quartus ſeptimum non indicet. Per cauſas externas intelligo, Medicum, ægrũ, adſtantes, exteriora, quemadmodum ſupra iam explicatum eſt, vbi de cauſis naturam cogentibus; quo etiam loco, quomodo peccent ſingula horum, dictum eſt. Quocumque enim modo in vitio hæc ſint, cauſa ſunt, vt in indicatione ſua, quartus impediatur: v.g. Si Catharticum Medicus dederit, etiamſi quarto apparuerint ſigna coctionis, & natura monſtrauerit, ſe aliquid molituram in ſeptimo, Criſin perfectam impediet. Idem fiet, ſi æger non obediat Medico, vel ſit impatiens. Et ſic de cæteris. Cauſæ internæ ſunt, morbus, ægri temperies, conſtitutio, & habitus. Etenim morbus, ſi peracutus extremè ſit, impediet, quo minùs ſeptimum quartus indicet; quia primo quaternario iudicabitur: ſi verò moueatur tardiùs, ſeptimo, vel decimoquarto, vel vigeſimo finietur. Pariter, ſi patiens ſit iuueni, bilioſus, celeriùs iudicabitur, quàm ſenex, & pituitoſus. Et ita de alijs.

Quibus de cauſis fieri poſſit, vt quartus ſeptimum non indicet.

Sed de die hac, præter dicta, tria particulatim adhuc notanda ſunt. Vnum eſt, diem hunc aliquando eſſe indicem ſexti, ſed ex euentu. Nam, ſi quarto die praua apparebunt ſigna, ſeptimum diem non attinget æger, ſed ſexto morietur. 1

Circa quartum diem tria notanda.

Alterum eſt, eundem hunc diem non rarò noui aliquid moliri. Nam, ſi primo & tertio die morbus exacerbetur, non ſecundo; quinto die acceſſio expectanda eſt, non quarto. Quòd ſi quarto die contingat, nouũ aliquid, & ſiniſtri minatur. 2

Tertium eſt, hũc ipſum inter decretorios quoque collocandum eſſe. Eſt enim dies decretorius, in extremè peracutis. 3. *Progn. & in Epid.* Pericles quarto die, prorumpente ſudore vniuerſali, acutiſſima febre eſt defunctus: Caluus verò Laryſſæus, femur dextrum doluit, & quarto circa meridiem mortuus eſt celerrimè, & acutiſſimè. Etſi verò Criticus quoque eſt quartus, ſæpiùs tamen Criſis eius in tertium, & quintum diem cadit, quia acutorum morborum exacerbationes fiunt diebus imparibus. Hinc Gal. ſemel tantùm, Archigenes bis, in quarto die, Criſin obſeruauit. Id quod tamen intelligere oportet, verùm eſſe in morbis bilioſis, quales ſunt acuti ferè omnes. Nam ſanguinei morbi iudicãtur pa- 3

Quartus, quando decretorius.

 ribus

ribus diebus, quia iiſdem quoq; exacerbantur.

De vi in indicando diei vndecimi.

Quartum diem, in indicando, ſubſequitur vndecimus, qui & ipſe eſt contemplabilis, & quartus alterius ſeptimanæ. 2. *aph.* 24. Non tamen ita perfectè indicat decimum quartum, vt quartus ſeptimum. Sicuti enim ſenſim vis iudicantium imminuitur; ita & indicantium. Cuius rei ea eſt ratio: Nam, ſi quarto die natura cęperit humorem coquere, poterit eũ breui tempore totum domare, & ita ſeptimo excernere. At ſi vndecimo primùm coctionem inchoauerit, debilior forſitan, decimoquarto non ſemper excernet; ſed relegabit excretionem ad decimum ſeptimum, & vigeſimum. Quòd ſi ante vndecimum, ſeptimo inquam, aut nono, coctionis ſigna apparuerit, quantumuis leuiſſima, & vndecima magis reluceant, decimoquarto Criſis perfecta expectãda veniet, dummodo error non contingat. Porrò, quemadmodum de quarto dictum eſt, ita de vndecimo quoque habendum, decretorium, ſcilicet, & ipſum eſſe. Quod patet *ex* 1. *Epid.* 3. vbi Melidia in die vndecimo per ſudorem liberatur: & æger ſecundus *eiuſdem ſectionis*, Silenus vndecimo moritur; quemadmodum, & æger duodecimus. Quin Gal quoque 3. *de dieb. decret.* narrat, quodã ſe Autumno omnes vidiſſe iudicari vndecimo.

Vndecimus quandoque decretorius.

Decimiſeptimi in indicando vis.

Reliquus eſt ex indicibus decimus ſeptimus, index tertij ſeptenarij, finis quinti quaternarij, & principium ſexti. Quanquam enim Archigenes, & Diocles, decimum octauum conſtituunt indicem, quoniam vigeſimum primum etiam agnoſcũt principem decretorium; tamen hæc ſententia, vt ex ſuprà dictis patet, omnem dierum Criticorum ordinẽ peruertit. Quò accedit Galeni ratio; Nam ſi dierum ordo à decimo ſeptimo ad centeſimum eſt validior: Ergò imbecillior erit, qui à decimo octauo, & contra. At conſtat, ordinem dierum à decimo ſeptimo validiorem eſſe. Ergò, &c. Sed, & idẽ confirmatur ex Hipp. *in Epidemijs*, qui decimi ſeptimi, & non decimi octaui, meminit: & complures iudicatos vidit vigeſimo, quadrageſimo, ſexageſimo, octuageſimo, centeſimo, qui à decimo ſeptimo dependent: nullos autem, quadrageſimo ſecundo, ſexageſimo tertio, octuageſimo quarto, qui emanant à decimo octauo. Verùm circa hunc diem id noto, eum minùs quidem perfectè indicare, quàm quartum, & vndecimum, ſed multò potentiùs decernere. Id quod colligitur *ex* 1. *Epid.* vbi, qui illo die iudicantur, eos non ſentire recidiuã, adferitur. Heropytus quoque decimo ſeptimo iudicatus fuit; ſicut & duo fratres, qui ad Epigenis Theatrum decumbebant. Et de diebus indicibus.

Decimus ſeptimus perfectius decernit quarto, & vndecimo

CAP. III.

Dierum intercalarim cuiuſque vis ſeorſim examinatur.

Criſis trib. modis contingit.

Dies indices ſubſequuntur dies intercalares, in quibus fit Criſis imperfecta, vt ſupra dictum eſt. Tribus ſiquidem modis Criſis contingit: Aut enim fit à natura vincẽte ſola, & accidit die ſeptimo, decimoquarto, vigeſimo: aut à natura ita irritata, vt ante tempus debitum humorem, non omninò coctum, expellat, & euenit diebus imparibus, et intercalaribus: aut à morbi ſolius ferocia, & malignitate, & contingere poteſt quibuslibet diebus indifferenter, etiam paribus, cum quolibet die moriantur ægri.

De vi diei tertij.

Porrò ex intercalaribus diebus, & imparibus omnibus, tertius eſt

primus.

primus. In eo enim morbi peracuti extremè iudicantur, vt docuit *Hipp. in Epid. & Progn. locis ſupra cit.* Nec obſtat, quod in codice vulgari legitur prima dies. Mendum enim eſt, & legendum, pro die prima, dies tertia. Cur verò decernat hæc dies, cauſa eſt, vel quia vti impar habet hanc prærogatiuam; (impari ſiquidem acceſſiones fiunt, naturam exſtimulantes:) vel quia ad quartum accedit proximè, adeò, vt, quod natura quarto die moliri conatur, id præripiat ei tertius. Nam ſi tardior naturæ motus ſit, quinta die potiùs expectanda Criſis. Porrò tertium diem decernere patet *ex 3. Epid.* in hiſtoria Thaſiæ mulieris. Tertia enim die à febre, & grauiſſimis ſymptomatis liberata ſcribitur.

Cur tertiæ dies decernat?

Poſt tertium quintus dies eſt, & ipſe quoque prouocatorius. De eo *in Epid.* ſcripſit Hipp. Plures quidē eo iudicatos fuiſſe, ſed repetijſſe morbum. Æger ſeptimus 1. *Epid.* 3. Methon, quinto die iudicatus eſt, ſed imperfectè, quoniam remanſit vigil, delirus, & vrinæ apparuere tenues, 3. *verò Epid.* Mulier auriginoſa, quæ habitabat apud Bitonem, & in Thaſo Philiſtes, eodem die interiere.

Diei quita vis.

Nonus dies intercidentium omnium eſt fortiſſimus In medio enim ſeptimi, & vndecimi eſt. Vnde Criſin futurum in vndecimo præripit, aut eam, quæ in ſeptimo fieri debebat, perficit. Quare potentiùs decernit, quàm tertius, & quintus. Et penes hoc differunt à verè decretorijs, & ab indicibus dies intercidentes. Nam, quoad decretorios, ſeptimus præſtantiùs decernit, quàm alij; quo ad indices, quartus indicat ſeptimum potentiùs, quàm vndecimus decimum quartum. Sed ex intercedentibus nonus, qui eſt inter ſeptimum, & vndecimum, potentiùs decernit, quàm tertius, & quintus.

Diei nonæ vis ex intercidentibus maxima.

Dies intercidentes, in quo differant ab indicibus, & Criticis

Eo iudicatus eſt. 1. *Epid.* Herophon.

Decimus tertius, decimus quintus, & decimus nonus ſunt debiliſſimi, raroque in his fit Criſis. Eſt tamen decimo nono, & decimo quinto validior decimus tertius. Eum verò Galenus 1. *de dieb. decret.* inter benè, et malè decernentes, conſtituit medium.

Vis dierū decimi tertij, decimi quinti, & decimi noni.

CAP. IV.

De vacuorum cuiuſque viribus, particulatim agitur.

SVperſunt vltimo loco dies vacui. Hi igitur decretorij etiam aliquo modo dici poſſunt, non tamen ſimpliciter, ſed cum additione. Nunquam enim perfectè, & ſalutariter, ſed malè, infidè, periculoſè iudicat. Ratio eſt: Quia Criſis in his fit ex morbi malignitate, non verò à natura, aut vincente, aut irritata. Habent tamen hi ipſi quoque ſuę malitię dignitatem, ſeu potiùs gradum. Alij enim frequentius decernunt, vt ſextus, alij rariùs, vt octauus, & decimus; alij rariſſimè, vt duodecimus, & decimus ſextus.

Dies vacui ſēper male decernunt, & imperfectè

Porrò, ex omnibus ijs, ſextus eſt peſſimus, crudelis, infidus, & ſeptimo omninò oppoſitus. Vnde & Tyrannus dicitur: quia omnes ferè ægros ad exitium perducit, aut ſaltem in magnum vitæ diſcrimen adducit. Hinc *in Coacis prænot. & 4. aph. 29. et* 62. Quibus rigores in ſexta fiunt, ijs ægre moribus iudicatur: ſudores ſexto die peſſimi ſunt: icterus ſexto die lethalis: *in Epid.* verò, vxor Dromeadæ ſexto riguit, & interijt. 3. *Epid.* 1. æger ſecundus Hermocrates, ſexto die ictericus factus, vigeſimus ſeptimo eſt mortuus; Philiſcus quoque ſexto interijt. Sed Galenum legat. 1. *de dieb. decret. cap.* 4. qui vult pernitiem, ac tyrānidem huius diei agno-

Sextæ diei vis.

Duæ Criſes bonę in ſexta.

ſcere. Duæ tamen, eæque ſolæ, Criſes perfectæ, & ſalutares ſexto die contigiſſe leguntur: vna, in Laryſſæa virgine; altera; in Heraclide. 3. *Epid.* 3. Sed in Laryſſæa id contingit, ob maximum naturæ conatum, quæ plures ſimul euacuationes molita eſt, per menſes, hæmorrhagiam, ſudorem. Vnde id Galenus, tanquam rarum, prædicat. Quanquam etiam dici poteſt, morbum fuiſſe ſanguineum, vtpotè qui paribus diebus infeſtaſſe ſcribitur. In ſanguineis autem, & ijs, qui diebus paribus mouētur morbis, nihil mirum, aliquando Criſin bonam ſexto incidere.

Diei octaui vis.

Octauus ſextum imitatur, ſed minùs periculoſus eſt. Habet interdū quartum ſui indicem. Nam, ſi in quarta videantur ſigna praua, & ſexta morbus non finiatur, in octauum cadet mala Criſis.

Decimi diei vis.

Decimus, octauo ferè eſt ſimilis. 6. *Epid.* 5. Mulieri cuidam, decimo die, ſudor copioſè erupit: & 3. *Epid.* in Thaſo Pythion decimo die interijt.

Vis duodecimi, & decimi ſexti.

Duodecimus nullius ferè conſiderationis eſt, quippè, in quo nullus vnquam Galeno viſus eſt iudicari. Et idem dicēdum eſt de decimo ſexto. Numerum enim tantum diebus addunt.

Vis decimi octaui.

Decimus octauus, apud Dioclem, & Archigenem, index eſt vigeſimi primi. Apud Hippocratem verò, & Galenum, nunquam in decretorijs numeratur.

Atque hæc ſunt, quæ de Criſibus, & diebus decretorijs, accuratori, & diligentia, & ordine, in præſentia, mihi commētari libuit. Quorum vtrunq; vt aſſequi certè ſtudui, ita an aſſequutus ſim, eorū, qui hæc legent diligentiùs, erit iudiciū: quos, hoc noſtrum qualecunque ſtudiū. à bono animo profectum, boni quoque conſulturos, ſicubi defecerit, nihil eſt, quod dubitare me faciat.

FINIS.

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
MEMORABILIVM.

Prior litera *folium*, poſterior *lineam* ſignat.

A

ABſceſſus quinque acceptiones.310.20. Quid 304.21. 309.10. Quibus in morbis contingat,& cur. 310.41. cauſa 308.25. ἀξιόλογος, quis Galeno.303.6.& ſeqq. In manifeſta Criſi debet eſſe euidens.309.7. Futuri ſigna uniuerſalia quatuor .311.9. & ſeqq. Ad quas partes futurus ſit ex quatuor colligitur.313.12. Laudabilia ſigna, & conditiones . 313.19. morbus crudus factus, quæ mala minetur. 314.47. cur hyeme frequẽtiores.311.15.

Abſceſſu, an finiri poſſint morbi acuti. 309.18.& quando ac cur. 310.4.

Abſceſſuum ſigna particularia. 310.6.

Acceſſio particularis ſtimulus naturæ expellentis in Criſi.322.4.cauſa ſine qua non dierum Criticorũ. 321.45. 322.1. 322.39.

Actio omnis à ſubſtantia media qualitate.328.33.

Actionem fieri per contractum, de qua actione verum . 325.26. cauſarum naturalium terminari ob proportionem agentis ad paſſum, quo in ſenſu verum ſit. 338.37.

Actionum differentiæ,& in quo quælibet conſiſtat. 315.14.

Acumen continuatum decimum quartum diem non poteſt excedere . 356. 23.

Acutus morbus quis 356.lin.1. ibid.12. non opponitur lungo.356.25. morbus nullus vltra quadrageſimũ progreditur.331.20.

Acutorum morborum diuiſio , & quo tempore ſingulis Criſib. accidat.356. 4.356.29. ex decedentia variæ appellationes,& quæ melior. 356.33.40. ſubdiuiſio.ibid.

Acuti ex decidentia nomine tantùm acuti ſunt, non natura.356.37. qui vigeſimo iudicantur non ſunt acuti. 356.31. & ſeqq.

Acutos morbos tantùm imparibus diebus iudicari falſum eſt.332.28.

Æger quomodo erret.353.35.359.

Ægrorum aſtra natalitia obſeruare, vel ea, quæ ſub primum decubitus tempus apparent, impoſſibile, & inutile. 337.21.

Aequinoctia , & ſolſtitia cur obſeruet hyppocrates.337.40.

Amati Luſitani de cauſis criticorum dierum opinio recenſetur , & refellitur.329.24. & ſeqq.

Annui morbi, ſeu morbi , qui annis finiuntur.341.8.319.5.

Ariſtoteles explicatus. 305.27. 322.14. 322.38.324.24.328.37.328.42. ternarium agnouit naturæ legem. 320. 5.& quomodo .329.28.

Aſtra in nos agere neceſſario falſum 334.20. nulla maleficia. ibid.

In aſtris nulla qualitas præter calorem virtualem.326.21.

Aſtrologia diuinatrix eſt merè voluntaria, incerta , & inanis, aliena a religione erroris plena.334.37.

Aſtrologi fruſtra iactant longam obſerua-

ſeruationem. 334.7.
Aſtrologorum Genethliacorum de cauſis dierum Criticorum, & Criſis bonæ, vel malæ ſententia explicatur. 333. 6 refutatur. 334.8.
Aſtrologorum, Medicorum opinio eadē de re perpenditur. 337.38.
Auerrhoes explicatur. 324.21. eius opinio de cauſis dierum Criticorum explicatur, & refutatur. 338. 12.
Auicenna Hyppocrati Conciliatur. 347. 24.

C

Calor inſitus ſecundarum naturæ inſtrumentum. 325.17.
Cauſa ſine qua non, poteſt eſſe principalis dependens. 324. 34 ſine qua non, & principalis, poteſt eſſe idem reſpectu diuerſorium. 324.40.
Cauſæ principes particulares eiuſdem rei duæ non poſſunt eſſe. 341.22. naturam cogentes ante tempus moliri criſim. 353.28.
Cauſon cur ſudore, aut hæmorrhagia non abſceſſu ſoluatur. 309. 13.
Cauterium in vertice capitis in deſtillatione acri, & maligna vtile, & cur 304.43.
Criticos morbos ſolis paribus diebus iudicari falſum eſt. 332. 5.
Coctio bonæ excretionis ſignum præcipuum, ſed non ſolum. 302.20.
Coctionis laudes apud Galenum. 302. 41. ſigna ſumenda non tantùm ex vrinis, ſed etiam ex pulſibus 304.40. 305.43. & cur 306. 40. ſigna non ſolum tempus Criſis, ſed etiam ſecuritate, et celeritatem ſignificāt. 305.32.
Ad coctionem ſi ex ea celeritas Criſis, & ſecuritas prænuntiari debeat, duo requiruntur, & cur. 306. 44.
Cælum agit in inferiora contactu Phyſico non mathematico. 323. 4. agit in inferiora motu, & lumine ſolùm, vt cauſa vniuerſalis. 337 8. ibid. 22.
Cœna die Critico lautius ſumpta occidit Philonis filiam. 353.42.
Conceptus, & conformationis horam ſolus Deus nouit. 337. 26.
Criſis octo acceptiones. 297.24. eius etymon varium apud authores. ibid. in fi. & quod nam verius. ibid. 40. cum forenſi diſceptatione rectè confertur. 298 4. & ſeqq. rectè certamen dicitur. ibid. 35. & ſeqq. Definitio, & eius explicatio. ibid. 7. cauſæ. ibid. 12. terminus ad quem 299.20. & à quo ibid. 4. bona ſola finalem cauſam habet. 298. 24. formaliter eſt mutatio contra Laurentium. 299. in princip. propriè loquendo augmentum morbi, nec terminus eſt, nec tempus. 299. 9. & ſeqq. ad quos morbos attineat. ibid. 27. & quo tempore illis accidat. ibid. in fi. efficiens cauſa alia in bona, alia in mala Criſi. 300. in fi. cauſa efficiens principalis ibid. adiuuātes. ibid.
Accidit cum victoria, vel naturæ, vel morbi. 300.24. & quando vtrunque ibid.
Quando arte iuuanda, quando non vide tab. fig. *** notatam fol. 303. in princ.
Differentiarum omniū duo fontes 303. 15. indicata, & non indicata. ibid. 36. manifeſta, & obſcura. 303. in princ. tuta, & periculoſa. ibid. 18. bona, & mala ſimpliciter, & ſecundum quid. ibid. in fi.
Perfecta, & imperfecta, fida, & infida. 304. in princ. & ſeqq.
Perfectæ quinque dotes. ibid. 31. ſigna alia antecedentia, alia concomitantia, alia conſequentia. 305. 4. quę ſingula. ibid. & ſeqq. tempus, & diem prænunciantia ſigna triplicia. ibid. 20. viam, & modum prænunciantia ſigna, in genere. 309.25. in particulari. 311. 30. & ſeqq. via in genere duplex excretio, & abſceſſus. ibid. in princ. tribus contingit. 87.32. fit motu naturali. 358. 50. fit tantū in ſtatu, & paroxiſmi exacerbatione. 308.25.
Perfectæ, & imperfectæ fide, & infidæ

signa

ſigna ex qualitatibus corporis. 315. 34. & ſeqq. ex actionibus. ibid. 4.
Ex excrementis. ibid. 29.
Facta die Critico Aſtriſtoteli eſt alteratio ſecundum naturam. 322. 37.
Nunquàm ſimpliciter referenda in diem motus humoris. 326. 45.
Mala, an fiat die bus determinatis ſicut bona. 327. 28.
Bonæ, vel malæ cauſa falſo ſtatuitur ab Aſtrologis conſtitutio Lunæ benefica, vel malefica. 335. in fi.
Commotionis, & ſalutis perperam ponitur diuerſa. 340. 10.
Licèt in Solis non in omnibus tantùm humoralibus morbis cõtingit. 341. 37.
Si in plures dies protrahatur, cui illorum ſit tribuēda ex tribus colligitur. 351. 12.
Criſes cur alÿs tardius aliÿs citius accidant. 331. 4. & ſeqq.
Criſium menſtruarum cauſa Sol, annuarum Planetæ cæteri perperam ſtatuuntur à Nypho. 342 10.
Criſin fieri tantùm in morbis, quorum materia in venis cõtinetur falsò adſtruit Fracaſtorius. 345. in princ.
Critica ſigna. V. Signa.
Critica, excretio V. excretio.
Critici naturæ motus, qui 301. 22.
Criticus abſceſſus. V. Abſceſſus dies. Dies criticus.
Cruda excreta, an omnia mala ſint 302. 12.
Cruditas, quæ mala minetur. 306. 27.
In Cruditate nunquam fit Criſis optima. 313. 20.
Curatio ſine Criſis, & dierum Criticorum cognitione abſolui non poteſt. 395. in fin.

D

Deiectio in quibus morbis potiſſimū obſeruanda. 306. 1. peſſima, & lethalis. 359.
Decimus dies octauo ſimilis, & qui eo iudicati. 362.
Decimus quartus dies. V. Quartus decimus.
Decimus ſeptimus dies. V. Septimus decimus.
Diarrhæa quos morbos ſanet. ibid. 25.
Diarrhæa Criticæ indicia. 312. 9.
Dies artificiales qui, & cur ita dicti. 316. 24.
Duplex naturalis, & artificialis. ibid. 18. Medicus quid. ibid.
Vnde medici numerent. ibid. toti anno proportione reſpondet. ibid. 22.
Criticus exactus, & non exactus. 317. 25.
Criticus eſt dies determinatus. 319. 17.
Critici numerandi per ſeptimanas, & hæ per quaterniones. 318. 16. & cur ibid.
Naturalis integer, an locum habeat in Criticorum numeratione. 318. 15.
Critici poſſunt eſſe pares, & impares. 326. 1. & ſeqq. vt plurimum ſunt impares. ibid.
Critici, an ſint determinati in Criſi mala ſicut in bona, & quæ eorum cauſæ. 326. 26.
Extra dies Criticos ab Hyppocrate obſeruatos nunquam fit Criſis obſeruatis duabus conditionibus. 330. 28. & ſeq.
Critici vſque ad 40. morbos acutos, qui poſt hos longos ſoluunt. 331. 20.
Primi circuitus Critici. 345. in fi.
Dies ſecundi. 348. 33.
Dies tertÿ. ibid.
Criticos integros non numerandos quomodo dicat Hyppocrates. 308. 10. 358. 15.
Impares. V. Impares dies.
Indices, & intercalares. V. indices dies, & intercalares Vacui. V. Vacui Dies.
Diei Medici partes. 316. 9.
Critici variæ appellationes. 317. 15. 346. 27.
Critici definitio, & eius explicatio. 319. 32.
Critici cauſa formalis. ibid. 2. & ſeqq.

Die

Die non Critica, quæ fiunt omnia ſunt ſuſpecta. 314.10.
Critica materia eſt cocta. 347. 9.
Dierum Criticorum cauſa efficiens eſt quędam proprietas tum innata, quę ſola experientia cognoſcitur, tum acquiſita, quę pendet à cauſis externis. 319.22. *&* *ſeqq.*
Criticorum cauſa externa principalis ſunt Lunę varij aſpectus cum Sole, & ſignis Zodiaci, qui mutantur per quaterniones, & ſeptimanas. 320. 20.322.24. V. Luna.
Criticorum vis pręcipuè pendet adſpectibus Lunę cum Sole. ibid. 14. 324. 32. *& ſeqq. & quomodo.* 324.14.
Criticorum cauſę ſine quibus non natura, & particularis acceſſio. 320.14. 324.34.
Criticorum cauſa principalis quando, & quomodo natura. 320.14. *& ſeqq.* 324.36.
Criticorum vis non pendet à maiori, vel minori lumine Lunę contra Fracaſtorium. ibid. & 325. 26.
Criticorum cauſa non poteſt eſſe humorum motus. 326.40.
In dierum Criticorũ numeratione cur ſeptimanę, & quaterniones alij iungantur, alij ſeparentur. ibid.
Criticorum per quaterniones, & ſeptimanas, vſque ad centeſimum ordo. 318.15.
Criticorum tres ordines perperam ſtatuit Fracaſtorius. 344. 22.
Criticorum tres circuitus. 345. *in fi.*
Criticorũ non eadem in decernendo vis teſte experientia. 353. *in fi.*
Diebus Criticis, an liceat exhibere pharmacum. 347.35.
Pluribus, qui morbi indicentur, qui vno 352. 14.
Diuinum in morbis, quid Hyppocrati 357 36.
Duodecimus dies nullius conſiderationis. 362.

E

Empycorum, per vrinas expurgatio per quas vias fiat. 312. 18.
Erumpere ante tempus, quid Hyppocrates. 353. 16.
Errores Medici, ægri aſſidentium, exteriorem qui. ibid. 32. 359.
Excrementia ſignificantia aliquid in morbis tria. 306 *in princ.*
Eorum in ſignificando varietas. ibid.
Non tempus tantùm Criſis, ſed etiam diem indicant. ibid. 22.
Excernendi modus. 314. 16.
Excretio Critica ſeptuplex. 309.13.311. 31. *vitioſa, & Symptomatica, quæ proprie.* 302.14. *bona licèt præcipuè non à ſola tamen coctione iudicatur. ibid. in fi. & nimis pauca, & nimis multa vtraque vitioſa.* 313.32. *bona per quæ loca fieri debeat, & cur. ibid.* 314.48. *& ſeqq.*
Excretione, an finiri poſſint morbi Chronici 309. 16. *& ſeqq & quando & cur. ibid.*
Excretiones tempore cruditatis factæ, an omnes malæ. 302. *in princip. quæ quas partes iuuent.* 2.16.
Excretionis Criticæ futura ſigna vniuerſalia quinque. 309.38. *bonæ, & legitimæ ſigna quatuor.* 313.10.
Excretionum Criticarum particulariũ ſigna. ibid. & ſeqq. bonarum viæ nouem. 309. 26.

F

Facultas quot modis fruſtretur. 300. 31.
Facultatem fruſtrari in propria eſſentia quid. ibid. in fi.
Febris ſanguinea cur biliosæ naturam ſapiat Galeno. 326. *in fi.*
Fabrium prorogationis triplex cauſa Hippocrati. 310. *in fi.*
Ferrerij de cauſis dierum Criticorum opinio explicatur. 331.22. *refutatur. ibid.*

ibid.& ſeqq. 329.3.& ſeqq.
Figura ſexdecim laterum, ſeu angulorum in Zodiaco ſecundum Genethaliacos quæ. 333. 32.
Fonticuli quibus partibus, quando inurendi. 304. 32. poſſunt à Medico excitari exemplo naturæ. ibid.
Fracaſtorij ratio contra cauſam Principalem dierum Criticorum refutata 325.23. de cauſis dierum Criticorum opinio, & eius fundamenta. 343. in princ.
Confutatio. 344.20.& ſeq.

G

Galenus conciliatus, ſe u explicatus 302.1.& ſeqq. 321. 37. 326. 27. & ſeqq. 347.23.& ſeqq.
Galeno menſis medicinalis explicatur. 321.18. reprobatur. 358 34.

H

Hæmorrhogiæ Criticæ ſigna, & ſingulorũ cauſæ. 311.36.& ſeqq. quę morbos ſanet. ibid. 28.
Hæmorrhoidum Criticarum ſigna. 312. in princ. & ſeq.
Hyppocrates conciliatus, & explicatus. 304.36. 306.24.& ſeq. 309.14. 314. 36. 318.12. 308.10. 347.22. 350.16. 361.6.
Pollicetur ſe explicaturum cur natura per ſeptẽnarios omnia diſpenſet. ibid. 29. imparibus diebus mouere naturam quomodo obſerueretur in Criſibus. 320. 22.
Agnouit ſeptenarium numerum tantũ naturę legem. ibid. in prin. an faueat Pythagoreis de cauſis Criticorum dierum 328. 14. an faueat Aſtrologis Genethaliacis. 337. 32.
Hyppocratis de efficienti cauſa Criticorum dierum ſententia. 320. in princ.
Humores in quibus diei horis moueantur. 316. 30.
Humorem purum, fruſtra, reperiri in corpore falſo adſtruit Fracaſtorius. 315.23.
Item non poſſe putreſcere humorem vnum quin putreſceret alter. ibid.
Humoris motus non poteſt eſſe cauſa dierum Criticorum. 326.41. Melancholica coctione omnibus in morbis opus eſſe ſomnium. 345.44.
Hypoſtaſis laudabilis in vrina quatuor dotes. 307.38. rubra quid ſignificet. ibid. quæ peſſima. 308. 28. ęqualis quę ibid.

I.

IEcoris caua pars etiam per ſudoris expurgatur Galeno. 310.16. conuexa quibus excretionibus iuuetur. ibid.
Impares dies an paribus in iudicando fortiores. 326. 1. & ſeqq.
Indices dies qui, & per quid indicent. 359.& ſeqq. quandoque decretorij. ibid. Primi circuitus qui 346. 26. an poſt vigeſimum, & quadrageſimum. 348.32.& ſeqq.
Indicium variæ appellationes 346. 6. vis poſt diem vigeſimum langueſcit. 348.32. dierum an ſit aliqua cauſa, & quæ. 352. 38.
In indice cur Criſis non fiat. ibid. 12.
In inflammationibus viſcerum à quo die principium morbi numerandum febris ne an inflammationis. 350. 8.
Intercalarium dierum variæ appellationes 346. 8. Criſes imperfectæ ibid. dierũ an aliqua cauſa, & quæ. 345. 20. Dierum nõ poteſt dari cauſa per ſe. 335. 16. differentiæ quædam ab indicibus, & Criticis. 361. 4.
Intercalares primi circuitus qui 346. 24 Critici ibid. poſt vigeſimum nulli, & cur. 353.13.& ſeqq.

L

LAurentij de cauſa dierum indicũ opinio probata. 352.23.
Laurentius reprehenſus. 329. in princ. & ſeqq.
Lienoſos vrina nigra perſanat. 312.24.
Loca conferentia. 314. 19.
Luna cauſa externa principalis dierũ Criticorum. 320. 24. Per Zodiacum incedens octo format aſpectus. 321. 20. Cæteris Aſtris magis præſidet humoribus. 322. 36. quomodo cauſa Criticorum dierum vltra diem vigeſimũ

octauum. 325. 29.
Lunæ motus per Zodiacũ ſit per quaterniones, & ſeptimanas 321. 17. quartæ, & ſeptimanæ duplices. 324. 34. & quę ex his ſemper concurrant cum ſeptimanis, & quaternionibus morbi, quæ non ſemper. ibid. Quartas, & ſeptimanas reſpectu Solis ſatis eſt concurrere virtualiter cum quaternionibus, & ſeptimanis morbi, & quid ſit iſte concurſus. 324. 14.
De Lunę benefica, & malefica conſtitutione Aſtrologorum Genethliaticorum duplex opinio proponitur. 333. 24. vtraque refutatur. 334. 7. 336. 11.
Lypiriam febrem ſoluit cholera. 310. 22.

M

Magnitudo morbi, & motus Criſis adiuuãtes cauſæ. 300. 7. & ſeqq.
Medicus exemplo naturæ poteſt ſanare, & præcauere morbos traſponendo materiam de loco ad locum. 304. 21.
Menſes Lunares, tres apud Aſtrologos. 321. in princ.
Menſi Lunari Aſtrologorum nulli reſpondent dies Critici. ibid.
Menſis Lunaris Medicinalis à Galeno excogitatus. 321. 37.
Menſibus, & annis qui morbi iudicentur. 349 in princ.
Menſtrui profluuij Critici ſigna. 311. 30. quos morbos ſanet. ibid.
Monſtra non accidunt merito facultatis formatricis, ſed materiæ. 335. in princ.
Morbi idea vnde cognoſcatur. 308. 41. motus, & mos vnde cognoſcatur. ibid.
Motus indicat non tantùm Criſis diem, ſed etiam tempus ibid. omnes iudicãtur, vel intra quadrageſimum, vel vltra. 317. 36.
Morbum omnem quadruplicem perperam ſtatuit Nyphus. 340. 7.
Mors, & morbus quomodo oppoſita. 299. 28. & mala cœtera nequaquam ſunt ab aſtris, ſed à materia. 334. 44.
Motus naturæ. V. Naturæ motus.

N

Natalitia Aſtra. V. Aſtra.
Natura cur aliquando morbũ nõ vincat. 300. 23. Criſibus mouet de quarto in quartum. 317. 17. morborũ medicatrix. 300. 44. quomodo ſemper ducatur ab intelligentia non errante. 324. 20. videtur Criſes moliri per ſeptimanas eo quia benedixit diei ſeptimæ. 325. 11. & Deus nihil agunt fruſtra ibid. cur aliquando à Scopo aberret. ibid. quid, & quæ eius inſtrumenta. ibid. & Principalis cauſa dierum Criticorum, & ſine qua non, & quomodo. 326. 22. quando dicatur non mouere, & vnde id cognoſcatur. 348 9.
Naturæ ſuper morbum victoria cuius facultatis opus ſit. 300 24. motus triplices recẽtioribus, qui ſinguli, & qui ex illis arte iuuandi. qui 301. 10. & ſeq. encomia apud veteres, & cur ea tanta. 325. 36.
Naturam facere, abſceſſus infra morbum quo ſenſu dixerit Hyppocrates. 304. 37. cogentes cauſæ ante tempus moliri Criſin. 353. 31.
Naturalis omnis motus in fine celerior, quàm in principio, contra animalis, & cur. 358. 3.
Nonus dies omnium intercidentiũ fortiſſimus 88. 3. & qui eo iudicati ibid. decimus nonus debiliſſimus. ibid.
Numerorum apud Pythagoreos dignitas. 327. 16.
Numeri mares, & fœminæ Pythagoreis. ibid.
Numerus non habet vim agendi. 328. 33. 332. 12. & ſeqq. ſed ratio numeri. 329 8. non eſt per ſe. 328. 23. non reale ibid. quomodo Ariſtoteli obiectũ commune ſenſuum. 328. 2. omnis ſuo modo perfectus. 332. 15.
Numero ternario maiora inſunt myſteria, quàm ſeptenario. 332. 22. cuius facile eſt aſſignare myſteria. ibid.
Numeratio dierum Criticorum alia medica alia arithmethica. 355. 31.

Nyphi opinio de cauſis dierum Criticorum, & Criſis bonæ, & malæ exponitur, & refutatur. 340. 38. & ſeqq. per totum.

O

OCtauus dies ſextum imitatur, ſed eſt minus eo periculoſus. 361. 10.

Octauus decimus Diogeni, & Archigeni index vigeſimi. 362. ab Hyppocr. & Galeno nunquã in decretorijs numerantur. ibid.

P

PArtus duplex naturalis, & non naturalis. 351. 15.

In partu à quo die numerãdum morbi principiũ, partus ne an febr. 350. 36.

Perirrhæ V. vrinæ profluuium.

Periodi febrium non ſeruant perpetuò eundem ordinem ſecuti periodi Criticorum dierum. 339. 10.

Periodos in febribus cur in cauſam cœleſtem non referat Galenus ſicut periodos dierum Criticorum. ibid.

Planetæ, qui quibus morbis præſint ſecundum Aſtrologos. 342. 41.

Pleuriticos, & Peripneumonicos per quas vias vrina purget. 312. 24.

Prænotio ſine Criſis, & dierum Criticorum cognitione rectè inſtitui non poteſt. in Præfat. fol. 295.

Principio morbi ſex deceptiones, & ad quo die in morbo id numerandum. 349. 12.

Principio morbi non cognito nõ poſſunt dies Critici numerari. ibid.

Prouocatoriorum vis poſt vigeſimum langueſcit. 341. 10.

Pulſus validus robur ſignificat calidi innati, & conſequenter coctionem. 306. 36. & ſeqq. ex pulſu cognoſcitur coctio, & eruditas. ibid. & ſeqq.

Purgans, an ſolis diebus vacuis dare cõueniat. 347. 34. an poſſit dari in die decretorio. ibid.

Purgantis indicatio quomodo ſumat à die Critico. ibid. in princ.

Purgantium vſus diebus imparibus noxius. 320. 32.

Pythagoreorum de numeris opinio. 327. 12. & ſeqq.

Item de cauſis dierum Criticorũ. ibid.

Q

QVadrageſimus dies terminus eſt, non acutorum ſimpliciter, ſed ex decidentia acutorum. 356. 13.

Quartus dies index ſeptimi per ſe, et ex ſua natura. 306. 10. 359. ſexti ex euẽtu. ibid. item octaui. 361. inter indices primus. 85. 17. eſt quandoque Criticus, & qui eo iudicati. 359. & ſeqq. rariſſime iudicat morbos, & cur. ibid. non rarò noui aliquid molitur. ibid.

Quartum, quominus ſeptimum indicet, quæ impediant. ibid.

Quarti decimi diei in iudicando vis, & qui eo iudicati 357. 20. & ſeqq.

Quarto decimo perperum nonnulli maiorem in decernendo vim tribuunt, quàm ſeptimo. ibid.

Quatuordecimus, an par ſit, vel impar ibid. An acutorum morborum terminus. ibid.

Quaternarij dignitas apud Pythagoreos. 327. 26.

Quaterniones alij decretorij, alij indices 318. 2. et ſeqq in quaterniones cur ſeptimanæ Criticæ diuidantur. 317. 40

Quaternionum vis perit poſt diem vigeſimum. 323. 38. 348. 42.

Quinto die plures iudicantur, ſed cum reſidiua. 335. 6.

Quintus decimus dies. 361.

R

REcidiua. 305. 4. 313. 28. 315. 1. 326. 12. 351. 48 329 12. & ſeqq.

In recidiua vnde ſumendũ morbi principium. 351. 39.

Relapſus tres cauſæ ex Hyppocrate. 353. 28.

S

SAnguinea febris V. febris ſanguinea.

Sãguis mane cur detrahẽdus. 316. in fi.

Semen quomodo Ariſtoteli, & materia, & efficiens. 324. 24.

Septi-

Septimanæ Criticæ aliæ coniunguntur, aliæ ſeiunguntur, & cur. 317. 62. cur in quaterniones diuidantur. ibid.

Septenariorum vis perit poſt diem quadrageſimũ. 323. 32. 331. 34. 348. 30.

Septenarij dignitas. 327. 28 354. 36. & ſeq. cur per eum tãtæ mutationes, & quę 329. 11. 354. 20. & ſeqq.

Septenarios tres primos, item tres poſt vigeſimũ eſſe Criticos probatur. 346. 34 & ſeqq. 348. 32. & ſeqq.

Septimus dies primus decretoriorũ non tã ordine, quàm vi, et dignitate. 326. 5. 332. 15. 354 6. eſt ſimilis Regi Clementi, & oppoſitus ſexto, ibid.

Septimo cur aliqui moriantur, vel ruãt in deterius. ibid. qui perierint. ibid. & ſeqq.

Septimi decimi in iudicando vis. 360. præferendus eſt decimo octauo, et cur ibid. minus perfectè iudicat, quàm quartus, & vndecimus, potentius tamen decernit. ibi. qui eo iudicati. ibi.

Sextus dies peſſimus, & tyrannus ſeptimo oppoſitus. 354. 12. & ſeqq. eo malè iudicati plurimi apud Hyppoc. bene ſoli duo, & cur. ibid.

Sydera. V. Aſtra.

Signa Criſis. V. Criſis ſigna.

Critica nunquàm benè apparent in principio morbi. 309. 5. quę ibid.

Per ſigna iudicatoria nõ intelligit Hyp. ſigna coctionis. 306. 7.

Sputa in quibus potiſſimum morbis conſideranda. 306. 9. cur in Pleuritide ſtatim apparentia abbreuiant morbum. ibid. quæ peſſima. 359. 2.

Sudoris Critici futuri ſigna, & ſingulorum cauſa. 319. 34. quos morbos ſoluat hic ſudor. ibid.

Symptomatici, naturæ motus qui 301. 25. an iuuandi arte, & quãdo. ibid. & ſeqq.

T

TEmperies partium primarium naturæ inſtrumentum. 325. 13.

Tempora morborum quatuor. 349. 26.

Ternarius numerus. V. Numerus ternarius.

Tertius dies ex intercalarib. primus 88. 6. & ſeqq. cur decernat. ibid. qui in eo iudicati ibid.

Tertius decimus dies medius inter benè & malè decernentes. ibid.

V

VAcui dies qui, eorum varia nomina, & in morbis vis 346. in fin. & ſeqq. nunquàm perfectè, & benè iudicant. 361.

Vacuis diebus, an ſolis liceat dare pharmacum. 347. 34.

Victus ratio Criſi non cognita inſtitui rectè non poteſt. in præfat. 296.

Vigeſimi diei in decernẽdo vis. 357. 22. præfertur vigeſimo primo. 359. et cur id. ibi 321. 20. coſtat ſex quaternionibus, & quomodo. 358 1. et ſeq. eſt impar, et quomodo. 327. in prin. et ſeqq.

Vigeſimus primus non omnino excluditur à decretoriorum numero. 357. 41.

Vndecimus dies non ita perfectè indicat decimum quartum, vt quartus ſeptimus, & cur. 360. quandoque decretorius, & q eo iudicati. 354. 12. ſeq.

Vomitus Critici ſigna, & ſingulorum cauſæ. 312. 18. quos morbos ſanct. ibid. et ſeqq.

Vrina in quibus morbis potiſſimum conſideranda. 306. 13. non tempus tantũ Criſis in genere, ſed etiã indicat. ibid. cur poſſit euacuare totum. 312. 18.

Vrinæ coctæ quo ſenſu malæ Hyppocr. 306. 35. et ſeqq. ſubſtantia ideſt craſſities, et tenuitas, color niger, albus, ruber, contenta tria, quid indicet in Criſibus. ibid. & ſeqq. nigrę, quę mala. ibid. hypoſtaſis. V. Hypoſtaſis. *profluuij Critici ſigna, et ſingulorũ cauſæ. 311. 32. et ſeq. quos morbos ſoluat. ibid. in fi. materia nõ ſolus potus. ibid. tenues poſt Criſim periculoſę. 315. 30. & ſeq.*

Vulneribus capitis à quo die numerandum morbi principium febris ne, an vulneris. 350. 10.

FINIS.

B
A